THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY

580.5
LI
v.15

BIOLOGY

Return this book on or before the
**Latest Date** stamped below.

University of Illinois Library

FEB 27 1974

NOV 26 1951

MAY 26 1973

L161—H41

# LINNAEA.

Ein

# Journal für die Botanik

## in ihrem ganzen Umfange.

Herausgegeben

von

*D. F. L. von Schlechtendal,*

der Med., Chir. u. Philos. Dr., ordentl. Prof. an der Universität zu Halle und mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitglied.

Funfzehnter Band. Jahrgang 1841.

Mit elf Tafeln Abbildungen.

Halle a. d. S. 1841.

gedruckt auf Kosten des Herausgebers.

In Commission bei C. A. Schwetschke und Sohn.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/linnaea15schl

L I
v. 13

# Inhalt.

## Original-Abhandlungen.

Seite

1. In historiam Algarum symbolae, auctore J. *G. Agardh* . 1
   Continuatio prima . . . . . 443
2. De Proteaceis Americanis Herbarii Regii Berolinensis, auctore *J. Fr. Klotzsch* . . . . . 51
3. Bemerkungen über das Vorkommen des Amylum bei den Kryptogamen. Vom Dr. *J. R. Th. Vogel* . . . . 59
4. Zusätze und Berichtigungen zur Generis Cassiae Synopsis. Vom Dr. *J. R. Th. Vogel* . . . . . 66
5. Bemerkungen über einige Arten aus den Gattungen Thymus und Origanum. Vom Dr. *J. R. Th. Vogel* . . . . 74
6. Revisio Artemisiarum Musei Regii Berolinensis, cujus partem constituit Herbarium Willdenowianum, institstuta a *Wilibaldo de Besser* . . . . . 83
7. Ad Collectionem plantarum Bahiensium (Linn. XIV. p. 285.) 112
8. Muscorum frondosorum novorum, quos in Africa australi collegerunt Ecklon, Drège, Mundt et Maire, descriptiones auctore *Fr. Hornschuch.* Adjectae sunt adnotationes de nonnullis aliis Muscis Capensibus jam divulgatis . . . 113
9. Anzeige und Bitte wegen Herausgabe eines Repertorium botanices specialis . . . . . 158
10. Prodromus Florae Timorensis, auctore *J. B. Spanoghe* . 161
    Continuatio . . . . . 314
    Continuatio . . . . . 476
11. Observationes phytophysiologicae, auctore *J. Muenter* . 209
12. Catalogus plantarum, quas in itinere per Caucasum, Georgiam, Armeniamque annis MDCCCXXXVI et MDCCCXXXVII collegit Dr. *Carolus Koch*, Jenensis . . . . . 243
    Continuatio . . . . . 705

2980/3

Seite

13. Observationes nonnullae botanicae circa nova quaedam genera, auctore *N. Lilja*, botanico Londinensi . . . 259
14. Beispiel einer Antholyse an den Blüthen von Trifolium repens L. Von *J. Schmitz* zu Bonn. (Hierzu Taf. I.) . . . 266
15. Der Fenster-Fadenpilz, Torula fenestralis. Vom Hofrath *L. H. Schrabe* in Dessau. (Hierzu Taf. I. Fig. A.) . . . 279
16. Ergebenste Bitte an die Herren Pflanzen-Physiologen. Vom Staatsrathe Dr. *Schmalz*, Ritter u. s. w. . . . . 283
17. Die Gattung Tetradiclis Stev. und ihre Stellung im natürlichen Systeme. Ein Sendschreiben an den Hrn. Prof. Dr. *v. Bunge* zu Dorpat von *Eduard Fenzl*, Med. Dr. (Hierzu Taf. II.) . . . . . 289
18. Ueber den Bau einiger Laubmoose. Von *L. C. Treviranus*. (Hierzu Taf. III.) . . . . . 300
19. Acanthaceae Africae australioris ab Ecklonio collectae, adjectis nonnullis Drègeanis. Exposuit *C. G. Nees ab Esenbeck*, Dr. . . . . 351
20. Jahresbericht für die Flora Hercyniae, oder dritter Nachtrag des Prodromus, von *E. Hampe*. Zweite Abtheilung mit einem Schlusswort an den Hrn. Dr. *Wallroth* . . . 377
21. Bitte an die Verfasser von Abhandlungen über Pflanzen-Anatomie und Physiologie, vom Dr. *Hugo Mohl* . . . 383
22. Genesis der Spiralgefässe. Vom Prof. Dr. *Unger* in Grätz. (Hierzu Taf. V.) . . . . . 385
23. Pflanzen-Missbildungen, gesammelt von *D. F. L. v. Schlechtendal* . . . . . 407
24. Kritische Revision der in deutschen Gärten vorkommenden Arten der Gattung Leptospermum. Von *Sebastian Schauer*, bot. Gärtner . . . . . 408
25. De plantis Mexicanis a G. Schiede Dre., Car. Ehrenbergio aliisque collectis nuntium adfert *D. F. L. de Schlechtendal* (Continuatio) . . . . . 458
26. Abietinae horti Regii botanici Berolinensis cultae recensitae a *H. Fr. Link*, horti Regii bot. directore . . . . 481
    Ad Abietinas etc. observationes nuperiores in itinere Italico factae . . . . . 704
27. Ueber drei verschiedene Systeme des Tanggewebes. Vom Dr. *Kützing* aus Nordhausen . . . . . 546
28. Ueber Chondrilla stipitata und tuberosa, von *C. H. Schultz* Bipont. . . . . 553
29. Anemonarum Revisio, auctore *G. A. Pritzel*. (Acced. tabulae lithographicae VI., sign. „Anemon. I — VI.") . . . 561
30. De Artemisia virente Moenchii deque Santonica Linnei. Epistola ad Wenderothium, Prof. Marburg. *W. de Besser*, M. D., Prof. Kiov. . . . . 690
31. Lactuca, auctore *C. H. Schultz*, Bipont. . . . . 724
32. Ueber Ceramium Ag., vom Dr. *Kützing* in Nordhausen . 727
33. Bemerkungen über den anatomischen Bau der Casuarinen, von *H. R. Göppert*, Prof. zu Breslau. (Hierzu Taf. IV.) . 747

Register der in den Abhandlungen vorkommenden Pflanzennamen 757

# IN HISTORIAM ALGARUM SYMBOLAE

AUCTORE

*J. G. AGARDH.*

## SCABERIA *Grev.*

„Alga paradoxa ad N. Hollandiam lecta" ut novum genus in Synopsi Algarum Brittannicarum primum descripta, dein in Elora Novae Zeelandiae nomine *Castraltiae* introducta, et ob dubia, quae novum genus infestant, et ob structuram inter Algas maxime singularem, quae accuratius examinetur dignissima apparet. Grevilleo fructificatio illius omnino ignota fuit; in verrucis frondem obtegentibus illam latere suspicavit Ach. Richard. Ille ad finem Fucoidearum, Polyphaco proximum novum genus retulit; hic in vicinia Cystoseirae Tilesii collocandum esse putavit. Speciminibus ab utroque auctore acceptis et identitatem utriusque generis confirmare, et de structura singulari frondis fructusque indole certiora quaedam addere nobis licuit.

Folia, vesiculis immixtis, circa caulem pluripedalem inferne nudum ordine spirali (simplici) a sinistra adscendente disposita sunt, compresso-ovoidea, peltata et quidem prope basin petiolo brevi adnata (nec amplexicaulia) exteriore latere verrucis spinulosis obsita, interiore laevia, $1\frac{1}{2}-2$ lineas

longa, superiora ramorum majora, fructificationem foventia. Vesiculae sphaericae, magnitudine pisi, foliorum loco hic illic insertae, spiralemque ordinem illorum servantes. Fructus omnino Fucaceorum, scaphidia nempe in interiori folio nidulantia, sphaerica, sporidia sacculo hyalino inclusa centripetalia foventia, eademque demum per porum superficialem ad latus internum foliorum emittentia.

Sola inter Algas species mihi cognita, cujus folia spirali ordine disposita sunt, sola cujus folia peltata, et una cum Polyphaco ob appendices foliorum maxime insignis. His quidem verrucis functiones conceptaculorum fructus, quas illis adtribuit illustrissimus Richard, vix adscribendas crediderim; sed ob similitudinem, quam cum appendicibus foliorum in plantis superioribus habeant, maxime memorabiles, caeteris praecipue computatis, quibus haec planta superiores aemulat. — Dispositio partium magis quidem plantae Lycopodiaceae quam Algae.

Fucaceorum tribui pertinere structura fructus docuit, et *Polyphaco* proximum esse ex habitu conjicere licet, attamen morphosi partium superiore bene distinctum, hoc respectu magis *Coccophorae* approximandum. Genera Fucaceorum omnia arctissimo quidem vinculo cohaerent, et ex structura fructus, in omnibus fere eadem, difficilius distinguuntur; at evolutio partium, in diversis generibus plus minus completa, characteres, in his infimis plantis forsan haud spernendos, abunde suppeditat. Ita *Sargassis* evolutio vere axillaris et partes omnes discretae (caulis, folia, vesiculae et apothecia) unde supremum inter Algas gradum jure occupant. *Turbinaria*, Sargasso proxima, evolutione gaudet axillari, at folia et vesiculae in hoc genere confluunt. In *Scythothalia* evolutio mixta, et axillaris et marginalis, in *Marginaria* et *Scirococco* tantum marginalis, in *Cystoseira* partes adhuc magis confluunt et in ultimis generibus *Himanthalia* et

*Durvillaea* partes nullae discretae proveniunt. Quod quidem si valet principium, *Scaberia* locum in systemate Cystosciraе superiorem sibi certe vindicabit. Hoc autem genus in duo tunc quoque dilabitur. 1. *Cystophora* vesiculis subsphaericis in pedicello solitariis et ramis retroflexis insigne, species Australasiae continens; 2. *Cystoseira* vesiculis plus minus ellipticis in ramo inflato moniliformiter concatenatis, et apothecіorum ortu ex inflatis spinarum confluentium basibus distinguendum, species praecipue Europaeas continens. Sed alio loco has diversitates exponere conabor.

*Polyphacum dichotomum nov. sp.* fronde pinnato-dichotoma, inferne tereti nuda, superne compressa verrucoso-spongiosa, verrucis densissimis frondem obtegentibus ramoso multifidis.

Hab. ad oras Novae Hollandiae, *Sieber*!

Habitus fere Cladostephi. Frons 2 — 4 pollicaris, inferne crassitie pennae, columbinae, superne ob spongiolas frondem investientes plus duplo crassior, apicibus complanatis. Ramificatio plerumque dichotoma, rarius subpinnata.

*Fucus fastigiatus nov. sp.* fronde inferne tereti-compressa furcata, superne compresso-plana dichotomo-fastigiata, segmentis linearibus angustis apice truncatis emarginatisque, receptaculis saepe gemellis lanceoideis acuminatis.

Hab. ad oras Californiae, *Douglas*! sp. d. *Lindley*.

Fuco compresso proxima, sed frons minus quam in hoc compressa, magisque fastigiata etc.

## DURVILLAEA *Bory*.

Ab illustri auctore generis, Algologisque cum sequentibus ad Laminarieas relatum, meo judicio Fucacearum tribui certo certius pertinens. Non tantum scutata radix, sed etiam structura fructus a Laminariis removent et Fucaceis pertinere docent. Me tamen longe alium fructum observasse ac celeb.

Bory confitendum est; mihi nempe apparuerunt: scaphidia in stratu corticali nidulantia, sphaerica; sporidia filis simplicibus articulatis intermixta, a peripheria scaphidii versus centrum egredientia et demum per canalem poro superficiali communicantem elabentia, oblonga, intra sacculum hyalinum inclusa, foventia.

Species forsan plures adsunt, attamen adhuc vix dinstinguendae. *Durvillaea simplex Suhr* vix hujus generis, radice ramosa Laminariam suadente; an stipes complanatus *Laminariae longicruris Delapyl.*, quam, lamina detersa, ad littora Bahusiae rejectam, speciem propriam habere quoque ipse propensus fui? — Alga permagna, cujus tantum figuram a Wormskjoldio communicatam vidi, stipite elongato, fronde elongato-elliptica superne in lacinias 4 — 5 apice lorigeras divisa, hujus forsan est generis.

*Obs.* Species novae *Carpophylli* a Suhrio descriptae vix generis genuinae mihi apparent. Una nempe *C. serratum Suhr* Dictyomeniae species mihi videtur; alteram *C. scalare*, potius partem inferiorem Sargassi cujusdam, quam propriam speciem esse, ex fragmentis, quae vidi, crediderim.

## LAMINARIEAE.

*Obs. Lamin. brevipedem* et *L. purpurascentem Ag.* vix diversas esse, accuratius earum in loco natali examen nos docuit. *L. purpurascens Bory* est vero planta diversissima, ne hujus quidem familiae, Irideae reniformi forsan proxima (fide spec. authentico in Hb. Hornemanni!) *Laminaria scissa Suhr* est Lessoniae species, a L. nigrescente Bory vix distinguenda. *Chordaria spicata Suhr* a genere Chordariae diversissima, nova Lessoniae species mihi videtur, forsan *Lessonia Suhrii* nominanda.

## DICTYOTEAE.

*Obs. Laminariam padinipedem Bory* eandem esse ac *Dictyotam Solierii Chauv.* jamjam innotuit; tertium nomen huic plantae est *Dictyota latifolia Suhr.*

*Dictyota ciliata nov. sp.* fronde membranacea basi stuposa dichotoma, segmentis subcuneato-linearibus, margine denticulis distantibus ciliato, axillis rotundatis, soris per totam superficiem sparsis.

Hab. in mari Antillarum; ad St. Croix a Rafn lectam misit *Hornemann*!

Dict. dichotoma major, stupa et denticulis distinguenda.

*Dictyota paniculata nov. sp.* fronde angusta lineari dichotomo-ramosissima, segmentis fastigiato-paniculatis angustissimis.

Hab. ad oras Novae Hollandiae. (Hb. Agardh et mus. Paris.!)

Species ramificatione distinctissima, fronde magna licet segmentis angustissimis.

*Dictyota Brongniartii nov. sp.* fronde caulescente lineari pluries alterne pinnatifida, apicibus laciniarum rotundato-obtusis.

Hab. in mari Antillarum; ad Martinique *Duperrey*! sp. mis. Brongniart.

Dict. dentatae proxima.

*Striaria fragilis nov. sp.* fronde intricata inflato-tubulosa irregulariter, constricta, ramis vagis geminatisque basi attenuatis, sursum saepe valde incrassatis.

Hab. in mari Bahusiae; intra taenias cum ostreis protracta.

Striariae attenuatae proximam et congenerem crediderim, licet sterilem tantum vidi. Rerens fragillima et difficilius extricanda irregularitate ramificationis frondeque hic illic bullato-inflata distinguenda.

*Obs.* Striariae generi pertinere videntur Solenia crinita et Solenia attenuata Ag. Syst. Striariam attenuatam Grev. ad oras Brittanniae antea tantum lectam, et ad littora Bahusiae pulcherrimam et in salinis prope Cette magis raram inveni. — In Adriatico legit C. Agardh!

STILOPHORA *Ag.* (reform.)

Frons ramosa tubulosa, radice nuda. Sporidia obovata cum filis brevibus clavato-moniliformibus in soros definitos verrucaeformes per totam frondem inordinate prominentes collecta.

Genus eodem nomine in enumeratione Algarum novarum (Flora 1827) conditum exstirpandum videtur, typo illius cum Striaria omnino confluente. Nomen tamen eo lubentius servavi, quod plantae, quibus illud sum impertitus, characteribus tunc generi tributis vix repugnant, et genus qualiter tunc fuit circumscriptum immo ingredi forsan debuerunt. A Sporochnis ita recedunt, ut eidem tribui eas vix adnumerare voluerim. Species sunt:

*Stilophora rhizodes.* (Sporochnus rhizodes Ag.)

*Stilophora adriatica.* (Sporochnus adriaticus Ag.)

*Stilophora Lyngbyei.* (Chordaria paradoxa Lyngb.)

SPOROCHNOIDEAE.

*Desmarestia filiformis nov. sp.* fronde filiformi teretiuscula vage ramosa, ramis brevibus divaricatis ramulosis in penicillos filorum simplicium solutis, articulis filorum diametro sesquilongioribus.

Hab. in mari Atlantico ut Senegambiae, ad Tingin *Schousboe*! in mari mediterraneo ad Massiliam *Ipse*!

Sporochnum Gaertneram primo intuitu aemulat, sed diversa et ut videtur species Desmarestiae. Frons 3—4-pollicaris, ramis vix pollicaribus. Radix scutata. Penicilli ex apice ramulorum proveniunt.

## FLORIDEAE.

Praevaluit diu opinio de sancte conservanda illa olim facta distributione Algarum in *Articulatas* et *Inarticulatas*; et omnes plane Algas disponendi conatus illam divisionem ut primariam quodammodo consecrarunt. Illam autem mere artificialem esse, ultimo tempore magis magisque perspicuum evasit; sed, defectu melioris et idea novae dispositionis nondum ad liquidum perducta, veterem divisionem etiam in ultimis Algarum operibus adoptatam invenimus. In observationibus de germinatione algarum (Annales des sciences naturelles Oct. 1836; et Novitiae Algar. Sueciae, Lundae 1836) primas lineas novae dispositionis periclitatus sum, indole fructificationis ductus, Algas virides in sectionem propriam Zoospermorum relegans, et Ceramicas cum Floridеis conjungens. Familia ita orta Floridearum, si quidem maxime naturalis et a caeteris Algarum cohortibus fructu duplici et colore frondis facile distincta, nimium vasta evasit, sed ob ipsum illud arctissimum vinculum, quo genere cohaerent, subdivisu difficillima. Fructus valde diversos in diversis generibus obvenire perbene cognitum fuit, et his modificationibus, coordinationem generum innitendam esse loco dicto jam indicavi. Quum hodie lineamenta talis coordinationis Algologis subjicere ausus sum, spero ut quo difficilius tentamen eo majori indulgentia accipietur.

Fructum in permultis Floridеis duplicem existere jam diu cognitum fuit et quotidie in pluribus detegitur; immo in omnibus existere, vix in dubiis esse crediderim. Triplicem, ut quibusdam auctoribus obvenit, in nulla specie umquam vidi. Modificationes utriusque generis hic una illustrare, e re esse judicavi, — et vagas illas ideas, quas capsularum globulorum et granulorum nominibus caelarunt Algologi, eo majore jure exstirpare posse credidi, quod eorum functiones germinationis experimentis probavi.

1. „Fructus capsularis" auctorum sequentes offert modificationes: *Favellae* sporidia numerosa intra pericarpium gelatinosum hyalinum varie lobatum demum irregulariter solutum continentes. *Coccidium* sporidia numerosa plus minus obovata et in sphaeram plerumque arcte conglobata intra pericarpium membranaceum irregulariter disrumpens continens. *Keramidium* sporidia plus minus pyriformia fundo sessilia vel petiolata intra pericarpium membranaceum apice pertusum fovens.

2. „Fructus granularis" auctorum: *Sphaerospermia* appello fructus illos saepissime sphaericos, sporidiis plerumque quaternis initio coalitis constantes. Obveniunt sphaerospermia vel extra frondem prominentia, vel infra superficiem sparsa, vel soris definitis collecta. Si in fronde articulata intra articulos simplici vel multiplici serie disponuntur, fructus ita ortus (siliquaeformis) *Stichidium* nominatur. Si sphaerospermia externa sunt et involucro ramulorum stipantur fructus ita compositus *Gloiocarpus* appellatus fuit.

## 1. *DELESSERIEAE.*

Frons continua (plerumque pulcherrime rosea). Fructus duplex: 1. *Sphaerospermia* aut soris definitis per frondem sparsis collecta, aut receptaculis propriis inclusa; 2. *Coccidia* seu sporidia numerosa intra pericarpium membranaceum irregulariter disrumpens inclusa.

Si fructum tantum respicimus, Ceramicas, mediante Microcladia et Ptilota, proxime tangunt Delesserieae, fronde vero magis evoluta et perfectiori, quam in ceteris Florideis, immo folia costata in quibusdam offerente, longius remotae. Rhodomeniis vicinae positae ab Algologis Angliae, sed sphaerospermiis in soros definitos congregatis ab illis distinctae. Delesserieis adnumero: *Delesseriam*, *Nitophyllum*, *Hymenenam*, *Thamnophoram*, *Plocamium* et ?*Microcladiam*.

*Nitophyllum subcostatum nov. sp.* fronde tenera cuneato - oblonga inferne subcostata, simplici dichotoma vel subpalmatim pinnatifissa, laciniis oblongis obtusissimis aveniis, soris rotundatis per mediam frondem sparsis.

Hab. in mari atlantico ad oras Africae; in collectione *Schousboei* pulcherrimam vidi.

Frondes saepe simplices semipollicares oblongae, rarius pollicares circumscriptione magis cuneatae et superne pinnatifissae. Costa inferne frondem percurrit, sed mox obsoleta, ita ut inter Delesserias et Nitophylla quodammodo ambigit haec species. Soros sphaerospermiorum tantum vidi, per mediam frondem sparsos. Frons pulchre rosea, cellulis rotundatis tota constituitur.

Monente Friesio, nomen Nitophylli forsan vix retinendum; contra auctoritatem Grevillei et Hookeri in aliud mutare tamen non ausus sum.

## THAMNOPHORA *Ag.* ref.

Ab hoc genere jure exclusi videntur F. triangularis et F. Scaforthii Turn.; species contra nonnullae ad Plocamium relatae Thamnophorae forsan melius adnumerantur. Affinitas nimirum summa Thamnophorae cum Plocamio coccineo jam in eximio Grevillei de Algis Brittanniae opere indicata fuit. Habitus quidem ita idem, ut, ignota fructificatione, pro varietatibus ejusdem speciei existimatae fuerunt. Species Plocamii tamen distare videntur pinnis alterne ternis quaternisve, nec ut in Thamnophora binis binisque alternantibus. Ut species propriae vero distinguendae videntur:

### *α.* Fronde costata.

**1.** *Thamnophora corallorhiza Ag.* fronde inferne subcostata bipinnatifida, pinnis alterne geminis, inferiore simplici laciniisque superioris externe serratis e basi latiore acuminatis subdeltaeformibus.

Hab. ad C. B. spei.

2. *Thamnophora costata nob.* fronde subcostata decomposito-pinnatifida, pinnis pinnulisque alterne geminis, inferioribus laciniisque superiorum externe serratis e basi latiore acuminatis subdeltaeformibus.

*Delesseria Plocamium var. costata Ag.*

Hab. ad oras Novae Hollandiae.

Antecedente duplo angustior, ubique licet obsoletius costata, multoque magis decomposita. Laciniae ad totum latus externum serratae.

3. *Thamnophora angusta nob.* fronde subcostata decomposito-pinnata, pinnis pinnulisque alterne geminis, inferiore laciniisque superioris subintegerrimis e basi paulo latiore angustatis acuminatis.

Hab. ad oras Novae Hollandiae.

Ceteris angustior, latitudine Plocamii coccinei, evidenter costata ut praecedens, at laciniae non serratae. Pinna gemellorum superior minus decomposita videtur, quam in proximis.

*β.* Fronde ecostata.

4. *Thamnophora Mertensii Grev.* fronde ecostata decomposito-pinnatifida, pinnis pinnulisque alterne geminis, inferioribus laciniisque superiorum externe supra medium serratis, e basi vix latiore lincaribus elongatis obtusiusculis.

Hab. ad oras Novae Hollandiae.

5. *Thamnophora procera nob.* fronde ecostata decomposito-pinnatifida, pinnis pinnulisque alterne geminis, inferioribus laciniisque superiorum subintegerrimis, e basi latiore acuminatis.

*Del. Plocamium var. procera Ag.* (*excl. specim. capens.*)

Hab. ad oras Novae Hollandiae.

Pinnae pinnulaeque elongatae, circumscriptione fere lineares. Laciniae integrae, sed sub lente valde augente apice subserratae. Forma et subintegritate laciniarum a Thamn. Mertensii, costa nulla a Th. costata differt. Specimina capensia in speciebus Algarum memorata a planta Novae Hollandiae diversa sunt, et varietatem vel speciem propriam Plocamio membranaceo Suhr proximam sistunt. *Plocamium procerum Suhr*, manco specimine mihi tantum cognitum, videtur species ab utroque diversissima.

## 2. *SPHAEROCOCCEAE.*

Frons continua. Fructus duplex: *Sphaerospermia* in soris indefinitis sparsa minutissima, saepe simplicia (?); *Coccidia* plerumque hemisphaerica, intra pericarpium membranaceum sporidia obovata, in glomerulum congesta, foventia.

Genera licet a Greville eximie illustrata, tamen nostro judicio nondum stabilita. Plura enim aliis limitibus circumscribenda videntur, alia vix segreganda. Rhodomenia, si ut genus distinguendum, tamen Sphaerococco certe proximum et Delesseriis nullomodo nimium approximandum. Coccidiorum structura in Sphaerococco et Rhodomenia omnino eadem; constituitur nimirum eorum nucleus initio filis clavatis moniliformiter articulatis in glomerulum arctissime congestis, articulis periphericis primum et dein versus centrum sequentibus in sporidia obovata intumescentibus, donec nucleus totus sporidiis constat. Sed a Coccidiorum situ forsan character differentialis generum hauriendus sit; sunt nempe in nonnullis speciebus per frondem vel juxta margines sparsa, in aliis tantum ipsis ciliis adnata. Sphaerospermia insuper in diversis generibus diversa. Adsunt insuper aliae coccidiorum differentiae, quas tamen adhuc ulterius examinandas in posterum differre cogimur.

***Rhodomenia Requienii nov. sp.*** fronde membranacea subcarnosa sessili cordato-suborbiculari, margine laciniato-undulato rarius subprolifero, coccidiis per totam superficiem sparsis.

Hab. in mari mediterraneo ad oras Massiliae (Cap croissette). *Ipse!* — ex oris Tingitanis in collectione Schousboei vidi!

Rhodom. reniformi sine dubio proxima, et eodem modo formis magnopere ludens; sed stipite plane nullo, et margine magis laciniato undulatoque statim dignoscenda. Recens crassa et subcarnosa aliquantulum lubrica, exsiccata membranacea et chartae arcte adhaerens. Frons rosea maculis saturatioribus adspersa, quae initia sphaerospermiorum credidi, unde nomine Nitophylli ad amicos distribui.

***Rhodomenia polyides nov. sp.*** fronde tenera plana late expansa irregulariter pinnatim divisa, pinnis conformibus elliptico-lanceolatis pinnulas obovato-oblongas basi angustatas numerosas emittentibus.

Hab. in mari mediterraneo ad oras Massiliae *Solier.*!

Frons ultra pedalis laete rosea subirregulariter multifida, segmentis 4 — 5-pollicaribus sesquipollicem latis utrinque angustatis, per totam longitudinem pinnas numerosas a margine emittentibus. Pinnae 2—2½ pollicares et seminunguem latae, pinnulis semipollicaribus basi angustissimis superne sesquilineam latis marginatae. Species aegre definienda, quibusdam varietatibus Rhodomeniae palmatae et Rh. reniformis magnopere accedens, forma quoque Halymeniam ligulatam non parum aemulans, ab omnibus tamen diversa videtur.

***Obs. Rhodomeniae palmatae Grev.*** planta proxima ad oras Chilenses obvenit, quae revera diversa videtur, sed ita simillima ut ex specimine, quod coram habeo, characterem exhibere non audeam. De *Fuco Sarniensi* adhuc certant Algologi, nec mirum. Duae nempe sub hoc nomine

intellectae videntur plantae, quarum *una*, nimirum Mertensii in Catalectis Rothii et opere Turneri depicta, et cujus specimen authenticum ex insula Sarnia ab ipso Mertensio datum coram habeo, est mera Rhodomenia palmata; *altera*, cui forsan omnia Anglica a Turnero memorata specimina pertinent, et cujus fragmentum ab ipso Turnero ad Dominam Griffiths missum possideo, ad Rhod. polycarpam Grev. pertinere videtur.

***Rhodomenia discigera nov. sp.*** fronde membranacea subcartilaginea dichotomo-subpalmata, laciniis late linearibus, superioribus cuneatis vage incisis erosisque, margine inaequali saepe vicinis agglutinato-cohaerentibus intricatis, coccidiis hemisphaericis per mediam frondem sparsis.

Hab. in mari atlantico ad C. B. spei; ad Tingin, *Schousboe*!

Rhodomeniae laciniatae proxima, et ut hujus varietas a Turnero et Harvey transmissa. Halochrysis depressa a Schousboe nominata, et ad Halymenias a Montagne relata, sed fructus Rhodomeniae sunt. Specimina capensia minus intricata sunt quam Tingitana et majora, alias vix diversa. In pluribus Rhodomeniae speciebus margines vicinis concrescunt, in nulla autem magis quam in praesente, ubi tota frons saepe intricate coalescit.

***Rhodomenia linearis nov. sp.*** fronde plana lineari a medio dichotomo-flabellata, segmentis linearibus obtusis, axillis acutiusculis, coccidiis apiculatis per frondem sparsis.

Hab. in mari australi; sp. misit *Hoffman-Bang.*!

Rhodom. corallinae videtur proxima, at minor et angustior, segmentis vix cuneatis et axillis acutis diversa.

***Rhodomenia perreptans nov. sp.*** fronde orbiculari plana subpinnato-dichotoma, segmentis linearibus costatis obtusiusculis.

Hab. in mari mediterraneo, frondes Zonariae squamariae perreptans; ad Cette *Ipse*! ex Genua misit *Martens*!

Frons rosea vix pollicaris, arcte adglutinata, a centro orbiculatim expansa; ramificatione inter pinnatam et dichotomam intermedia. Segmenta evidenter costata, semilineam circiter lata. Rhodomeniae cristatae forsan proxime collocanda, licet costa a Rhodomeniis recedit.

*Rhodomenia corticata nov. sp.* fronde plana lineari irregulariter dichotomo-pinnata, segmentis sensim angustioribus, ultimis acuminatis, coccidiis apiculatis in fronde sessilibus.

Hab. in mari Ceylonam alluente, *Reynaud.*! (Mus. Paris.)

Frons 3 — 4-pollicaris, vix lineam lata, quasi crusta obducta, dichotoma ramulisque brevioribus irregulariter pinnata, segmentis supremis elongatis acuminatis. Coccidia in media fronde sessilia magna. Color hepaticus; substantia rigidiuscula.

*Rhodomenia Juergensii nov. sp.* fronde plana lineari decomposite distiche pinnata, pinnis majoribus minoribusque irregulariter alternis, pinnulis basi eximie angustatis cuneato-linearibus apice serratis incisisve.

Hab. in mari Kamtschatkam alluente; sp. mis. *Juergens.*!

Frons purpureo-rosea, membranacea, 3 — 4-pollicaris lineam vix lata, inferne subdichotoma, superne pinnis majoribus minoribusque irregulariter interspersis decomposite-pinnata. Pinnae pinnulaeque conformes, minores basi eximie angustatae, secundum aetatem vel pinnellatae vel incisae vel serratae. Sterilem tantum vidi.

*Rhodomenia rostrata nob.* fronde compressa subfiliformi decomposite dichotomo-pinnata, coccidiis hemisphaericis infra apicem subuliformem bifidumve ramo incrassato immersis, sphaerospermiis in apice ramulorum sparsis magnis.

*Fucus alatus junior Gm. Hist. t.* 25. *f.* 2.

*Fucus alatus β. angustissimus Turn. Hist. t.* 160. *f. k. l.* !! *Grev. Alg. Britt. p.* 74!

*Gigartina purpurascens et rostrata Lb. Hydrophytol. p.* 46. *t.* 12!

Hab. in mari atlantico ad littora Scotiae *Brodie*! ad Groenlandiam *Fabricius, Vahl*! Specimina liberalitati dominae *Griffiths* et *Hornemanni* debeo.

Species diu male intellecta et ambigua, nec quoad genus adhuc dubiis liberata. Habitus Microcladiae, sed structura frondis fructusque diversa. Fructus „capsularis" fere omnino Sph. purpurascentis, sed sphaerospermia, sporidiis quaternis constituta, ab hoc removent. Cum Delesseria alata ab auctoribus confusa, sed nostro judicio vix talis conjunctionis adest ansa.

*Rhodomenia Fabriciana nob.* fronde compressa subfiliformi decomposite dichotomo-pinnata, pinnis vagis, ultimis subulatis, coccidiis subsphaericis margine frondis innatis.

*Gig. Fabriciana Lb. Hydr. p.* 48. *tab.* 11.

Hab. in mari arctico ad Groenlandiam *Fabricius*! ad Kamtschatkam *Wormskjold*!

Rhodomeniae rostratae proxima et sterilis difficilius distinguenda; attamen rigidior videtur et ramulis ultimis subulatis diversa. Fructifera coccidiorum situ statim dignoscenda. Plantam Lyngbyei huc retuli, licet e fragmentis minutis et icone plantae sterilis ad nostram pertinere pro certo statuere vix audeam.

*Obs. Halymenia variegata Bory*, a qua *Rhodomenia glaphyra Suhr* vix distat, est species Rhodomeniae; *Nitophyllum stipitatum Suhr* et *Halymenia nicaeensis Lamour.* et *Duby* a *Rhodomenia palmetta* non distinguendae; *Rhodomenia Drègeana Suhr* est eadem ac *Phyllophora obtusa Grev.*

*Sphaerococcus Schousboei nov. sp.* fronde plana lineari utrinque attenuata decomposito-pinnata, pinnellis subulatis tenuissime serrato-plumulatis, coccidiis truncato-conicis margine subpenicillatis.

Hab. in mari atlantico ad oras Tingitanas *Schousboe*!

Color pulcherrime roseus et substantia tenera fere Halymeniae Floresiae; at aliis characteribus forsan Sph. Chauvinii proxima. Stipites e basi communi plures, compresso-ancipites, mox in frondem dilatantur. Frondes 4 — 6-pollicares, per totam longitudinem pinnis densissimis ornatae; pinnae lineares, utrinque attenuatae, 1—2 lineas latae, plus minus decompositae; pinnellae ultimae fere subulatae in serraturas tenuissimas solutae. *Coccidia* (?) in pinnellis singulis saepe plura, truncato-conica, apice demum aperta et margine ciliata, sporidia numerosa in sphaeram coalita includentia.

Algam pulcherrimam, in collectionibus pluribus praesentem, denique describere licitum sit; nomine Schimmelmanniae, quasi genus novum, ab inventore insignitam, potius ipsius, Algarum indagatoris felicissimi, ornandam credidi. — De affinitate ceterum non omnino certus sum; substantia tenera et coccidia denique aperta a Sphaerococcis paullulum removent, sed nullum aliud genus jure ingredi videtur. An Grateloupia? an genus proprium? Aliae quoque adsunt Sphaerococci species, quibus coccidia denique aperta, sed hoc alio loco ulterius examinandum.

*Sphaerococcus Lindleyanus nov. sp.* fronde plana canaliculata inferne nudiuscula, supra medium dichotoma, segmentis ramulosis et divaricato-aculeatis, aculeis brevissimis.

Hab. in mari pacifico ad oras Californiae; sp. d. *Lindley*!

Sphaerococco corniculato proximus, fronde canaliculata et aculeis brevioribus firmioribus, velut loco natali diversus. Bi- vel tri-pollicaris, a basi scutata stoloniferus, et in frondes assurgens planas, hinc canaliculatas, inferne simplices vel e margine pinnas simpliciusculas laxe emittentes, infra apicem semel vel bis dichotomas, segmentis ramulos ex margine exeuntes 1—2 lineas longos divaricato-aculeatos gerentibus. Aculei brevissimi conici. Color exsiccatae nigricans, apice dilutior. Substantia cartilaginea.

*Sphaerococcus Gelidium nov. sp.* fronde cartilaginea plana distiche pinnata, pinnis subvagis, inferioribus spinaeformibus, superioribus divaricato-ramosis versus apicem densioribus subcorymbosis.

Hab. in mari Indiae occidentalis. (Herb. Agardh.)

Substantia Sph. gelatino proximus, ramificatione diversus. Frons 4—5-pollicaris, lineam lata, a margine distiche pinnata, pinnis inferioribus abruptis spinaeformibus una alterave in frondem conformem elongata, superioribus magis magisque compositis, supremis divaricato-ramosissimis, corymbum fere aemulantibus.

*Sphaerococcus Serra nov. sp.* fronde cartilaginea teretiusculo-compressa distiche pinnata, pinnis oppositis remotiusculis decompositis, pinnellis superioribus subulatis, inferioribus dentiformibus.

Hab. in mari Indiae orientalis. (Hb. Agardh.)

Sph. spinosi nomine a Mertensio missus, ramis oppositis distichis ab illo diversus.

*Gelidium seminudum nov. sp.* fronde cartilaginea filiformi compressa 2—3-pinnata, pinnis subvagis basi nudis supra medium pinnulatis, pinnulis simplicibus elongatis filiformibus pinnella brevi decomposita hic illic ornatis.

Hab. in mari pacifico; sp. e Lima ded. *Binder*!

Magnitudo, color et substantia Sph. cartilaginei, sed multo minus decomposita, pinnulisque simplicibus elongatis dignoscenda. Pinnae 4 — 5-pollicares, usque ad medium nudae, dein pinnulis 1 — 2-pollicaribus plerumque simplicissimis filiformibus, nunc oppositis nunc alternis, aliquando ramulo decomposito breviore ornatis (ut in Sph. aspero etiam observatur) instructae. Sterilem tantum vidi.

*Phyllophora crenulata nov. sp.* fronde plana dichotomo-subpalmata ecostata, segmentis cuneatis margine crenulatis a margine et disco prolificantibus.

Hab. in mari Brasiliae; e Bahia sp. d. *Duby*!

Frons semipedalis ex stipite semipollicari angusto cuneata, dichotomo-subpalmata, segmentis ungue saepe latioribus, proliferis et incisis, margine eximie crenulato-dentatis, superne undulatis. Phyllophoram obtusam Grev. cum Ph. Lactuca nectere videtur.

*Obs. Chondrus atropurpureus Suhr* merus Sphaerococcus dilatatus Ag. esse videtur.

*Gigartina tenera nov. sp.* fronde filiformi pyramidata, ramis ramulisque sparsis conformibus versus apicem brevioribus basi contractis apiceque acuminatis, subtubulosis.

Hab. in mari atlantico ad littora meridionalia Americae borealis et ad insulas Indiae occidentalis.

Habitus fere, color et substantia Chondriae clavellosae, at structura coccidiorum Gig. compressae proximam suadent. Frons 4 — 5-pollicaris, basi nudiuscula, mox ramis versus apicem longitudine decrescentibus obsita. Rami inferiores eodem modo ramulosi, basi contracti apiceque eximie acuminati, cellulis minutis rotundatis contexti. Coccidia hemisphaerica, ramis vage immersa. Chartae arcte adhaeret.

3. *GASTROCARPEAE Grev. Alg. Britt.*

*Halymenia multifida nov. sp.* fronde carnosa plana orbiculari subpinnata vel profunde inciso-laciniata, segmentis linearibus conformiter decompositis apice dilatatis multifidis.

Hab. in mari mediterraneo ut videtur rarius; sp. ad Massiliam lecta dedit *Solier.*

Frons basi scutata subsessilis bi- vel tripollicaris, latitudine longitudinem superante, plana at carnosa, multifida, segmentis subpinnatis 3 — 4 lineas latis superne dilatatis multifidis, lobis obtusis. Axillae rotundatae. Halym. pinnulatae videtur proxima, at ramificatione irregulari apicibusque multifidis diversa.

*Halymenia algeriensis Mont.*, quantum ex icone dijudicare licet, a Hal. pinnulata Ag. non distat; ad oras Galloprovinciae raram legi. *Halym. Monardianam Mont.* ad oras Massiliae quoque reperi; eadem, ni fallor, in Adriatico obvenit.

*Halymenia lanceola nov. sp.* frondibus carnoso-planis lineari-lanceolatis acuminatis subintegerrimis, simplicibus vel ex apice truncato frondis adultae digitatim exeuntibus.

Hab. in mari atlantico ad oras Hispaniae. (Hb. Agardh!)

Frons 3—4-pollicaris, juvenilis subsimplex, e margine frondem conformem quandoque emittens, denique cuneato-truncata superne lacinias numerosas lineari-lanceolatas longe acuminatas 2—3 lineas latas subintegerrimas gerens. Color purpureus, humectatae dilutior. Halymeniam elongatam praecipue aemulat, at segmentorum forma et distributione diversa.

*Dumontia prismatica nov. sp.* fronde simplicissima subprismatica tri- vel quadri-alata, apice obtuso.

Hab. in mari Indiae orientalis. (Hb. Agardh.)

Frondes 4—5-pollicares, pennam corvinam crassae, a basi scutata plures nascuntur, simplicissimae plerumque tria-

latae, rarius tetraquetrae, apice interdum subinflatae. Nostra sterilis, D. saccatae videtur proxima.

*Obs.* ***Dumontia ovalis Suhr*** a D. saccata Grev. non diversa videtur; ***Dumontia rugosa Suhr*** est Splachnidium rugosum Grev.; ***Iridaeam clavellosam Suhr*** a Sphaerococco stiriato distinguere nequeam.

### 4. *CHONDRIEAE.*

Frons continua vel articulato-constricta. Fructus duplex. ***Sphaerospermia*** in ramulis sparsa infra epidermidem nidulantia, sporidiis quatuor constituta. ***Keramidia***, seu Capsulae Auctorum, intra pericarpium membranaceum apice apertum sporidia pyriformia fundo affixa foventia.

Rhodomelis proximae videntur et fructu sic dicto capsulari convenientes, sphaerospermiis sparsis nec in stichidia coordinatis ab illis differunt. Huic tribui adnumero ***Laurenciam Lamour.***; ***Chondriam Ag.*** (excl. sp. Laurenciae). ***Champiam Lamour.***, ***Bonnemaisoniam Ag.***, ***Calocladiam Grev.***, ***Mammeam et Lictoriam nobis.*** ***Acanthophora Lam.***, quam Chondriis proximam ponunt Auctores, stichidiis inter spinas latentibus ornata, ad Rhodomelas transferenda videtur.

***Laurencia Brongniartii nov. sp.*** fronde subplana superne e margine distiche pluries pinnata, pinnulis densis suboppositis linearibus truncatis.

Hab. in mari Indiae occid.; ex Martinique a ***Brongniart*** missa. (Hb. Agardh.)

Laur. pinnatifidae mihi proxima videtur, at subplana et dense pinnata unde species Bonnemaisoniae existimata fuit. Frons 6-pollicaris, ramis inferne e subcosta prolificantibus nudiusculis, superne pinnatis circumscriptione ovato-triangularibus. Pinnellae lineam non distantes, suboppositae, ver-

sus apicem sensim breviores. Color et substantia L. pinnatifidae.

*Obs.* *Laurenciam claviferam Suhr* non nisi formam nanam Sphaerococci stiriati crediderim.

*Chondria Opuntia nov. sp.* caule solido teretiusculo ramoso, ramenta elongata moniliformiter articulata di- vel trichotoma emittente, articulis ellipsoideis distantibus pedicello filiformi conjunctis.

Hab. in mari Indico(?). Hb. Agardh!

Frondes in caule pollicari, pennam columbinam crasso, bi- vel tripollicares, basi simplicinsculae, per dichotomias crebras fastigiatae, usque ad pedicellum filiformem moniliformiter contractae, articulis ellipsoideis diametro sesquilineari duplo longioribus. Chondriae Uvariae proxima videtur et similis foret, si in hac ramenta elongata moniliformia et ramosa adessent.

## BONNEMAISONIA.

Sphaerospermia in hoc genere nondum detecta, sed ciliis divaricato-multifidis, qualia in unico specimine Bonnemaisoniae asparagoidis mihi obvenerunt, forsan quaerenda. Ut genera propria forsan distinguenda sunt:

1. *Bonnemaisonia* fronde tenui membranacea, apicibus ciliorum keramidia gerentibus. Species sunt:
   *B. pilularia Ag.*
   *B. asparagoides Ag.*
   *B. apiculata Ag.*

2. *Calocladia Grev.* fronde subcostata cartilaginea, keramidiis ad apices frondis sessilibus solitariis. Species sunt:
   *C. elegans* (*Bonnem. elegans Ag.*)
   *C. pulchra Grev.* (mihi ignota).
   *C. Suhrii* (*Sphaer. flaccidus Suhr*, caeteris rigidior, unde nomen mutandum credidi.)

3. *Mammea nob.* fronde subcostata cartilaginea; keramidiis hemisphaericis ad apices frondis sessilibus numerosis confluentibus. Species sunt:

*M. fimbriata* (*Del. fimbriata Lam.*)

*M. dorsifera* (*Rhod. dorsifera Ag.*)

## LICTORIA *nov. gen.*

Frons filiformis continua, superne ramentis areolatis dense vestita. Keramidia at basin ramulorum longe pedicellata, ovata, apice pertusa, semina pyriformia ad placentam centralem affixa foventia. Sphaerospermia (an denique evoluta) in apicibus ramulorum clavatis, granulosis, ramentis dense involucratis.

Frons filiformis, 4—6-pollicaris, basi nuda simpliciuscula, a medio ramis patentibus pollicaribus versus apicem brevioribus undique obsita. Rami conformes, cellulis minutis contexti, ramenta subulata erecto-incurva areolata emittentes. Areolae basi ramentorum serie multiplici, dein duplici dispositae, vicinis alternae nec e regione positae, subrectangulares. Keramidia pedunculo ipsis duplo-longiore suffulta, in ramulis alterna, magna, ovata, apice pertusa, semina pyriformia basi acuminata ad placentam laxe cellulosam centralem affixa continentia. Apices ramulorum clavati granulosi, virgis ramentorum vestiti, alterum fructum forsan fovent.

Species unica, hucusque parum cognita et dubie ad Chondriam relata. Speciminibus a *Delile*, *Requien* et *P. Webb* nobiscum benevole communicatis, accuratiori examini plantam subjeci, et genus proprium constituendum esse credidi. Sphaerospermiis ignotis, locus in systemate adhuc incertus; si, ut suspicor, in ramulis clavatis sparsa sunt, Bonnemaisoniae proximum; si contra in stichidia coordinata sunt, ad Rhodo-

melas et Dasyae vicinum collocandum genus. Habitus fere Polysiphoniae Brodiaei.

*Lictoria taxiformis nob.*

*F. taxiformis Del. Egypte p.* 151. *tab.* 57! *Ag. sp. p.* 368.

Hab. in mari mediterraneo ad oras Aegypti, *Delile*! in Atlantico ad Teneriffam *P. Webb*!

## 5. *RHODOMELEAE.*

Frons plerumque articulata vel areolata, rarissime continua. Fructus duplex: *Stichidia* vel simplici vel duplici aut multiplici serie sphaerospermia foventia, nunc simplici ramulorum intumescentia orta, nunc in organa propria evoluta. *Keramidia* seu „Capsulae" sphaericae aut ovatae, apice pertusae, sporidia fundo affixa plus minus pyriformia intra pericarpium membranaceum foventes.

Quoad fructificationem parum differre videntur genera huc pertinentia. Modificationes plerasque jam in charactere ordinis indicavimus; quae vero vix genericae distinctioni sufficerent, nisi ipsa structura frondis alias suppeditaret diversitates, in nullo tribu evidentiores, quibus potissimum fulti discriminationem generum tentamus.

Affinitatem summam generum *Amansiae*, *Rhodomelae* et *Rytiphlaeae*, easque novis limitibus circumscribendas esse jam in speciebus Algarum et Iconibus Algarum Europaearum indicatum fuit; sed ob tunc parum cognitam fructificationem in plurimis speciebus novae generum constructionis periculum in posterum fuit dilatum. Difficultatum Gordium nodum secans Celeb. Duby (*II. Mémoire sur les Ceramiées*) genera Rhodomelae et Rytiphlaeae in unum conjunxit et ita constituto generi nonnullas species excludens, alias male inserens, rem nostro judicio magis confudit quam illustravit. Neque nobis contigisse in tribu, cujus plurimae species sunt extra Euro-

paeae et parum cognitae, dubia tollere ingenue confitemur. Dum vero meliora attendimus, his utere mecum. Genera sunt:

1. *Claudea Lamour.* Frons dichotoma, ramis revolutis hemiphyllis; lamina verticali nervorum reticulo decomposito rectangulariter fenestrata. *Stichidia* oblonga, duplici quadruplici serie sphaerospermia foventia, inter nervos laminae mediae distenta, apicibus utrinque affixa.

Cum Amansia in vicinia Delesseriae ab auctoribus posita, sed quoad fructum certe Rhodomelis pertinet.

2. *Dictyurus Bory.* Frons dichotoma, ramorum lamina spiraliter adscendente reticulo nervorum aequalium articulatorum subcirculariter fenestrata. Fructus . . . .

Inter Boryanum genus in itinere Belangeri descriptum et *Callidictyon* Grevillei in Synopsi generum Algarum operis Lindleyani (Natur. System of Botany) propositum, nullam video differentiam. Licet uterque ad longe alium locum in systemate novum genus refert, tamen Claudeae proximum esse vix dubitarem. Ut Dictyomenia ad Amansiam, ita Dictyurus ad Claudeam sese habere videtur.

3. *Polyzonia Suhr.* Frons dichotoma repens filiformis articulata, foliolis transverse zonatis, zonisque hexaedre areolatis, subdistiche ornata. *Stichidia* ad basin foliorum solitaria, pedunculata, subspiraliter revoluta, sphaerospermia simplici serie ordinata foventia. *Keramidia* . . . . Species sunt:

1. *Polyz. elegans Suhr.*

2. *Polyz. incisa nov. sp.* fronde alterne bipinnata, pinnulis subverticalibus, deorsum integerrimis, sursum in lacinias (4—5) a basi latiore lanceolato-attenuatas aristatas abeuntibus.

Hab. ad oras Novae Hollandiae, alias algas perrepens.

Frons pusilla, in nostris bipinnata. Caulis compresso-teres articulatus, articulis diametro paulo brevioribus, siphonibus 4 — 5. Pinnae conformes utrinque pinnulas distichas subverticales emittentes. Pinnulae lineam longae, deorsum nudae, sursum lacinias quattuor vel quinque gerentes. Laciniae a basi latiore lanceolato-attenuatae et apice mucrone hyalino instructae, dimidiam pinnulae longitudinem aequantes, articulatae, articulis diametro duplo brevioribus, siphonibus tribus. Chartae vix adhaeret.

Polyz. eleganti proxima, at pinnulis in lacinias lanceolatas incisis facile distinguenda.

3. *Polyz. jungermannioides.* (*Amansia jungermannioides Mart. et Hering.*)

Genus *Leveillea Decaisne* vix a Polyzonia distinguenda. Praeter dentes, quibus stichidia Polyzoniae ornantur, quaeque in Leveillea deficiunt, nullam plane inter utramque video differentiam. Et haec diversitas minoris quidem momenti crediderim; dissimilitudine nempe foliorum, quorum morphosi orta sunt stichidia, omnino pendere videtur. Nec specificam video differentiam inter species Leveilleae, quas indicavit auctor. Et e mari australi, et ex Indico, et e Rubro specimina habeo, sed diversitates, quae adsunt, loco et crescendi modo adtribuendae videntur.

4. *Amansia Lamour.* Frons plana distiche pinnata, costata (costa rarissime subnulla), transverse parallele zonata, zonis hexaedre areolatis. *Stichidia* e margine frondis ramosa fruticulosa, sphaerospermia simplici vel duplici serie foventia. *Keramidia* subglobosa, ad processus marginales ramosos sessilia, sporidia obovata continentia. Species sunt:

*Amansia semipennata Lamour.*

*Am. mammillaris Lamour.*

*Am. glomerata Ag.*

*Am. rhodantha* (*Delesseria rhodantha Harv.*)

*Am. multifida Lamour.*

*Am. obtusiloba* (*Rytiphl. obtusiloba Ag.*)

*Am. Duperreyii* (*Rytiphlaca Duperreyii Ag.*)

*Amansia Binderi nov. sp.* fronde pusilla lacera dichotoma vageque et subflabellatim zonatis, sinubus laciniarum fructigeris.

Hab. ad C. B. spei in Codio parasitica; sp. ded. *Binder*!

Frondes pusillae in superficie Codii dense aggregatae, subinformes vel irregulariter dichotomae, marginibus ob incisuras prolificationesque numerosas laceris. Segmenta cuneata, integra incisa vel dichotoma, superiore margine rotundata, transverse zonata areolataque, areolis subflabellatim versus basin laciniae cuneatae coordinatis et subcostam in fronde efficientibus. Processus fructiferi subheteromorphi in sinubus agglomerati; *Stichidia* ramosa filiformia articulata, articulis diametro subaequalibus polysiphoniis, singula serie sphaerospermia gerentia. *Keramidia* subglobosa in processubus, sphaerospermiorum similibus, brevissimo pedicello suffulta.

5. *Rytiphlaca Ag.* Frons teretiuscula dichotoma, vel compressa pinnato-decomposita, ecostata, articulata. *Sphaerospermia* in ramentis ultimis intumescentibus duplici serie coordinata. *Keramidia* subglobosa pedicellata, semina pyriformia foventia. Species sunt:

*Ryt. complanata Ag.*

*Ryt. firma Ag.*

*Ryt. cloiophylla* (*Rhodomela cloiophylla Ag.*, quae cum Ryt. complanata neutiquam confundenda est).

*Ryt. aculeata Ag.*

*Ryt. tinctoria Ag.*

*Ryt. pinastroides Ag. syn.* (*Rhodomelae sp. in oper. poster.*)

6. *Dictyomenia Grev.* Frons plana (saepe spiraliter torta) distiche pinnata vel e costa, saepe superne evanescente, prolifera, oblique vel subirregulariter zonata et areolata, areolis rotundatis. *Stichidia* spinulis marginalibus orta, duplici serie sphaerospermia continentia. *Keramidia* (ex Grev.) subsphaerica sporidia subglobosa foventia. — Species sunt:

*Dict. tridens Grev.*

*Dict. fimbriata Grev.*

*Dict. serrata* (*Carpophyllum serratum Suhr*).

*Dict. prolifera* (*Amans. prolifera Ag.*).

*Dict. volubilis.*

*Dict. fraxinifolia* (*Amansia fraxinifolia Ag.*)

Fronde saepe torta, substantia firmiore, colore fuscescente, zonis obliquis et areolis rotundatis ab Amansia differre videtur. Fructus et in Dictyomenia et in Amansia parum quidem noti, majoris momenti characteres forsan olim suppeditabunt. —

Huic generi referre ausus sum *Carpophyllum serratum Suhrii*, quod meo judicio Dictyomeniae speciebus intima affinitate junctum est, licet ad divergentissimam familiam illud retulerit celeberrimus illius descriptor. Ab *Amansia prolifera Ag.*, quae huic generi quoque pertinere videtur, vix distat *Rytiphlaea canaliculata Grev.* Nomine *Dictyopteris serrulata* Lamour. binae plantae venditatae videntur; *una* nempe Fucoidea vel potius Dictyotearum tribui pertinens et vera Dict. serrulata Lam., *altera* Dictyomeniae fimbriatae proxima vel identica. Ad ultimam hanc plantam proxime accedit *Del. spiralis Lamour.*, quae igitur ut synonymon a Dict. tridenti est removenda. *Fucum fraxinifolium*, quem ad Delesserias retulit Greville, potius ad Dictyomeniam pertinere crediderim.

7. *Odonthalia Lb.* Frons plana continua evanescenti-costata dichotomo-fastigiata, segmentis alterne pinnatisectis.

*Stichidia* pedicellis ramosis marginalibus suffulta, duplici serie spaerospermia foventia. *Keramidia* e margine pedicellata, subovata, sporidia pyriformia continentia. — Species sunt:

*Od. dentata Lb.*

*Od. corymbifera Grev.*

*Od. aleutica* (*Rhod. aleutica Ag.*)

*Odonthalia angustifolia Suhr* ab Od. corymbifera vix diversa videtur.

8. *Rhodomela Ag.* Frons teretiuscula continua subpinnatim ramosissima. *Sphaerospermia* in ramulis intumescentibus simplici vel duplici serie coordinata. *Keramidia* subovata, semina pyriformia foventia. Species sunt:

*Rhod. lycopodioides Ag.*

*Rh. Thunbergii Ag.*

*Rh. Swartzii Ag.*

*Rh. floccosa Ag.*

*Rh. Larix Ag.*

*Rh. Gaimardi Ag.*

*Rh. subfusca Ag.*

9. *Alsidium Ag.* Frons teretiuscula dichotoma continua superne spurie articulata, ramentis abbreviatis subulatis subpinnata. *Stichidia* lanceolata, ramentorum apice sita, duplici serie sphaerospermia continentia. *Keramidia* apice ramentorum ovata . . . . (a me non visa). Species sunt:

*Alsidium Seaforthii* (*Thamnophora Seaforthii Ag.*)

*Alsid. triangulare* (*Thamnoph. triangularis Ag.*)

*Alsidium scorpioides* (*Rhodomela scorpioides Ag.*)

*Alsidium corallinum Ag.*

Species ab auctoribus ad genera admodum dissimilia relatas in unum, naturae ut speramus satis congruens, contulimus. Rhodomelae proximum, distat ramentis subarticu-

tatis, habitu, colore in nigrum vix abeunte, et stichidiorum morphosi superiore.

10. *Polysiphonia Grev.* (Hutchinsia Ag.)

*Polys. microdendron nov. sp.* arboriformis, caule continuo supra medium parce dichotomo, apice in corymbum ramulorum abeunte, ramulis fastigiatis articulatis, articulis diametro aequalibus vel brevioribus multivenosis.

Hab. in sinu Codano ad oras Bahusiae; rupibus in inferiore limite maris adnata.

Radix callus expansus magnus. Caules plures, basi simplices, prope medium et supra parce dichotomi, ramique continui. Ramuli ramosissimi fastigiati, articulati. Articuli diametro subaequales vel immo dimidio breviores, canalibus pluribus, geniculis obscuris. *Stichidia* vulgaris formae in ramulis superioribus. Color recentis dilute olivaceus vel purpureus ramulique rigidiusculi; in aqua dulci et aëre citissime mutata, color obscurior rami mollissimi et conglobati evadunt.

Ipsa dispositione ramorum praecipue distinguenda. P. Brodiaei forsan proxima, licet P. elongatae formam incautus potissimum judicaret.

11. *Dasya Ag.* Frons continua, fila articulata emittens. *Stichidia* lanceolato-linearia multiplici serie sphaerospermia foventia. *Kceramidia* ovato-urceolata, sporidia pyriformia continentia.

Vix ullum inter Algas genus characteribus firmioribus fundatum fuit meliusve circumscriptum, et tamen nullum adest, quod postea magis extraneis infestum fuit, nullumque, cujus magis confusae fuerint species. Confusionis primam dedit ansam celeb. Duby, qui characteres generi in *Speciebus Algarum* adscriptas carpens, novas fructificationis formas ei adtribuit; his vero accuratius examinatis apparet, illas

non solum non specie Agardhiana, cui illas adtribuit, pertinere, sed specie, immo diversae familiae, nempe Wrangeliae. Dein celeberrimi Crouan, quoque species Dubyanas male intelligentes, veras Dasyas, at specie diversas, sub iisdem nominibus attulerunt. Hinc accidit ut sub eodem nomine diversissimae quatuor plantae militent, et quintuplex fructificatio ei adscribatur. Revisionem igitur omnium specierum non supervacaneam fore credidi.

1. *Dasya plana Ag.* fronde continua plana lineari dichotoma e margine pinnas distichas alternas abbreviatas bis furcatas emittente, pinnis junioribus in penicillos filorum solutis, filis paucis parce dichotomis elongatis tenuissimis, stichidiis ad apices pinnarum saepe geminis.

*Dasya plana Ag. sp. p.* 118! (*nec Duby et ceteror. Auctor. Galliae*).

*Dasya ornithoryncha Montagne Crypt. Alger. p.* 2!

Hab. in mari adriatico et mediterraneo; ad littora Galloprovinciae rarissime rejectam legi.

Licet species distinctissima et cum nulla alia confundenda, tamen mirum in modum a Botanicis Gallicis confusa. *Dasya ornithoryncha Mont.*, quantum ex icone eximia judicare licet, a D. plana Ag. non distat. Stichidiorum forma aliquantulum diversa, sed hoc aetate pendere videtur, sunt nempe in pluribus speciebus initio breviora et fere lanceoidea, sensim vero elongantur, et denique cylindracea apicibus acuminatis obveniunt.

2. *Dasya cervicornis nov. sp.* fronde continua tereti-compressa vage dichotoma subfastigiata undique ramellos abbreviatos densos pluries divaricate furcatos emittente, ramellis junioribus in penicillos filorum solutis, filis parce dichotomis elongatis tenuissimis, stichidiis ad internum latus furcae ramellorum saepe geminis.

Hab. in mari atlantico ad littora Hispaniae. (Hb. Agardh!)

Inter Dasyam planam et D. spinellam intermedia videtur, ramellis *undique* egredientibus ab illa, et ab hac fronde multiplo robustiore, ramellis imprimis versus apicem densissimis subfastigiatis pluries furcatis dichotomis et, ni fallor, numero et situ stichidiorum, quae in D. spinella apicem ramellorum coronant.

3. *D. spinella Ag.* fronde continua teretiuscula laxe furcata ramellos sparsos fere spinaeformes subsemel furcatos undique emittente, ramellis junioribus in penicillos filorum solutis, filis parce dichotomis elongatis tenuissimis, stichidiis apicem spinulorum coronantibus.

*D. spinella Ag. sp.* (*nec Duby et Crouan! an Montagne Crypt. nouv. de France p.* 4?)

Hab. in mari adriatico; specimina aliunde nondum vidi.

*Dasya spinella Duby* (II Mém. sur les Ceramiées) est Wrangelia penicillata Ag.; *Das. spinella Crouan* ad Das. arbusculam pertinet.

4. *Dasya corymbifera nov. sp.* fronde subcontinua tereti lateraliter ramosa subpyramidata, ramis patentibus inferne elongatis sursum sensim brevioribus, ramulis brevibus in penicillos filorum sensim solutis, filis dichotomis fasciculato-corymbosis, articulis cylindraceis diametro 3 — 4-plo longioribus.

Hab. in mari atlantico ad oras Hispaniae. (Hb. Agardh.)

Frons 3 — 4-pollicaris per totam longitudinem ramis conformibus versus apicem longitudine decrescentibus obsessa. Ramuli subarticulati, articulis polysiphoniis diametro subduplo longioribus, ad genieulum quodque ramellos penicilligeros emittentibus. Ramelli inferne subdivaricato-furcati, apice in fila numerosa involuta corymbosa soluti, articulis

filorum inferioribus diametro triplo-quadruplo longioribus. Color roseus. Stichidia generis at in nostris jam dissoluta. — Habitus fere Callithamnii versicoloris.

5. *Dasya hormoclados nov. sp.* fronde inferne subcontinua tereti nuda, ramis elongatis erectiusculis alternis subfastigiata, junioribus ramulisque subarticulatis fila alterna simpliciuscula patentia articulata emittentibus, articulis filorum diametro duplo longioribus ad genicula eximie contractis, terminali acuminato.

Hab. ad oras Novae Hollandiae; sp. d. *Binder*!

Nomine C. trichoclados accepi, sed diversa. Frons pulchre rosea, chartae vix adhaerens, ramis laxis alternis decomposito-ramosa. Rami inferne nudi vix articulati, sed sub lente reticulati, superne articulis obsoletioribus polysiphoniis diametrum aequantibus constituti. Fila ex his proveniunt alterna, patentia, subsimplicia, moniliformiter articulata, articulis ellipsoideo-oblongis, terminali acuminato. Sterilem tantum vidi.

6. *Dasya trichoclados nob.* fronde tereti decomposito-dichotoma subarticulata, articulis diametro sesquilongioribus, inferioribus nudis superioribus ad genicula subalterne emittentibus fila elongata a basi ramosissima articulata, articulis diametro quadruplo et ultra longioribus ad genicula subcontractis.

*Griffithsia trichoclados Ag. sp. p.* 132!

Hab. in mari Indiae occidentalis.

Fila ramorum secundaria non vere verticillata, sed inde a basi ramosissima semiverticillum mentiuntur. Huic generi pertinere vix dubitarem. Etenim frondis structura convenit et stichidia generis in hac quoque deprehendi.

7. *Dasya elegans Ag. sp. II. p.* 117.

Species polymorpha, sed in omni statu tamen facile distinguenda. *Dasya Kützingiana Biasol. in Linnaea XI.*

*p.* 477. *tab.* 8. 9. quantum ex icone dijudicare licet, eadem videtur. *Dasya plana Duby* (*II Mém. sur les Céram.*) partim (specimina nempe Tergestina) vix nisi peculiaris status Dasyae elegantis putaverim. Quoad specimen, quod ipsi debeo, differt fronde magis contracta et ramosa, ramisque brevibus apice tantum penicilligeris. A Dasya plana Ag. distat quantum duae species ejusdem generis discrepare possunt.

8. *Dasya coccinea Ag.*

9. *Dasya crassa nov. sp.* fronde alterne decomposito-pinnata, pinnulis distiche pinnellatis articulatis articulis diametro subaequalibus.

Hab. an e mari Indiae occidentalis? Spec. d. *Hoffmann-Bang.*

Dasyae coccineae proxima, at pinnellis distichis multo crassioribus distincta. Frons circumscriptione lanceolata, alterne distiche pluries pinnata, jugamento compresso hirsuto. Pinnae lineari-lanceolatae subarticulatae polysiphoneae, pinnulis conformibus eodem modo pluries pinnulatis. Pinnellae ultimae monosiphoneae, articulis diametro aequalibus.

10. *Dasya arbuscula Ag. sp. p.* 121! (*excl. Dillw. Conf. tab.* 85.). Huic synonyma pertinent:

*Conf. arbuscula Dillw. tab. G*!! (*nec tab.* 85.)

*Callith. arbuscula Lyngb. tab.* 38. *f.* 4 — 6. (*excl. ceteris*).

*Gaillona punctata Bonnem.* (fide sp. authent.)

*Gaillona versicolor Bonnem.* (ex Crouan.)

*Ceramium Boucheri Duby II Mém. sur les Céram. p.* 15. (*nec Bot. Gallic.*) fide sp. authenticis!

*Ceram. Boucheri var. tenuissimum Crouan in Annales des Sciences III. p.* 181 *et syn.* (fide spec. authent. a Duby communicatis).

*Dasya Hutchinsiae Harv. Britt. Flora p.* 335!

Hab. in mari atlantico ab insulis Orkney usque ad littora Senegambiae; in mediterraneo ad littora Occitaniae et Galloprovinciae frequentem legi.

Duas species confudisse videtur Dillwyn; primum nempe Callithamnion arbusculam Harv. (quae, exceptis quod de stichidiis memorat Lyngbyeus, est Hydrophytologiae Danicae) in tab. 85 depinxit, dein novis allatis specimiuibus diversae speciei tabulam G. adjecit, et specimina hujus ad amicos nomine C. arbusculae distribuit. Haec itaque vera planta Dillwynii existimata fuit et specimine, ipsius manu inscripto, condita fuit descriptio Dasyae arbusculae in speciebus Algarum data. Est itaque species Agardhiana ad unguem eadem ac D. Hutchinsiae Harv. Ut vero duplicitatem plantae Dillwynianae ignoravit, ita etiam Lyngbyanam descriptionem diversis duabus plantis conditam fuisse haud suspicavit auctor specierum Algarum, et ita deceptus, verum quoque Callithamnion arbusculam ad genus Dasyae, injuria ut videtur, retulit. Dein vero in cumulum errorum Dasyam arbusculam quoque intricarunt Algologi Gallici. Cum Wrangelia penicillata a Duby primum confusa dein ab ipso distincta, a fratribus Crouan iterum conjuncta. Hi quoque statuunt Dasyam simpliciusculam et Dasyam spinellam cum D. arbuscula confluere!! *Dasya spongiosa Montagne Crypt. nouv. de France p.* 5. vel ad D. arbusculam vel ad Callithamnion granulatum pertinere videtur; vera enim illius nominis species est incola marium borealium, et in mediterraneo vix obvenit. — *Callith. crispellum Ag. sp.* forma insolita D. arbusculae videtur; sed, fructu nondum detecto, rem in medio relinquere coactus fui.

11. *Dasya scoparia Harv.*

Incola Cap. B. spei, ab auctore nondum descripta. D. arbusculae proxima videtur; statura robustiore, ramellis lon-

gioribus dense investientibus, articulis longioribus et colore pulchrius coccineo differre videtur.

12. *Das. simpliciuscula Ag.*

*Cer. Boucheri var. mucilaginosum Crouan l. c. (exclus. synon. Das. planae Ag.*

Quomodo cel. Duby suam Dasyam planam, quae est Dasyae eleganti proxima, cum D. simpliciuscula conjungere potuerit, equidem non perspicio.

*Obs. Hutchinsiam flexellam Ag. sp.* huic generi quoque pertinere credidi et nomine *Dasyae Solierii* ad amicos distribui. Quum vero sterilem tantum vidi ut speciem propriam Dasyae, novo nomine synonymiam olim forsan tantum auctaram, hic recensere nolui.

## 6. *CERAMIEAE.*

Frons plerumque articulata. Fructus duplex: *Sphaerospermia* sporidia quaterna intra sacculum mucilaginosum, ramis externe adnatum (rarissime inclusum) foventia. *Favellae* seu „capsulae" variae formae, intra pericarpium hyalinum mucilaginosum, irregulariter denique solutum, sporidia numerosa foventes.

Huc pertinent genera: *Ptilota, Ceramium, Spyridia Harv., Bindera nob., Wrangelia, Griffithsia* et *Callithamnion.*

Differunt itaque Ceramieae (qualiter nos ordinem definivimus et circumscripsimus) a Rhodomelis structura fructus sic dicti capsularis et sphaerospermiis saepissime externis; a caeteris Florideis insuper fronde plerumque articulata. Quoad fructum Delesseriis proximas existimarem, mediante praecipue Ptilota et Microcladia.

*Ptilota corallidea nov. sp.* jugamento articulato compresso pluries distiche pinnato, pinnis irregulariter suboppo-

sitis, pinnellis lineari-attenuatis erecto-incurvis dentatis polysiphoniis, articulis diametro brevioribus.

Hab. ad oras Novae Hollandiae; sp. d. *Greville*!

Frons quadripollicaris semilineam lata, quadripinnata vel ulterius decomposita. Pinnae basi nudiusculae dein dense pinnatae, pinnulis non omnino oppositis, ultimis erectiusculis incurvis, dentes plus minus prominentes exteriore praecipue margine gerentibus; omnes cellulis numerosis diametro brevioribus polysiphoneae. Color pulchre ruber.

*Ptilota articulata nov. sp.* jugamento plano-compresso articulato pluries distiche pinnato, pinnis alternis, pinnellis minutissimis subulatis monosiphoniis, articulis diametro aequalibus.

Hab. ad oras Novae Hollandiae; sp. d. *Webb*! (ex Herb. Labillardierii).

Pinnae pinnulaeque subhorizontaliter patentes alternae, pinnellis ultimis brevissimis filiformibus monosiphoniis. Fructus, quantum video, involucratus Ptilotae in hac adest, ita ut hujus esse generis vix dubitarem, licet structura frondis magis Rytiphlaeam aemulat. Species allatae invicem fere diversae sunt ut Pt. asplenioides a Pt. plumosa; a Pt. pectinata et Pt. hypnoide Harv. (Botany of Capt. Beecheys Voyage), quas descriptione tantum cognosco, structura frondis diversae videntur.

### BINDERA *nov. gen.*

Frons filiformis subdiorgana, caule continuo varie ramoso, ramentis subulatis bi-tricuspidatis fasciatis undique vestito. *Sphaerospermia* in ramentis apice ramulorum arcte conniventibus incurvis sita, et interiore latere seriebus transversalibus ordinata. *Favellae* . . . .

Frondes e radice ramosa repente 3 — 4-pollicares, teretiusculae, ramis plus minus elongatis conformibus ornatae,

ramentisque subheterogeneis undique vestitae. Ramenta subulato-attenuata transverse fasciata, apiceque mucronibus hyalinis divaricatis binis ternisve cuspidata; juxta apices ramulorum densiora incurva, interiore latere ad fasciam quamque serie transversali sphaerospermia 3—5 gerentia. Sphaerospermia intra sacculum hyalinum sporidia 3—4 foventia.

Singularem plantam in collectione Algarum novarum ditissima a Wightio collecta Herbarii Hookeri primum vidi, dein in collectione Algarum capensium inter alias Algas immixtam deprehendi. Ut ex sedula Herbarii Hookeri patet, Spyridiae species a Harvey existimata fuit; sed et fructu et structura frondis diversa mihi videtur, articulatione spuria ramentorum potius Alsidium revocante. A Greville genus novum existimatum videtur et nomine Hypnothaliae quondam insignitum, sed in synopsi generum Algarum operis Lindleyani postea non receptum.

*N. Binder*, senatori et politiae praefecto civitatis Hamburgensis illustrissimo, Algologo acutissimo, cui numerosissimas Algas debeo et observationes, genus dicavi. Hoc potius quam aliud genus nomine gubernatoris ejus civitatis, quae industria commercii et arte navigatoria inter primas pollet, ornandum esse, insignia ramentorum Neptunea suadere videntur. — Species unica:

*Bindera insignis nov. sp.*

Hab. in mari Indiae orientalis *Wight*! et ad caput B. spei; specimina ded. *Hooker*!

## WRANGELIA *Ag.*

Fructus duplex: *Favellae* apice ramulorum terminales solitariae, intra involucrum penicilliforme, filis longis dichotomis constitutum, foventes nucleum e seminibus eximie pyriformibus, singulis sacculo hyalino conformi pedicellato nidulantibus centrifugis denique arcte conglobatis, constans.

*Sphaerospermia* interiore latere juxta basin penicillorum sessilia, sphaerica, sporidia quatuor intra sacculum hyalinum foventia.

Nucleus favellae filis brevissimis centrifugis ramosissimis articulatis initio constituitur. Filorum morphosi sporidia formantur, articulis peripheriicis primum et dein versus centrum sequentibus in sporidia abeuntibus, donec omnes filorum articuli in sporidia, tunc densissime stipata, transierunt.

Griffithsiae proximum genus, at defectu involucri, proprie sic dicti (et ab hoc pendente) situ sphaerospermiorum diverso, nec non ipsa structura favellarum ab illa distinguendum. Ut jam supra diximus ad Wrangeliam pertinent species et analyses plures fructus Dasyae a cel. Duby datae.

*Wrangelia penicillata Ag.*

Huc pertinent synonyma:

*Dasya spinella Duby* (*sed minime Agardh.*) *II Mém. sur les Ceramiées p.* 13. *tab. II. f.* 4—5. (*nec fig.* 3.) *tab. III. f.* 2!! (fide spec. in ipsius herbario aliisque a Perreymondio communicatis). — *Montagne Crypt. nouv. de France p.* 4. (fide synonym.)

*Ceramium Boucheti Duby Bot. Gall. p.* 969. (*nec Cer. Boucheri Duby Mém. sur les Ceram. et Crouan in Annal. des sc.*)

*Wrangelia multifida nob.*

*Griffithsia multifida Ag. sp.*

*Callithamnion Pylaisaei Montagne Cent. p.* 6.

Huic est fructus omnino Wrangeliae; distat quidem ab hoc genere (qualiter fuit olim determinatum) fronde sua tota articulata; sed haec diversitas in omnibus Ceramiorum generibus adest. *Ceramium moniliforme Delapyl.*, quo suum *Callithamnion Pylaisaei* condidit Montagne, mera Griffithsia multifida mihi videtur, fide speciminis, quod liberalitati inventoris debeo.

## GRIFFITHSIA *Ag.*

Fructus duplex: *Favellae* sporidia numerosissima arcte conglobata intra sacculum gelatinosum simplicem vel 3—4-partitum, ad apicem pedunculi plus minus elongati affixum, et involucro verticillato tectum, continentes. *Sphaerospermia* interiore latere involucri verticillati sessilia, sphaerica, sporidia quatuor continentia. Involucrum nunc filis brevissimis simplicibus geniculum circumcirca dispositis (in Gr. corallina), nunc filis magis elongatis dichotomis ex apice pedunculi verticillatim exeuntibus (ut in Gr. setacea) constitutum.

Genus Griffithsiae Ceramio denuo conjunctum vult cel. Duby; quod vero, meo judicio, eo majori fieret injuria, quod non tantum aliquid habitu inest, quo statim hujus generis species dignoscuntur, sed etiam fructus generi omnino peculiaris. Diverso quidem modo in diversis speciebus describuntur fructus, sed relictis diversitatibus quae tantum aetati adtribuendae sunt, species legitimae omnes supra allatas fructificationis formas offerunt. — A genere vero excludendae videntur: 1. *Griffithsia*? *trichoclados Ag.* sp., quae ad Dasyam pertinet; 2. *Gr. nodulosa*, quae ad Mesogloiam attenuatam Ag. syst. una cum Mesogl. moniliformi Griff. in Alg. Danmoriens. referenda est; 3. *Griffithsia multifida Ag.*, quam ad Wrangeliam jam supra vindicavimus. Ad *Griffithsiam equisetifoliam* vero revocandus est *Cladostephus flavidus Bory*, qui neutiquam species Cladostephi est.

*Griffithsia secundiflora nov. sp.* fronde dichotoma superne subflabellato-fastigiata elongata, axillis obtusiusculis, articulis cylindraceis ad genicula leviter contractis diametro triplo-quadruplo longioribus, fructibus ad apices ramulorum interiore latere secundis pedunculatis.

Hab. in mari atlantico a Gadibus et Tingi saltim usque ad Bayonne, in mediterraneo ad littora Galloprovinciae et Italiae.

Caeteris crassior, 2—3-pollicaris. Fila dichotoma, inferne ramis distantibus superne approximatis fastigiata, subflabellata. Articuli diametro 2—3-plo longiores, cylindracei medio aliquantulum incrassati, sed haud moniliformes, tubo hyalino plerumque etiam in exsiccata visibili. Fructus in superioribus ramis subflabellatis siti, ex uno quoque geniculo ad latus internum ramorum egredientes, omnes secundi; sphaerospermia juxta latus internum involucri pedunculati disposita; favellae . . . .

Ab auctoribus nunc ad Griff. corallinam, nunc ad Gr. setaceam relata, ab utraque abunde distincta. Sterilis articulorum forma ab illa, ab hac fronde crassiore versus apices parum attenuata aegrius quidem distinguitur; fructifera statim dignoscitur. In Griffithsia corallina nempe sunt involucra sessilia: favellarum ad latus geniculi, sphaerospermiorum circumcirca geniculum verticillatim disposita sunt. In Griff. setacea sunt involucra et favellarum et sphaerospermiorum longius pedunculata, aliquando opposita alias alterna vel vaga, et in superiore et inferiore planta disposita.

*Griffithsia opuntia nov. sp.* fronde e basi dichotomo-fastigiata subhemisphaerica, articulis ramorum inferioribus cylindraceis, superioribus subsphaerico-ellipsoideis.

Hab. in mari mediterraneo ad littora Galloprovinciae; Corallinis Floridcisque adnatam ad rupes magis absconditas Massiliae legi. In Atlantico ad Gades et Tingin, *Schousboe.*

Species pulchra Gr. corallinae proxima, at vix pollicaris et tamen fere crassior. Articuli diametro sesqui- vel duplo longiores, superiores fere omnes ex apice novellos geminos gerunt. Recens eximie nitens, fere iridescens.

## CALLITHAMNION.

Genus a Lyngbye constitutum et in speciebus Algarum receptum una cum Griffithsia Ceramio esse rejungendum monet Cel. Duby. Nec infitiendum summam esse illius cum Griffithsia affinitatem; structura frondis fere eadem, sed uterque fructus diversus. *Favellae* enim verticillo involucranti non teguntur, nec ut saepissime in Griffithsia ad apicem ramuli pedicellatae proveniunt, sed ad inferiorem ramulorum partem vel in axillis sessiles, intra pericarpium hyalinum varie lobatum semina numerosa gerunt. *Sphaerospermia* ad apices ramulorum subvage disposita, plerumque pedicellata et a forma sphaerica plus minus aberrantia (nec, ut in Griffithsia, ad latus internum involucri verticillati numerosa, sessilia et sphaerica). Ramos fructigeros Callithamnii esse involucro Griffithsiae analogos lubenter concedam; est vero evolutionis gradus diversus, cui si nullam tribuimus vim, omnis sane tollitur partium Algarum differentia. Quis enim in Callithamniis transformationem ramuli in „Capsulam" et cellularum in sporidia non observaverit, quis in Algis etiam supremis (ex. gr. Sargassis) foliorum in vesiculas et apothecia transitum evidentissimum non viderit. Licet itaque in nulla familia metamorphoses evidentiores, tamen gradus diversi constantes et in generibus struendis summi momenti characteres existimandi sunt. Griffithsiam igitur a Callithamnio bene diversam existimarem; ab utroque structura frondis diversa longius distant Ceramium et Spyridia.

Quare Callith. pedicellatum a genere exclusum et una cum C. Perreymondii Duby in vicinia Griffithsiae corallinae et Gr. setaceae relatum vult Cel. Duby plane ignoro. Qualem enim fructificationem illarum hucusque cognovimus, ne ungue a Callithamniis discrepat. Nec arcta affinitas Griffithsiae multifidae cum Callithamniis nobis apparet, licet huic opinioni Dubyanae assecla videtur Cel. Montagne, qui ut

speciem novam Callithamnii (C. Pylaisaei) Griffithsiam multifidam descripserit.

*Callithamnion dasycladum nov. sp.* fronde spongiosa cylindracea parce ramosa filis ramosissimis constituta, primario erecto pinnis verticillatis subquaternis abbreviatis decompositis vestito, pinnulis demum dichotomis vel alterne ramosis divaricatis, articulis fili primarii diametro sesquilongioribus, pinnarum aequalibus.

Hab. ad oras Peruviae, Gelidio seminudo parasitica; sp. d. *Binder*!

Frons erecta $^1/_2$ — 1-pollicaris, pennam columbinam fere crassa, cylindraceo-acuminata, ramo uno alterove conformi ornata frondibusque novellis basi plerumque stipata, filo decomposito constituta. Filum primarium erectum parce ramosum sed pinnis dense vestitum. Pinnae verticillatae quatuor, duabus paulo brevioribus, abbreviatae patenti-subhorizontales decompositae. Pinnulae subconformes apice vero potius dichotomae vel alterne ramosae, ramis divaricatis densissimis crassis acuminatis. Articuli in filo primario diametro sesquilongiores, margine hyalino circumdati; in pinnis aequales, basi fere attenuati apparent ob densissimas pinnulas; omnes valde crassi apicibus eximie acutis. Sphaerospermiorum initia (?) in ultimis ramulis hinc verrucosis adesse videntur. — Species certe Callithamnii licet habitus magis Dasyae.

*Callithamnion australe nov. sp.* filo primario repente radicante sursum opposite bipinnato, pinnulis brevissimis obtusissimis, articulis oblongis diametro sesqui-duplo-, caulinis triplo-longioribus, geniculis eximie contractis.

Hab. ad oras Novae Hollandiae, alias Algas perrepens.

Frons semipollicaris crassa. Caulis decumbens radicans opposite pinnatus, pinnis erectis. Pinnulae brevissimae arti-

culis 3 — 4 constantes infra geniculum quodque egredientes, uno latere saepe duplicatae, opposito tamen non deficientes. Pinnellae, sursum tantum, uno alterove ramello instructae. Articuli in caule diametro triplo longiores, in pinnis vix bis eum metientes, omnes ad genicula contracti et hinc oblongi; terminales vix attenuati, obtusi.

Inter species robustiores generis, nulli magnopere affinis, ob ramos oppositos in vicinia C. plumulae collocanda, articulorum forma C. pedicellatum referens.

*Callithamnion plumula Ag.*

Duae formae hujus obveniunt, ab auctoribus non rite distinctae, quae species immo diversas forsan constituunt.

1. *C. plumula* ramellis oppositis distichis vel tetrastichis recurvis sursum pectinato-pinnatis, pinnis simplicibus vel denuo pectinatis.

Obvenit haec in Atlantico et maribus borealibus; in mediterraneo raram legi.

2. *C.* (*plumula*) *horridulum* ramellis oppositis distichis verticillatisve recurvis brevissimis sursum pectinato-pinnatis, pinnis divaricato-subdichotomis.

Haec in mari mediterraneo frequentissima forma; in Adriatico; in Atlantico ad oras Hispaniae et Africae borealis.

Habitus ob ramulos brevissimos densissimosque crispus et fere lanulosus. Ramelli quam in 1. multiplo breviores, pinnis eximie decompositis divaricato-dichotomis acutis horriduli.

*Callithamnion irregulare nov. sp.* intricata moniliformis, filo primario repente radicante, secundariis erectiusculis elongatis vage ramosis, ramulis simpliciusculis longis, articulis ad genicula contractis, in primario quadruplo in secundariis duplo diametro longioribus.

Hab. in mari mediterraneo ad oras Galloprovinciae; inter bulbos Posidoniae, a mari rejectos, intricatam legi!

Ad Callith. variabile, cui certe proximum, initio retuli, at duplo crassius, ramis vagis rarissime oppositis et articulorum forma ellipsoideo-oblonga diversum. Call. barbato et Call. intricato quoque adfine at contractius, articulis brevioribus, eorumque forma distinguenda.

*Callithamnion cruciatum var. radicans* filo primario repente radicante, secundariis oppositis pinnas simplices elongatas secundas gerentibus, articulis cylindraceis diametro 2—3-plo longioribus.

Hab. in mari Bahusiae; Zoophyta extra taenias e profundo protracta perrepens.

Fila uncialia subcapillaria; primarium repens, radicibus elongatis ter quaterve geniculatis globo radicali terminatis; secundaria erecta opposita pinnas plerumque secundas articulis 9—12 constitutas ad geniculum fere quodque emittentia. Articuli in radiculis quadruplo, in filo primario et secundariis triplo duplove diametro longiores cylindracei, geniculis pellucidis.

Habitus a C. cruciato admodum diversus; ut C. variabile ad C. Turneri ita varietas allata ad speciem primariam sese habere videtur.

*Callithamnion roseum.*

Duae hoc nomine obveniunt plantae diversissimae:

1. *Callith. roseum Harv. in Britt. Flora* (*non Agardh species*).

   *Conf. rosea Roth. Catal. II. p.* 182. *Engl. Botan. t.* 966?

2. *Callith. polyspermum Ag. sp. et Auct. Angl.*

   *Callith. roseum Ag. sp. p.* 164.

   *Conf. rosea Roth. Catal. III. p.* 145! *an Dillw. tab.* 17?

Rothium et veteres plerosque nomine Conf. roseae plures et admodum diversas formas descripsisse et distribuisse

in propatulo nobis videtur. Duas equidem a Celeb. illo auctore communicatas plantas coram habeo, quarum una ad Bayonne lecta (quae igitur est in Catal. II. descripta et vera) ad Callith. roseum Harv. proxime accedere videtur; altera a priori diversissima, et plantae in Catal. III. descriptae non male conveniens, Call. polyspermo identica. Haec in figuram a Dillwyn datam non male quadrans, ut verum C. roseum in speciebus Algarum descripta fuit. — De planta Dillwyniana dubia tamen restant; specimina ab ipso missa ad C. roseum Harv. pertinere crediderim, iconem vero lubentius ad C. lanosum Harv. trahere voluerim.

*Callithamnion tripinnatum.*

Neque hoc confusionis liberum. Species nempe Harveyana et auctorum Angliae ab Agardhiana diversa et ni nimium fallor ad Call. Thuyoidem pertinens. In speciebus Algarum vero descripta planta, quam ad rupes Occitaniae pulcherrimam reperi, characteribus datis insuper differt: pinnis secundariis ad basin spinula subsolitaria arcuata instructis, ceterum nudis vel supra medium pinnulatis.

*Callithamnion clavatum Ag.*

Ab hoc non distat *Callith. Perreymondii Duby*, sec. specimen ab ipso Perreymondio datum. Ut bene observat Cel. Duby ad C. pedicellatum proxime accedit; ramentis duplo crassioribus obtusissimis subclavaeformibus, geniculis eximie contractis et sphaerospermiis subsessilibus ab hoc distinctum. *C. clavaegerum Bonnem.* ad C. pedicellatum pertinet; hoc quoque in mediterraneo legi.

*Callithamnion granulatum.*

Hoc quoque nomine diversissimae species militant.

1. *C. granulatum Ag.*, quod C. spongioso Harv. et Ceramio Gratelouppii Duby. Bot. Gall. identicum est.

2. *C. Harveyanum nob.* (*C. granulatum Harv.*); si revera a C. tetragono distat, est novo nomine inscribendum.

*Callithamnion caudatum nov sp.* filis tenuissimis, primariis dichotomis articulatis, secundariis pinnatis apice elongato nudis; pinnis alternis, intermediis pinnulatis, inferioribus superioribusque simplicibus patentibus incurvatis, articulis ramorum triplo pinnarum duplo diametro longioribus.

Hab. in mari mediterraneo ad littora Galloprovinciae; rupibus insulae St. Marguerite in ipso limite maris innascentem reperi.

Fila tenuissima in caespitem intricata, inferne dichotoma, ramis superne laxis laxe pinnatis apice longissimo nudis. Pinnae nunc ad geniculum quodque egredientes, nunc longo intervallo deficientes iterumque provenientes, mediae longiores et pinnulatae, superiores inferioresque simplices breves parum attenuatae incurvae, angulo 45° egredientes. Articuli ubique distincti, geniculis pellucidis.

*Callithamnion fruticulosum nov. sp.* caule subcontinuo, ramis undique alterne egredientibus pinnatis, pinnis decompositis, ultimis abbreviatis divaricato-pinnellatis; pinnellis subulatis recurvato-patentibus, articulis cylindraceis, ramorum duplo pinnellarum subquadruplo diametro longioribus, sphaerospermiis obovatis ad axillas pinnellarum superiorum sessilibus.

Hab. in sinu Codano, in Furcellaria parasiticum.

Caespes densus 2 — 3-pollicaris, caulibus pluribus e callo radicali egredientibus. Caules ultra setacei undique ramis pyramidati, articulis difficillime distinguendis diametro duplo longioribus constituti. Rami elongati decompositi, ultimi ramulis brevibus virgati. Pinnellae in ramulis ad geniculum quodque divaricate exeuntes, inferiores recurvatae, superiores patentes, omnes subulatae, articulis diametro subquadruplo longioribus.

Ex descriptis omnibus nulli magis quam Conf. Hookeri Dillw. convenit; nec refragabor si huic identicum esse dies

postera docebit. Ut vero hanc delineavit Dillwyn, habitu, articulorum longitudine et ramis minus decompositis eam a nostra distinguere volucrim. Call. Brodiaei Harv. quoad habitum nostram non male refert, at pinnellis multo longioribus longiusque articulatis recurvatis acuminatisque diversum. Ad C. granulatum Harv. quoque accedit. Plantam itaque apud nos haud infrequentem lubentius novo nomine insignire, quam illam, ubique claudicantem, dubie ad jam cognitas referre volui.

## GLOIOCLADEAE.

*Chordaria australis nov. sp.* fronde tereti, inferne nudiuscula, superne ramis divaricatis undique ramulosis densissime obsita, ramulis abbreviatis subulatis.

Hab. in mari Novam Zeelandiam ambiente. Indescriptam ex itinere *de l'Astrolabe* dedit *Ach. Richard*!

Frondes e basi callosa plures, 4 — 5-pollicares, pennam columbinam crassae, infra medium nudiusculae, supra vage ramosissimae, ramulisque divaricatis plus minus compositis, ultimis subulatis, ornatae. Fila, centrum frondis constituentia, longitudinalia parce ramosa, vel potius simplicia et anastomosantia, juxta peripheriam in fila dichotoma clavato-moniliformia densissime stipata abeuntia, articulis horum inferioribus diametro brevioribus, superioribus aequalibus. Color exsiccatae ater.

Planta sterilis Cystoseirae cujusdam forsan potissimum existimaretur, at structura Chordariae proxima et vix generice diversa.

*Obs.* Ad *Mesogloiam attenuatam Ag.* pertinent Mesogloia moniliformis Griff. et Griffithsia nodulosa Ag.; species videtur haud rara in mediterraneo, ad oras Galloprovinciae frequentem legi. Ad *Mesogloiam divaricatam Ag.* referenda est *Mesogloia Hudsoni Harv. et Auct. An-*

*gliae.* Vera Mesogloia Hudsoni Ag. est planta bene distincta, quoad habitum non male in fig. 1627. Engl. Botany quadrans, cujus e mari hispanico plura specimina habeo. Synonyma vero allata Hudsoni et Engl. Botany, observante Cel. Arnott, non ad hanc plantam sed ad formam Halymeniae ligulatae referenda dicuntur.

## MYRIOCLADIA *nov. Gen.*

Frons filiformis ramosa diorgana, filo primario tubuloso continuo, secundariis inferne articulatis superne moniliformiter contractis undique vestito. Sporidia (?) ad apices ramorum ramellis insidentia, filis involucrantibus stipata, ellipsoidea, intra sacculum hyalinum granulosam materiam continentia.

Plantae marinae inter Mesogloias et Thoreas intermediae, his habitu et forsan affinitate proximae. ***Linckia Zosterae Lyngb.***, qua fuit conditum genus Agirae, descriptionibus auctorum forsan magis a nostris distat, quam natura ab illis recedit. Nomine vero Linckiae Zosterae plures plantas militare certus sum, quarum vera, cujus unicum specimen tantum vidi, generice a Myriocladia differre videtur, quod descriptione Lyngbyana quoque patet; aliae autem nomine Linckiae Zosterae venditatae plantae ad nostrum genus pertinere suspicor, sed descriptionibus vagis auctorum hoc vix eruendum. Thorea Gaudichaudii Ag. ad Myriocladiam transferenda videtur. Descriptionem fusiorem infra Myriocladiam Lovenii videas, quam typum generis existimamus.

***Myriocladia Lovenii nov. sp.*** fronde subvage ramosa, filis secundariis diametrum primarii longe superemincntibus simplicibus vel parce furcatis articulatis, articulis inferioribus elongatis cylindraceis, superioribus moniliformibus ellipsoideis diametro duplo longioribus.

Hab. in sinu Codano rarissime; specimina in Ostrea crescentia extra taenias *Sälö* Bahusiae, profunditate 5 — 6 orgyarum, protraxi.

Frondes e basi callosa minima solitariae vel paucae, tripollicares, penna passerina tenuiores, filiformes, ramis conformibus sparse obsitae, flaccidae, subgelatinosae, lutescenti-olivaceae, diorganae. Filum primarium frondem percurrens, tubulosum, continuum; cellulis rectangularibus diametro subtriplo longioribus contextum, apice ramorum in ramulos nonnullos articulatos divisum. Fila secundaria e primario undique egredientia, inferiora plerumque simplicia, superiora furcata elongata patentia et plerumque incurva, basi laxe articulata seu subcontinua globulis subarticulatim dispositis repleta, apice moniliformiter articulata, articulis ellipsoideis diametro duplo longioribus. Ramuli terminales articulati, ramellos fructiferos suboppositos ad geniculum fere quodque emittentes. *Sporidia* (?an conceptacula sporidiorum?) magna et granulosa materia repleta, brevissime pedicellata, filis secundariis involucrata.

Planta certe sui generis, immo cum Thorea et Lemania forsan tribum peculiarem constituens, Mesogloiis proximam at filo centrali tubuloso distinctam.

*Myriocladia Zosterae nov. sp.* fronde vage pinnato-ramosissima, filis secundariis diametrum primarii longe superantibus subsimplicibus clavatis apice moniliformiter articulatis, articulis rotundatis diametro subaequalibus.

Hab. in sinu Codano foliis Zosterae adnata; in littore Bahusiae rarius rejectam legi.

Habitus fere prioris sed magis ramulosa. Fila secundaria extrorsum crassiora et clavata, articulique quam in antecedente duplo breviores, diametrum aequantes. Fructiferam non vidi.

*Myriocladia Posidoniae nov. sp.* fronde parce ramosa filis secundariis densissimis extra primarium vix proeminentibus, basi furcatis clavatis incurvis, apice moniliformiter contracto, articulis diametro brevioribus.

Hab. in mari mediterraneo foliis Posidoniae innata; prope Massiliam rejectam legi.

Frons sordide olivacea, simplicinscula, ramo uno altero ve obsita. Fila secundaria, quam in antecedentibus multo breviora. Statura Linckiae Zosterae Lb. sed color et structura diversae.

# DE PROTEACEIS AMERICANIS HERBARII REGII BEROLINENSIS

AUCTORE

*J. FR. KLOTZSCH.*

---

*Guevinia* Molin. Endlicher Gen. pl. p. 340. n. 2140.

*G. Avellana* Molina Chil. p. 198. R. Br. in Linnean Transactions X. p. 165.

Gevuina Avellana Römer et Schultes Syst. veget. III. p. 398.

Chili. In montibus ad Talcahuano. Poeppig. Ad. de Chamisso.

*Adenostephanus**) n. gen.

Perigonium tetraphyllum, *irregulare*, foliolis revolutis, deciduis. Antherae 4, subsessiles, apicibus foliorum perigonii immersae. *Glandulae* 4, *persistentes*, *in annulum hypogynum connatae*. *Ovarium pedicellatum*, *uniloculare*, *biovulatum*, *ovulis collateralibus*, *pendulis*. *Stylus persistens*, *arcuatus*. Stigma incrassato-clavatum. Fructus?

Arbores brasilienses; foliis alternis, abrupte-pinnatis 3—6-jugis; racemis in apice ramulorum axillaribus, solitariis aut geminis; floribus geminis, pedicellatis, pedicellis

---

*) Nomen e vocibus ἀδήν et στέφανος compositum.

ad basin plus minusve connatis, obscure bracteatis. (Rhopala inaequalis Pohl. Pl. Bras. p. 110. t. 89.)

*A. incana* n. sp. Foliis 4 — 5-jugis, foliolis oblongis, acutis, remote-serratis, supra glabris, laete-viridibus, subtus petioloque communi fuscescente-incano-tomentosis; racemis geminis aut compositis, folio sublongioribus, floribusque fuscescente-incano-hirsutis; germine rufescente-villoso.

Didymanthus incana Kl. in herb. Reg. Berol. olim.

Arbor orgyalis, ramosa. Rami lignosi, evanescente-tomentosi, demum fusco-atri. Folia 6 — 8-pollices longa, 4 — 5-juga, juniora undique tomentosa: foliola alterna aut opposita, inaequilatera 3 — 4 unc. longa, $1^1/_2$ unc. lata, in petiolum brevem tomentosum attenuata. Pedicelli per paria ad basin connati. Perigonii foliola intus glabra.

Sellow misit e Brasilia meridionali sub No. 1447.

*A. Sellowii* n. sp. Foliis 5 — 6-jugis, foliolis late-ellipticis, brevissime-acutis, remote-serratis, supra laete-viridibus, sparsim villosis, subtus petiolo communi racemoque badiis, pubescentibus; racemis solitariis, folio sublongioribus; floribus pedicellisque rufescente-hirsutis; germine glabro.

Didymanthus Sellowii Kl. in herb. Reg. Berol. olim.

Arbor sesquiorgyalis, ramosa. Folia sesquipedalia. Petioli communes evanescente-badio-pubescentes, deinde subatri: foliola subopposita, late-elliptica, inaequilatera, basi obtusa, apice brevi acuta, margine remote-serrata, membranaceo-coriacea, brevi-petiolata, 3 — 5 unc. longa, 2 — $2^1/_2$ unc. lata, supra viridia, evanescente-incano-pubescentia, subtus pubescentia, rufescente-ferruginea. Florum pedicelli per paria usque ad medium connati.

E Brasilia meridionali. Sellow sub no. 1356.

*Andripetalum* Schott msc. Endlicher Genera plant. p. 342. n. 2149.

Perigonium tetraphyllum, regulare, foliolis apice revolutis. Stamina 4, imo perigonio inserta, filamentis lineari-complanatis, perigonii foliola aequantibus. *Nectarium hypogynum, membranaceum, urceolatum, quadridentatum, deciduum.* Ovarium uniloculare, biovulatum. *Stylus filiformis, strictus.* Stigma verticale, clavatum. Folliculus?

Arbores Americae meridionalis; foliis simplicibus integerrimis, membranaceo-coriaceis, spicis in apice ramulorum racemosis.

*A. polystachya* Schott. msc.

Rhopala polystachya Humb. Kunth. Nova gen. et spec. II. p. 154. t. 121. Embothrium polystachyum Hb. Willd. n. 2498.

Specimen Humboldtianum.

*A. sessilifolia Kl.*

Rhopala sessilifolia R. Br. in Linnean Transact. X. p. 193. Roemer et Schultes Syst. veget. v. III. p. 430. n. 10.

In Gujana anglica Schomburgk (absque numero).

*A. rubescens* Schott. msc.

Andriapetalum rubescens Pohl. Pl. Bras. I. p. 114. t. 91.

Arbor 30-pedalis. Flores recentes pallide-lutei.

Gujana anglica Schomburgk n. 69.

*Rhopala* Schreber R. Br. Roemer et Schultes. Endlicher Gen. pl. p. 341. n. 2148.

*R. montana* R. Br. Linnean Transact. X. p. 191. Roemer et Schultes Syst. veg. III. p. 428. n. 1.

Hb. Willd. n. 2488.

*R. media* R. Br. l. c. p. 191. Roemer et Schultes l. c. p. 428. n. 2.

Ex herb. Mus. Paris.

Gujana gallica.

*R. complicata* Humboldt Kunth. Nova gen. et spec. II. p. 122. t. 119.

Hb. Willd. n. 2498 sub nomine Embothrium curvatum.

Specimen Humboldtianum.

*R. ovalis* Pohl. Plantae Brasiliae I. p. 107. t. 86.

Ex America meridionali. Sellow. n. 387.

*R. obtusata* n. sp. Foliis alternis, integerrimis, ellipticis, apice rotundato-obtusis, basi attenuatis, coriaceis, utrinque glabris, suprà saturate-viridibus, nitidis, subtus fuscescentibus, opacis, racemo axillari brevioribus; pedicellis cum perianthii foliolis glabris; germine incano-pubescente.

Rami flavescentes, sordide-cinerei. Ramuli fuscescentes, glabri. Folia 3 — 4 unc. longa, $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ unc. lata. Petioli glabri, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ unc. longi. Racemi glabri 4 — 5 unc. longi.

Gujana anglica. Schomburgk n. 215.

*R. obovata* Humboldt Kunth. Nova gen. et spec. II. p. 122. t. 120.

Embothrium obovatum Hb. Willd. n. 2492.

Specimen Humboldtianum e Peruvia.

*R. cordifolia* Humb. Kth. Nova gen. et spec. II. p. 121. t. 118.

Embothrium cordifolium Hb. Willd. n. 2499.

Specimen Humboldtianum e Peruvia.

*R. velutina* n. sp. Foliis alternis, late-ovatis, acuminatis, in petiolum attenuatis, glaucescentibus, evanescente-ferrugineo-pubescentibus, margine crispatis, obsolete dentato-serratis, junioribus longe-acuminatis, grosse-dentato-serratis, racemo axillari subaequalibus aut brevioribus; pedunculis pedicellisque evanescente-pubescentibus; folliculis longis, deinde glabrescentibus.

Rami glabrescentes, fusco-caesii, juniores flaccidi, pubescentes, rimosi, inter rimas ochraceo-rufescentes. Ramuli dense ferrugineo-hirsuti. Folia alterna, subcoriacea, late-ovata, acuminata, in petiolum longum attenuata, saepissime complicata, glauca, margine undulato-crispata, obsolete-dentato-serrata, supra sparsim, subtus dense evanescente-ferrugineo-pubescentia, juniora longe acuminata, grosse-serrato-dentata, 4—6 unc. longa, 2—3 1/2 unc. lata. Petioli semiteretes, ferrugineo-hirsuti 1 — 1 1/2 unc. longi. Racemi deinde glabrati, in spinas desinentes, 4 — 5 unc. longi. Folliculi acinaciformes, evanescente-pubescentes, demum subglabri, e flaccido-cinerascentes, 1 1/2 unc. longi, 1/2 unc. lati.

E Brasilia meridionali. Sellow. n. 1358.

*R. brasiliensis* n. sp. Foliis alternis, late-ovatis, acutis, in petiolum subattenuatis, saturate viridibus, supra nitidis, subtus opacis, venis prominentibus, utrinque glabris, coriaceis, margine uncinato-grosse-serratis, junioribus longissime petiolatis, rhomboideo-ellipticis, obtuse-serratis, ramulisque pallide-ferrugineo-tomentosis, racemo axillari longioribus; pedunculis cum perianthiis pedicellisque in sicco pallide-ferrugineo-tomentosis; germinibus fulvo-villosis; folliculis gilvis, evanescente-pubescentibus.

Rami glabrescentes, albidi. Gemmae fusco-villosae. Folia 4 — 6 unc. longa, 2 — 3 1/2 unc. lata. Petioli 2—3 unc. longi, deinde glabri. Racemi 4 unc. longi. Bracteae sessiles, late-ovatae, acutae, pallide ferrugineo-tomentosae. Folliculi unciam longi, 1/2 unc. lati.

E Brasilia meridionali. Sellow. n. 1357.

*R. longepetiolata* Vahl. Pl. Bras. I. p. 109. t. 88.

E Brassilia. Sellow.

*R. nervosa* n. sp. Ramulis fuscescente-pubescentibus; foliis alternis, ovalibus, acutis, serratis, coriaceis, glabris, saturate-viridibus, basi in petiolum brevem attenuatis; petiolis pubescentibus.

Folia elliptica supra atro-viridia, venoso-nervosa, glabra, opaca, subtus pallide-viridia, costa prominente, evanescente-puberula, 3 unc. longa, $1^3/_4$ unc. lata. Petioli $^1/_2$ unc. longi.

E Brasilia. Sellow. n. 1123.

*R. grandifolia* n. sp. Foliis alternis, oblongis, subobtusis, remote-serratis, membranaceo-coriaceis, utrinque glabris, lacte-viridibus, ad basin in petiolum brevem attenuatis, petiolis glabris.

Rami olivacei, glabri. Folia subtus venoso-nervosa, 6 — 8 unc. longa, 3 — $3^1/_2$ unc. lata, juniora orbicularia. Petioli $^3/_4$ unc. longi.

E Brasilia. Sellow.

*R. peruviana* R. Brown in Linn. Transact. X. p. 192.

Embothrium monospermum Ruiz et Pavon. Flor. peruv. I. p. 63. t. 98.

Hb. Willd. n. 2502.

Specimen Ruizianum e Peruvia.

*R. diversifolia* R. Brown in Linn. Transact. X. p. 193.

Embothrium pinnatum Ruiz et Pavon. Flor. peruv. I. p. 63. t. 99 b.

Specimen Ruizianum e Peruvia.

*R. adiantifolia* n. sp. Foliis imparipinnatis, quinque-aut sexjugis, foliolis subdimidiato-rhombeis, acutis, dentato-serratis, coriaceis, supra virdibus, glabris, subtus badio-pubescentibus, foliolo terminali regulari.

Rami glabrescente-cinerei. Ramuli badio-pubescentes. Folia impari-pinnata 6—8 unc. longa. Petioli communes supra plani, longitudinaliter sulcati, virides, subtus convexi, badio-puberuli, ad basin incrassati. Foliola elongato-trapeziformia apice basique attenuata, 2—2½ unc. longa, ¾—1 unc. lata, terminale rhombeum, petiolatum, 2½—3 unc. longum, 1—1⅓ unc. latum.

E Brasilia. Sellow sub n. 1360.

*Embothrium* Forster, R. Br., Endlicher gen. pl. p. 342. n. 2152.

*E. coccineum* Forster.

R. Brown in Linn. Transact. X. p. 196. Roemer et Schultes Syst. III. p. 431.

Hb. Willd. n. 2493.

Specimina Forsteriana.

*E. lanceolatum* Ruiz et Pavon. Flor. peruv. I. p. 62. t. 96.

R. Br. l. c. p. 196.

E. coccineum Poeppig. Coll. pl. Chil. III. 39. Diar. 675.

In Chiles austr. pratis a Gualqui ad Antuco (500—5000′) fl. m. Novb. Poeppig.

*Orcocallis* R. Brown, Endlicher gen. pl. p. 342. n. 2153.

*O. grandiflora* R. Br. in Linn. Transact. X. p. 196. Kunth. Syn. pl. aequin. I. p. 451.

Embothrium emarginatum et mucronatum Hb. Willd. n. 2490 et 2491.

Specimina Ruiziana et Humboldtiana.

*Lomatia* R. Brown, Endlicher gen. pl. p. 342. n. 2155.

*L.* (*Amphiloma Endl. l. c.*) *dentata* R. Brown in Linn. Transact. X. p. 201.

Embothrium dentatum Ruiz et Pavon. Fl. peruv. I. p. 62. t. 94. a.

Chile ad decliv. flum. Tinguiririka alt. 400 — 500 ped. Meyen.

*L.* (*Amphiloma*) *obliqua* R. Brown l. c. Kth. Syn. pl. aequin. I. p. 450.

Embothrium obliquum Ruiz. et Pavon. Flor. peruv. I. p. 63. t. 97. Hb. Willd. n. 2500.

Specimina Humboldtiana.

*L.* (*Amphiloma*) *ferruginea* R. Brown l. c. p. 200.

Embothrium ferrugineum Cavanilles Icones t. 385. Hb. Willd. n. 2494.

Specimen Neeanum.

Bemerkungen

# über das Vorkommen des Amylum bei den Kryptogamen.

Vom

Dr. *J. R. Th. Vogel.*

---

Als ich vor einiger Zeit bei den Flechten ein eigenthümliches Auftreten des Amylum in den Fructificationstheilen beobachtete, stellte ich die Beobachtungen, die mir über das Vorkommen des Amylum bei den Kryptogamen bekannt waren, zusammen, um diesen Gegenstand, besonders mit Berücksichtigung der Entwickelungsgeschichte weiter zu verfolgen. Indem ich gegenwärtig in Begriff bin, eine grössere Reise zu unternehmen, die mich jedenfalls auf längere Zeit verhindern wird, auf diesen Vorwurf zurückzukommen, stelle ich hier die einzelnen Beobachtungen neben einander hin, ohne dabei auch nur im Geringsten auf Vollständigkeit Anspruch machen zu wollen, lediglich in der Absicht, dadurch vielleicht die Aufmerksamkeit anderer Forscher anzuregen.

Bei den Farrn ist bekanntlich eine grosse Menge Amylum im Wurzelstock, so wie im Zellgewebe des Schafts abgelagert, obgleich nach *Mohl* (Mart. Icon. select. pl. crypt. Bras. p. 49.) bei mancher Art wenig oder gar nichts vor-

kommt. In den Porenzellen der Epidermis hat *Mohl* bei Aspidium exaltatum den Amylumkern in den Chlorophyllkörnern entdeckt. — Bei Equisetum ist im ganzen Caudex das Zellgewebe mit vielen Amylumkörnern angefüllt, die nach oben zu (wenigstens im Herbste) immer mehr abnehmen, doch fehlen sie in den langgestreckten Zellen, welche die Spiroideen begleiten.

Bei den Lycopodiaceen zeigten sich im Stengel bei den im Sommer gesammelten Exemplaren in den verholzten Zellen (und nur in diesen) viele kleine Amylumkörner, oder es trat doch, wenn man auch keine Körner mehr erkennen konnte, eine starke blaue Färbung, nach Anwendung von Tinct. jodi, ein. Im Herbste war die Reaction weit schwächer, oder zuweilen auch wohl gar nicht mehr bemerkbar. Auch in der Wurzel zeigte sich in den entsprechenden Zellen dasselbe Verhalten.

In den Fructificationswerkzeugen aber war nichts von Amylum zu entdecken, und dies scheint mir ein Grund mehr zu sein, Isoëtes*) zu dieser Gruppe zu ziehen, denn ausser in dem knolligen Wurzelstocke habe ich kein Stärkemehl in dieser Pflanze finden können, während die Fructificationswerkzeuge der Rhizocarpeen ganz damit erfüllt sind.

Bei den Laubmoosen hat *Mohl* den Amylumkern im Chlorophyllkörnchen bei Bryum cuspidatum gesehen. Es scheint aber dieses Vorkommen bei diesen Pflanzen sehr selten zu sein. Dagegen kommt Amylum sehr häufig bei den Lebermoosen vor. Bei den Ricciceen ist es von *Lindenberg* erwähnt, dass die Schleudrer der Jungermannien vor dem Entstehen der Spiroideen einzelne Parthien von sehr kleinen

*) *Bischoff* bestreitet *De Candolle's* Angabe und Ausbildung der Stomata an den Blättern dieser Pflanze. Bei Isoëtes setacea sind sie sehr deutlich, wie bei den Gräsern, in Reihen gestellt.

| 11. | N. 198. | A. monogyna capitulis nutantibus, involucris incanis. |
| 12. | N. 195. | A. austriaca $\delta$. |
| 13. | Contra?! | A. inodora MB. specimen macrum. |
| 13 b. | Cent. II. N. 26. | A. camforata $\alpha$. |
| 14. | | A. leontopodioides (sine floribus). |
| 15. | | A. inodora Meyeriana c. mihi. |
| 16. | | A. camphorata $\delta$. |
| 17. | Absinthium seriphium xantonicum a Gundelsheimero | A. taurica $\varepsilon$. Gundelsheimeri mihi[38]). |
| | Oligosporus Marschallianus | A. campestris $\alpha$. d. mihi. |

## NOTAE.

1. Ad *A. fruticosam.*

Artemisiam hanc in adnotationibus suis Mss. in herbarium Willdenovianum Ill. de Steven declaravit pro A. pauciflora MB. s. arenaria DeCand. Prodr. Specimina sunt adulta, deflorata, sine apice caulis, qui certe ultra pedalis esse debet, cum speciminis apex pennam columbinam crassitie superet (ad $^{10}/_{12}$''' diametri) defoliata. Caules, cujus ad sunt frustilla cum parte paniculae pedalia, alia inferiora

spithamaea cum 2 — 3 fasciculis foliorum, habent crassitiem basi $1^1/_2$‴ diametri: attamen ea non esse ab ipsa basi fruticis certe 4′ nullum mihi restat dubium. Cortex spadiceus est, sulcato-striatus aut potius a singula gemma costulae tres plus minusve decurrunt. Folia fasciculorum non sat evoluta, incana, aeque ac rami et ramuli paniculae. Haec folia sunt bipinnatisecta, pinnis 5 — 7, petiolo subaequalibus, laciniis lineari-lanceolatis. Capitula racemoso-paniculata, nutantia, jam sine flosculis, 1‴ longa, squamis involucri ovatis, exterioribus angustioribus, omnibus membranaceo-marginatis, externis dorso canescentibus: hinc puto hanc Artemisiam potius esse A. proceram: nam in A. arenaria capitula sunt $1^1/_2$ — 2‴ longa cum pedunculis glaberrima, squamae involucri lateribus scariosae, foliorumque laxorum laciniae distantes, magis elongatae et media lateralibus aequalis.

2. Ad *A. mutellinam.*

Eam in supplemento meo p. 19 non appellavi delphinensem (conf. De Cand. Prodromum VI. p. 124.) sed var. *α.* hoc nomine distinxi.

3. Ad *A. splendentem.*

Specimen (sine peculiari indicatione loci, nisi in fronte: „Habitat in Armenia") eximie foliosum; nam plerumque caules parum sunt foliosi, folia floralia minus divisa et raro pedunculos superant.

4. Ad *A. lanatam.*

Ignoro cur cel. De Candollius praeferat nomen Willdenovii, qui speciem condidit ad macrum speciminulum e Hispania (seriora sunt e Pedemontio a d. Balbisio) antiquiori Pallasii.

5. Ad *A. corymbosam s. corymbiferam.*

Cum nomen Exc. Fischeri sit antiquius haec Artemisia nomine A. Leontopodioidis est salutanda. Meam A. curilen-

sem et DeCand. Prodromi appello Meyerianam in memoriam oculatissimi botanici Dr. C. A. Meyeri.

6. Ad *A. viridem.*

Fol. 1 et 2. specimina sunt media inter A. rupestrem *α.* oelandicam et *δ.* viridem h. e. vix involucrata et capitulis magnitudinis A. r. *γ.* viridifoliae. Tale quoque specimen ramosum fol. 3. Alterum specimen fol. 3 inter A. r. *δ.* viridem et *γ.* viridifolium est medium. Capitula minora ac A. r. viridis nostrae, cui capitula inter caeteras maxima, attamen majora quam A. r. viridifoliae et involucri squamae disco vix sunt longiores et hanc ob causam hae formae ut species non possunt distingui.

7. Ad *A. palustrem s. Pallasii.*

Hanc d. Sprengelius nomine A. bargusinensis introduxit in Systema Vegetabilium. Cel. de Ledebour illam synonymam suae A. violaceae habuit. Ill. Steven folia ejus cum illis A. trifurcatae in adnotationibus suis in herbarium Willdenovianum comparat (Conf. meum Supplem. p. 86.). Hanc Artemisiam ad borealem spectare nullum est dubium: at vix jungenda A. violaceae, nisi ob caulem purpurascentem, statuit potius formam propriam inter var. *δ.* Ledebouri et *ε.* Pallasii ponendam A. b. *δδ.* Willdenovii mihi (Monogr. ined. c. icon.) distinctam glabritie ab ambabus, a priori adhuc altitudine pedali, capitulis minoribus, foliorum radicalium laciniis brevioribus et a secunda foliorum laciniis acutis, capitulis minoribus. Involucri squamae ovatae acutae virides, margine et apice scariosae albidae. En descriptionem ejus:

Radix perennis, lignosa, ramosa, extus fusca. Collum involucratum basi persistente dilatata petiolorum trinervia, e cujus medio caulis pedalis, teres subangulatus, erectus, purpurascens, subflexuosus, simplex, ramis nullis si exceperis ramos paniculae infra medium caulis incipientis. Folia radi-

calia cum petiolo 2—3″, petiolo ipso $1\frac{1}{2}$ — 2″, subbipinnatisecta cum pinnis 8 — 10‴ quinatisecta; pinnae inaequaliter sectae, terminali magis divisa, segmentis 2—4‴ lineari-lanceolatis, obtusiusculis: caulina minus composita, brevius petiolata, ita, ut sub ramis paniculae inferioribus sint sesquipollicaria. Panicula constat spicis indivisis utplurimum secundis, cernuis, cum ramulo ipso 1—2″. Bracteae ad basin capitulorum lineares, inferiores eo longiores, superiores iis dimidio breviores. Capitula (nondum florentia) globosa, $\frac{5}{4}$‴ diametri. Squamae involucri dorso virides, margine et apice scariosae albidae exteriores ovatae acutae, interiores ellipticae. Flores ♀ 5, ♂ 21. Corollae purpurascentes, ♀ tubulosae, tenues, ♂ clavatae.

8. Ad *A. dentatam.*

Adsunt 4 specimina in 2 foliis. In fol. 1 sunt specimina A. rupestris *α.* oelandicae sibiricae, quae quo ad magnitudinem capitulorum sunt media A. r. *α.* oelandicam inter et A. r. *δ.* viridem, quorum magnitudo nequaquam cum ea A. Absinthii fuit comparanda, quibus parum minora dixit d. Willdenovius sed potius cum iis A. Sieversianae, cujus capitula aequant. In fol. 2 sunt duo specimina A r. *γ.* viridifoliae. In editione Willdenoviana specierum plantarum T. III. P. 3. p. 1826. lin. 13. ab infra loco *inferiores* lege *interiores.*

9. Ad *A. campestrem.*

Artemisia in fol. 7. est „A. altissima Pall. ex arena volubili deserti caspici, fruticosa" a Pallasio lecta. A. varietate *α.* differt frutescentia. Ad hanc accedit alia e sinu Alexandri in litore orientali maris caspici a Dr. Sabloskyo lecta et mihi a D. Alexandro Richter communicata, quae ad var. *α.* a Gmelino juniperi lectam accedit panicula patente: at capitula oblonga pallida nutantia sesquilineam longa, foliis (saltem fasciculorum) sericeis. Capitula accedunt ad ea A. arenariae; at panicula non quadrat.

10. Ad *A. herbaceam.*

Etiamsi Exc. Fischer A. herbaceam a d. Willdenovio habuit attamen specimina omnia herbarii Willdenoviani ad A. proceram spectant, quam inter et chamaemelifoliam A. herbacea medium tenet.

11. Ad *A. borealem s. sericeam.*

Cum A. sericeae var. *α.* nitentis capitula majora sint ac var. *β.* non convenit hanc appellare grandifloram (vide De Cand. Prodr. VI. p. 122), sed aut Gmelinianam uti in Supplemento p. 14 feci, aut mediam.

12. Ad *A. annuam.*

E specimine in fol. 3. e Gilan a Pallasio lecto formavit d. Sprengelius A. hyrcanam in Syst. veg. n. 78. p. 494 nulla ratione ab A. annua distinguendam.

13. Ad *A. Tournefortianam.*

Notandum specimen herbarii Willdenoviani a Gundelsheimero proveniens componi e specimine florente A. Tournefortianae et e folio radicali subtripinnatisecto A. armeniacae; hinc illa confusio apud Willdenovium et Sprengelium circa has species.

14. Ad *A. coarctatam.*

Monere debeo Artemisiam in Supplemento p. 95 descriptam, quam A. coarctatam herb. Willd. esse putavi, non recordor qua autoritate, esse probabiliter novam speciem.

15. Ad *A. palmatam.*

Nequaquam consentire possum A. palmatam *α.* Lamarkianam ad A. coerulescentem uti varietatem spectare, si var. *β.* De Candolleana s. A. gallica DC. ut propria et distincta species consideretur: nam A. coerulescens et palmata *α.* nequaquam cultura mutantur, nec ullos transitus ex una in alteram mihi hucusque observare licuit, A. coerulescentis folia inferiora et radicalia s. caulium sterilium sunt tantum antice

inaequaliter fissa aut incisa in lacinias plerumque vix patulas lineares aut lanceolatas 3—5, rarius 7. In specimine Herbarii regii berolinensis ex insula Zante sunt ovales. In A. palmata (et striata Lk., quae non differt nisi involucris canis) folia sunt vere et constanter pinnatisecta, pinnis 7, in culta 9 distantibus, patentibus, cuneato-linearibus, obtusis, indivisis aut omnibus aut saltem terminali apice trifidis.

Si vero A. gallica non separatur specifice ab A. palmata *α.*, tunc lubenter concedo eas cum coerulescente unam statuere speciem: nam capitulis et foliis floralibus non differunt essentialiter atque tunc sequentes varietates statuendae forent, scilicet: *α.* latifolia (A. coerulescens L.) *β.* angustifolia (A. palmata *α.* mihi) *γ.* striata (A. striata Lk.) foliis medium tenens inter *β* et *δ.* — *δ.* gallica (A. gallica DC. et *ε.* congesta Sol., quae junior involucris canis accedit ad var. *γ.*).

Ad Seriphidia numeranda et hisce affinis est A. densiflora Vis. DeCand. Prodr. n. 183. p. 126; differt vero frutescentia, petiolis persistentibus, caule apice paniculato, panicula patula, involucri squamis apice gibbis imbricatis 5—7-serialibus et flosculis ☿ quinque.

16. Ad *A. nutantem.*

Videmus itaque A. nutantem Willd. e speciminibus quae inserviere descriptioni hujus speciei imo e citata patria et auctore, nequaquam esse speciem distinctam sed specimina juniora A. monogynae nutantis, quae multum distant a meis varietatibus maritimae *γ.* Wilhelmsiana, *δ.* Blumiana et *π.* Hablitziana, quae cel. DeCandollio statuunt A. nutantem Prodromi excludendo Willdenovii spec. plant. et herbarium. Praeterea monere debeo me imo A. campestris specimina capitulis nutantibus nomine A. nutantis accepisse: potestne et debetne tale nomen specificum conservari, quod toties confusionis ansam praebuit et adhuc praebebit? A. nutans Prodromi est

me saltem judice dissolvenda in duas species eodem jure quo cel. autor statuit A. Boschniahianam, compactam aliasque, nempe in A. Blumianam, cujus var. β. glabriuscula est A. maritima γ. Wilhelmsiana, et in A. Hablitzianam quae A. monogynae propinquior quam antecedentibus.

17. Ad *A. crithmifoliam.*

In schedula frontis dicitur „Habitat in Lusitania" in speciali vero „in arenosis Oceani litoribus." Hac est omnino eadem cum gallica, a qua non differt nisi foliis parum brevioribus et crassioribus.

18. Ad *gallicam.*

In fol. 3 adsunt tria specimina sat incompleta, quae nequaquam ad A. gallicam DC., sed potius ad A. monogynam spectant et magis canescentia inter vulgarem et nutantem ambigunt.

19. Ad *A. striatam.*

A. inculta Herb. Fauché ab amicissimo Gayo communicata seductus, quae est A. striata Link, de qua lege notam 15., putavi A. incultam Delilii esse eandem plantam, cujus nonnisi parvulum vidi specimen: at involucris sat differre videtur utpote squamis interioribus multo longioribus scariosis fuscis, quae totae cinereae cum exterioribus minus abbreviatis. Folia caulina in specimine A. incultae Del. sunt aeque simpliciter pinnatisecta. Caeterim A. inculta mihi non videtur adeo affinis A. aragonensi, ut cl. Delilius interroget, an sufficienter ab A. aragonensi differat? Ex sequenti comparatione cuilibet clarum erit has plantas non esse confundendas: in

| *A. aragonensi* | *A. inculta* |
|---|---|
| Caulis suffruticosus aut fruticulus erectus, paniculato-ramosus, ramis patentibus. | Caules e collo lignoso herbacei plurimi subsimplices erectiusculi aut adscendentes, paniculae ramis patulis. |

| | |
|---|---|
| Folia minima, caulina sessilia, 3—7-partita aut multifida, lacinia media subbipinnatisecta, lacinulis s. segmentis teretibus obtusis, terminalibus pluribus approximatis. | Folia caulina mediocria subbipinnatisecta, laciniis linearibus obtusis, subtus costatis. |
| Capitula sesquilineam longa, involucri squamis omnibus incanis aut glabris aequaliter imbricatis. | Capitula 2‴ longa, squamis involucri exterioribus brevibus incanis, interioribus fuscis scariosis. |

20. Ad *A. Messerschmidii.*

Est A. Seriphii Wallr. varietas intermedia inter ejusdem var. *β.* et *γ.* capitulis minoribus, colore viridi non per totum dorsum squamarum involucri diffuso, sed in costam plus minus latam angustato, quod et in speciminibus ab ipso Wallrothio a cl. Gayo et Prof. Kunzio communicatis vidi.

21. Ad *A. fragrantem.*

Video comparatis speciminibus Gundelsheimeri, Szowitzianis (in herbarii regii berolinensis supplemento primo) cum iis a d. Vieweg provenientibus ea nequaquam differre inter se: specimen itaque a cl. C. A. Meyer mecum communicatum minus est normale et differt ab illis uti dixi in dissertatione de Seriphidiis p. 14. p. 31 et 39. In specimine a d. Gundelsheimero odor graveolens aeque ac in illo e montibus gypsaceis Ilezk ad Volgam.

22. Ad *A. tauricam.*

Unum specimen est ab ipso d. L. B. Marschall a Bieberstein, alterum a d. Boebero; ergo est planta Florae taurico-caucasicae. Non intelligo, quare d. Willdenowius in speciebus plantarum negavit praesentiam foliorum floralium et admisit bracteas ovatas: exinde liquet A. tauricam Spec. plant. e synonymis hujus speciei esse excludendam.

23. Ad *A. affinem.*

Est quasi media inter A. commutatam $\alpha$ et $\beta$. Capitula parum majora ac var. $\alpha$., minora tamen quam var. $\beta$. Folia tantum juniora sericea. Rhizoma fere ad 3 digitos crassum, multiceps: at caules ad basin usque pereunt, nequaquam gemmiferi. Ex descriptione putavi (v. Supplem. p. 90.) esse A. campestris var. $\alpha$. d.

24. Ad *A. pycnocephalam.*

Cel. DeCandollius in Prodromo dicit hanc speciem esse incolam Sibiriae: at revera est e San Francisco Californiae uti testatur schedula autographa d. A. de Chamisso: at ille error ex inadvertentia nam cl. Lessingius descripsit eam in Linnaea post A. integrifoliam, quae est planta Sibirica, addendo „habitat cum praecedente", quae vero quoque cum antecedente h. e. cum A. californica habitare dicitur.

Artemisiam hanc potius suffruticosis adnumerandam esse ac herbaceis puto et inter illas A. Ledebourianae maxime affinis, a qua tamen foliorum laciniis, quae in speciminibus hujus herbarii sunt lineares obtusae, et inflorescentia dense spicata facile distinguenda.

A. sericea, a qua cl. Lessingius O. pycnocephalum vix et ne vix quidem distinctum putat, differt praeter rhachin villosam, involucris campanulatis h. e. multo profundioribus et foliorum vere sericeorum laciniis lineari-lanceolatis acutis.

25. Ad *A. ramosam.*

Cel. DeCandollius describit foliorum lacinias „linearifiliformes" at mihi videtur illas melius esse teretes obtusas dicendas. A. aragonensis differt foliorum laciniis supra bisulcatis et involucri squamis imbricatis inferioribus apice obtuso gibbo, dum in A. ramosa sunt arcto imbricatae, planae tomento brevi tectae.

26. Ad *A. Lessingianam.*

Artemisia Lessingiana mihi (Monogr. ined. c. Icon.) fruticulosa, subcanescens, demum glabra; caulibus simplicibus patulis; foliis pinnatisectis, segmentis lineari-filiformibus, subtus costatis: inferioribus petiolatis, pinnis distantibus 5—7nis, 3—5 pinnatisectis; mediis et superioribus sessilibus, 3—7partitis, lacinia media pinnatisecta, summis 3partitis aut indivisis; panicula terminali oblonga, capitulis oblongis brevissime pedunculatis, involucri squamis membranaceis pallidis, nervo viridi, imbricatis, interioribus scariosis.

E regione Uralensi prope Marswa sol. attulit Lessingius.

Specimen unicum adest, quod est fruticulus spithamaeus, multiceps ex uno latere combustus, circa 20 caules numerans, quorum alii sunt adhuc steriles, altero primum anno fructificantes, alii adhuc ab ipsa basi simplices fructificatione peracta emarcidi, alii denique ex parte inferiori novos iterum caules gignentes. Caules florentes sunt erecti aut patuli, angulati, juniores canescentes, non ramosi, si exceperis ramulos paniculae. Folia in apice caulium sterilium conferta; caules vero florentes non solum inferne sed undique foliis sunt vestiti. Folia inferiora cum petiolo vix 1″ longa, (petiolo 5‴) pinnatisecta, pinnis alternis 5—7nis, distantibus, 3-rarius 5-fidis, segmentis lineari-filiformibus, 3—5‴ longis, vix $^1/_6$‴ latis, subtus costatis: caulina sessilia, basi 3—7-partita, media pinnatisecta minus divisa, floralia paniculae ramulis breviora, illis similia at minus divisa. Bracteae pedunculis longiores, lanceolatae, vix lineam longae. Panicula 2—3″, ramulis rarius basi divisis, vix 1″. Capitula brevissime pedunculata, pedunculis vix $^1/_3$‴ longis, superiora plane sessilia, oblonga 1 $^1/_2$‴ longa, $^2/_3$‴ diametri. Involucri squamae pallidae, inferiores nervo viridi fuscescente, ellipticae, imbricatae, interioribus totis scariosis, parum longioribus. Flosculi ☿ 5 purpurascentes. Vix florere incepit.

Cum A. taurica, pro qua habuit cl. Lessingius, convenit fere solum forma laciniarum s. segmentorum foliorum; differt vero glabritie, foliis multo minus divisis — nam hic vix inferiora sunt bipinnatisecta dicenda — habitu graciliori, forma oblonga paniculae et capitulorum, nec non florum numero pauciori. Locus ei in serie specierum Seriphidiorum penes A. paucifloram, compactam et Lercheanam *a.* potius est quam prope A. tauricam. A prima harum differt paniculae ramis brevibus rigidioribus, capitulis brevioribus et crassioribus; tandem forma squamarum involucri; ab altera inflorescentia non glomerata et involucri squamis exterioribus non hyalinis; a tertia denique glabritie et foliis.

27. Ad *A. discolorem.*

Hujus duo adsunt specimina a cel. Hookero, utrumque caule ad radicem usque. Majoris caulis est obliquus, simplicissimus, fere arcum formans. Alterius caulis est adscendens, adjuncto sterili vix 3″. E basi lignosa oriuntur; ideo suffruticosi dicendi; at vix claram gemmam me vidisse fateor. Folia primordialia in specimine majore sunt apice 5—7-natisecta, cum petiolo s. folii parte indivisa vix $^1/_2$″, demum insequuntur magis divisa, uti ea in Tentamine de Abrotanis sub nomine A. Ludovicianae descripsi.

28. Ad *A. Ludovicianam.*

A. Purshiana *β.* angustifolia Bess. Tentam. de Abrot. p. 60, cujus tantum superiorem caulis partem vidi, est omnino A. Ludoviciana Nutt., in qua folia caulina superiora aeque sunt integerrima. Hujus speciei adsunt duo specimina e S. Louis a D. Geigelmanno. Unum, sola panicula obesa, ultra pedalis, ramis inferioribus spithamaeis patulis. Alterum est gracilius, cum panicula virgata, et foliis inferioribus antice inciso-serratis, serraturis paucis, utrinque ad summum duabus. Adest quoque caulis sterilis $^1/_2$′, in quo folia non

magis sunt divisa. In specimine ex Arkanzas ab eodem, quod minus canum et vegetius, ut folia subtus sint tantum cinerea, capitula sunt cernua, et in foliis quandoque adest ex uno latere, tertia serratura. Et A. Purshiana $\alpha$. latifolia hisce est proxima et forsan tantum modificatio e climate magis boreali.

39. Ad *vulgarem ββ. americanam.*

A. foliis subtus cinereis, superiorum trifidorum ($2\frac{1}{2}''$ longorum, $\frac{1}{2}''$ latorum) laciniis lanceolatis ($1\frac{1}{2} - 3'''$ latis) panicula virgata, capitulis hemisphaericis racemosis cernuis, pedunculis subaequalibus, involucri squamis subcinereis auronitentibus scariosis, solum exterioribus dorso viridibus, flosculis fulvis. Haec ad specimen Hookerianum e Britt. N. America. Aliud est ex America boreali a D. Engelmanno, multo juvenilius, foliis notabiliter angustioribus, laciniis lineari-lanceolatis, lineam latis, subtus candidis. Involucrum cinereo lanuginosum; attamen sub vitro splendor auri jam translucet. Adhuc ad hanc varietatem referendum est specimen herbarii Pallasiani in eo d. Willdenovii n. 15366. fol. 4. foliis subbipinnatisectis s. 5-natisectis, pinnis cuneatis trirarius quinquefidis, laciniis lanceolatis subdentatis, supra glabris, subtus incanis; capitulis racemoso-paniculatis hemisphaericis, sesquilineam longis, $2'''$ diametri, squamis involucri lateribus scariosis, auro splendentibus.

30. Ad *A. integrifoliam.*

Specimina e San Francisco Californiae a d. A. de Chamisso lecta differunt ab A. integrifolia Sibirica inflorescentia multo compactiore (uti in A. vulgari coarctata) et foliis inferioribus superne inaequaliter trifidis. Nulla adsunt folia pinnatifida (nisi in aliis speciminibus herbarii Chamissoniani) ut mentionem facit cl. Lessing in Linnaea VI. p. 523 comparans eam cum A. vulgari coarctata.

Etiamsi A. vulgaris californica conjungere A. integrifoliam cum A. vulgari videatur; attamen mirum illam in regione altaica non occurrere — est etenim civis florae baicalensis et arcticae — dein hucusque nulla vidi specimina, etiamsi numerosa eorum coram me habui variis e locis, quae transitum facerent ad A. vulgarem; tertio in Regione Baicalensi et in Kamtschatica occurrit A. vulgaris foliis magis divisis ac in Europa (A. v. Mongolica et Kamtschatica); imo in specimine A. integrifolia $2\frac{1}{2}'$ e humidis ad Baicalem, folia inferiora sunt tantum incisa, non fissa; folia subtus sunt canescentia, et panicula semper est stricta; denique nec cel. Ledebour eam inter varietates A. vulgaris memorat, etiamsi de affinibus saepius faciat mentionem, quae regioni altaicae sunt alienae.

31. Ad *A. Tilesii.*

Contra opinionem cel. Ledebouri A. Tilesii esse tantum varietatem A. vulgaris minorem conferatur quoque cl. Lessingius in Linnaea VI. p. 214. Ad formas singulares hujus polymorphae speciei pertinent adhuc duo specimina hujus herbarii a d. A. de Chamisso lecta. Unum ex insula Chamissonis est 15″ sine radice et sine racemo, foliis ad var. δ. Izigensem spectat; alterum vero (sine radice 1′) ex insula Unalaschka est mihi var. εε. Unalascheensis (Monogr. ined. c. icone) foliis profunde trifidis ($1\frac{1}{2}''$), lacinia media laciniis lateralibus fere duplo latiori ($2\frac{1}{2}$—3‴) et plus dimidio longiori, omnibus lanceolatis, acutis, parce et inaequaliter dentatis (dentibus parvis, angustis vix ultra lineam longis, $\frac{1}{3}'''$ latis) foliis superioribus indivisis racemo racemoso (vix $1\frac{1}{2}''$). Capitula ultra 3‴ diametri, flores fusco-purpurei.

32. Ad *A. mexicanam.*

Concedo tandem A. mexicanam W. herbarii esse speciem distinctam ab A. indica, cujus specimina vidi in herbario

Willdenoviano, e Horto Parisino ab amicissimo Gayo, e Mexico a ecl. De Candollio et e Llanos de Perote in Herbario Universitatis Charcoviensis. Specimina Schiedeana ex ultimo loco lecta non ejusdem sunt speciei: alia A. mexicanae aeque ac specimen herbarii Univ. Chark. statuunt varietatem angustifoliam, quam cl. Lessingius descripsit in Linnaea V. p. 163. At alia quaestio oritur, an A. mexicana sit sufficienter distincta ab A. vulgari? Foliorum divisio etenim eadem, superficies inferior potius albo- quam cinereo-tomentosa; capitula eadem; involucra eadem ac A. vulgaris americanae quorsum probabiliter et A. indica ε. canadensis Tent. de Abrotanis p. 86 e herbario Lindleyano spectat, h. e. auro sub tomento nitente. Foliorum laciniis et inflorescentia proxima A. vulgari coarctatae: at haec fert folia caulina subbipinnatisecta, in illa vero folia raro sunt 7 — 5secta, reliqua 3secta, superiora indivisa. Sufficiuntne haec ad distinguendas duas species?

Altera quaestio est solvenda an A. mexicana adnumeranda sit Abrotanis, an Dracunculis seu Oligosporis Cass., uti contendit cl. Lessingius l. c. Ex analysi capitulorum speciminis mexicani et culti e H. Parisino agnovi pro Abrotano, quod et affinitas cum A. vulgari et indica suadet et cujus opinionis est quoque ecl. De Candollius. Specimen herbarii Willdenoviani est juvenile et apex caulis 1′ solam paniculam statuens: at nec numerum, nec sexum florum distinguere valui et adhuc juniora sunt specimina Schiedeana. Aliud specimen Schiedeanum, etiamsi sub eodem numero et inscriptione sit locatum, uti radix praesens clare demonstrat, planta est annua, dum A. mexicana habet rhizoma repens (Conf. Linnaeam l. c.) cujus folia et habitum Lessingius mixtim cum priori descripsisse videtur. Haec mihi est:

A. Klotzschiana (Bess. Monogr. ined. e. icone) herbacea, canescens, paniculata, stricta, foliis pinnatisectis, superioribus

et floralibus 5 — 3partitis, lacinia intermedia 5 — 3secta aut indivisa, segmentis lineari-filiformibus, panicula spicata, capitulis globosis? subglomeratis.

Etiamsi examen capitulorum ob juventutem eorum non licuit distinguere sexum florum: attamen ob similitudinem cum priori pro Abrotano habeo: distincta vero ab eadem radice annua, panicula ab ipsa basi caulis incipiente, elongata strictissima, foliis angustissimis unicoloribus: nec est confundenda cum A. commutata Scouleriana et Hookeriana, quibus folia inferiora bipinnatisecta et radix perennis. —

Specimen ultra duos pedes altum. Radix subsimplex, tortuosa, nonnisi radiculis tenuibus firmata. Caulis strictus basi $1^1/_2'''$ diametri, fere ab illa ramosus, ramis aeque strictis, inferioribus $1^1/_2 - 7''$ fere ad semipedis altitudinem sterilibus, ulterius paniculae angustissimae — vix medio $1''$ diametri — ramos formant $2^1/_2 - 4''$, demum iterum decrescunt, ut summi ramuli sint $^1/_2 - ^1/_4''$. Caeterum caulis est obsolete sulcatus, obtuse angulatus. Folia radicalia . . . caulina inferiora, sunt vix $8'''$ laciniis $2 - 4'''$, vix $^1/_4'''$ latis, obtusis; superiora et ramea gradatim minora et minus dissecta. Stipulas aut pinnas basi petioli approximatas nullas vidi. Ad basin cujusvis spiculae aut glomeruli et capituli est bractea linearis obtusa hisce longior aut brevior. Capitula in ramis et ramulis sessilia, ut nunc glomerulos 3 — 5 capitulorum, mox spiculas plurium forment, globosa, $1'''$ diametri. Involucri squamae ellipticae, obtuse carinatae. Flores . .

33. Ad *A. chinensem.*

Ignoro, cur cel. DeCandollius in evitandis halucinationibus caeterum perspicacissimus non praeferat plantam chinensem, quae sat bene respondet definitioni Linnaei A. chinensis, salutare nomine Linnaeano, quam sibiricam, quam quidem immortalis reformator historiae naturalis admisit ad

eandem speciem et quam in editione II. Spec. plant. p. 190. n. 20 potius descripsisse videtur quam chinensem. Si autor Prodromi dubitat plantam Stauntonianam esse Lagerstroemii A. chinensem; tunc putarem cum Exc. Fischero, melius fuisse negligere nomen dubium et conservare plantae sibiricae nomen A. lagocephalae: nam planta hujus nominis Prodromi n. 164 non est species Fischeriana, sed A. lithophila Turtschaninovii, quam primum varietatem lagocephalae esse putavi, quamque cel. DeCandollius optime distinxit ab altera. Mutarem solum definitionem in eo quod omitterem (foliis) *subcuneatis*, loco *trilobis* ponerem *trifidis* et loco oblongo-lanceolatis melius foret *lineari-lanceolatis*, *obtusis*.

Adhuc monere debeo arachnen receptaculi a lana insecti ictu exorta bene esse distinguendam: prior vix ultra lineam longa, haec flosculos longitudine superat. Arachnen non semper adesse jam monui in Synopsi Absinthiorum p. 233.

34. Ad *A. californicam*.

Jam in Addendis ad Tentamen de Abrotanis p. 87 putavi A. Fischerianam esse affinem A. californicae; inspectione vero speciminum adhuc magis confirmor in hac opinione. Doleo me non habere ad manum specimina prioris: attamen in quantum recordor, nec habitu, nec capitulis, nec foliorum structura eas differre, sed solummodo divisione foliorum: attamen folia simpliciter 5 — 7natisecta transire in biternatisecta mihi nondum videre contigit.

Ad descriptionem a cl. Lessingio in Linnaea T. VI. p. 523. datam sequentia adhuc addere necesse censeo.

Folia laxa, inferiora fere bipollicaria, a dimidio primum divisa, 5 — 7natisecta, rarius pinnis anterioribus bi-trifidis; fasciculorum vero trifidis, 7 — 9‴, laciniis $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$‴ longis. Ovaria (fructificata; semine tamen nondum achaenium pellucidum replente) acute quadri-quinque costata, costa una

alata, ala superne latiore rotundata, ut in hac directione achaenium habeat formam illius Artemisiarum; caeterum disco epigyno sat magno, pappo e squamulis 4 — 5 membranaceis brevibus.

35. Ad n. 6436. N. Suppl. II.

Hujus Artemisiae cultae in horto botanico Berolinensi adsunt tantum duo racemi; unus 3 alter 4 pollicum cum capitulis 3 — 4 et folium sine ulla indicatione loci. Est Abrotanum, cui ob defectum caulis et radicis nec sectio est definienda. Folium glabrum est bipinnatifidum $2\frac{1}{2}''$ longum, rhachi subdentata, pinnis 7′ pinnulis 3 — 4fidis, terminali 5fida, laciniis bi-tridentatis aut indivisis, segmentis omnibus lineari-lanceolatis patulis aut patentibus, basi 1‴ latis, 1 — 4‴ longis, subtus costatis. Petiolus $1\frac{1}{4}''$ longus, cum rhachi fere aequilatus, 3‴ supra basin utrinque instructus appendice parvo 3fido 4‴ longo. Pedunculus communis est aeque ac pedicelli sublanatus. Pedicelli inferiores ultra pollicem, superiores vero tantum $\frac{1}{2}'$ longi. Capitula secunda cernua 2 — 3″ diametri; terminale vero 4‴ fere attingit. Involucri squamae oblongo-lanceolatae, obtusae, virides, glabrae, margine sat angusto fusco scarioso. Flores ♀ . . corolla cylindrica $\frac{1}{2}$ brevior ac hermaphroditorum, tota villosissima, ovarium obovatum. Stylus corolla duplo fere longior, rami lineares obtusi patentes, margine incrassati styli parti exsertae aequales. Flores ☿: Corollae tubus longe villosus, limbus campanulatus glaber. Antherae corollae tubo breviores. Ovarium obovatum. Stylus corolla longior, ramis reflexis planis apice cuneatis excisis.

Haec Artemisia proxime tamen accedit ad A. arcticam, a qua praecipue glabritie limbi florum hermaphroditorum et villositate tubi horum et florum femineorum differt.

36. Ad *A. Santonicam.*

Specimen valde juvenile ex Arkanzas a D. Geigelmanno videtur eadem Artemisia, quam in dissertatione de Dracunculis p. 24 ut varietatem americanam A. variabilis descripsi, de qua tamen cel. De Candollius in literis dubitat eam esse varietatem speciei mediterraneae Europae. Ideo haec Artemisia recommendatur peregrinatoribus ad ulteriorem observationem.

38. Ad *Absinthium seriphium xantonicum.*

Haec adhuc varietatibus A. tauricae addenda. Patria quidem non est indicata; at dum socius fuerit Tournefortii in itinere hujus in orientem, supponendum et hanc ex Armenia provenire. Haec Artemisia est intermedia A. tauricam $\gamma$. Hanseanam inter et $\delta$. Erivanicam: panicula est patula, apicibus ramorum cernuis, capitula vero quinqueflora nutantia. Est mihi A. taurica $\varepsilon$. Gundelsheimeri panicula patula, capitulis nutantibus.

AD

# COLLECTIONEM PLANTARUM BAHIENSIUM

LINN. XIV. p. 285.

---

No. 76. Achyrocline flaccida DC. pr. VI. 220.
— 77. Acanthospermum hirsutum DC. V. 522.
— 79. Eupatorium odoratum L., DC. V. 143*).
— 80. Baccharis axillaris DC. V. 407.
— 82. Conoclinium prasiifolium DC. V. 135.
— 84. Ageratum melissaefolium DC. V. 109.
— 85. Blainvillea biaristata DC. V. 492.
— 87. Clibadium rotundifolium DC. V. 505.
— 88. Campuloclinium crenatum Schld.
— 89. Baccharis flocculosa Schld. (Mart. Herb. Fl. Bras. n. 665 et 666.) Mas. et foem.
— 90. Baccharis cassinefolia DC. V. 412. Mas. et foem.
— 91. Vernonia scorpioides Pers., DC. V. 41.

---

*) Cum specimine Poeppigiano in littoribus ad Matanzas in ins. Cuba lecto ad amussim convenit.

# MUSCORUM FRONDOSORUM NOVORUM,

## QUOS IN AFRICA AUSTRALIORI COLLEGERUNT ECKLON, DRÈGE, MUNDT ET MAIRE, DESCRIPTIONES

AUCTORE

*FR. HORNSCHUCH.*

Adjectae sunt adnotationes de nonnullis aliis muscis capensibus jam divulgatis.

---

1. *Sphagnum capense* † caule erecto inferne nudo sublignoso rigido superne ramuloso, ramulis subulatis fasciculatis quinis inaequalibus attenuatis, duobus longioribus recurvis, reliquis deflexis, foliis laxe imbricatis lato-ovatis apice subtruncatis tri-rarius quinquedentatis concavis submarginatis, retis areolis oblongis. Fructus desunt.

In der Kluft nach dem Gipfel des Tafelberges, vierte Höhe, an einer kleinen Quelle, Ecklon; Dutoitskloof am Wasserfalle, 1600 Fuss hoch, Drège. 4

Aehnelt dem Sphagn. denticulatum Brid., unterscheidet sich aber durch den nicht fluthenden unten von Aesten und Blättern entblössten Stengel, die fünfbündeligen Aeste, wovon zwei zurückgekrümmt, die übrigen herabgeschlagen sind,

und die eiförmigen Blätter. Vom Sphagn. compactum weicht es ab durch die entfernt stehenden Astbündel, die längeren, pfriemenförmigen Aeste und die eiförmigen Blätter; durch letztere ebenfalls auch von dem Sphagn. acutifolium mit welchem es im Habitus einige Aehnlichkeit hat.

2. *Sphagnum truncatum* † caule erecto laxissimo, ramulis quaternis quinisve inaequalibus, duobus crassioribus erecto-patentibus julaceis, reliquis deflexis, foliis arcte imbricatis lato-ovatis truncatis apice 8 — 12 duplicato-dentatis profunde concavis submarginatis, retis areolis serpentinis angustis basi latioribus apice brevioribus. Fructus desunt.

Sumpfige Orte auf dem Dutoitskloofberge, 3000 Fuss hoch, 2ℓ Drège.

Dem Sphagn. cymbifolium im Habitus ähnlich, aber durch den schlaffen Stengel, die gestutzten, gezähnten Blätter und die langen, schmalen schlangenförmigen Zellen davon, wie von allen übrigen Arten, verschieden.

3. *Phascum elegans* † caule brevissimo simplici, foliis remotis erecto-patentibus e basi latiore concava subulatis integerrimis, nervo evanido, capsula immersa rotundato-ovata, subapophysata apiculata, calyptra campanulata basi in plures lacinias fissa.

An Steinwällen bei den höchsten Gärten auf der nördlichen Seite des Teufelsberges auf Thonboden. ⊙ Aug. Ecklon.

Plantula minuta, acaulis, gregatim crescens. Radiculae numerosae, capillares, brunneae, fasciculum formantes. Caulis brevissimus, vix lineam unam longus, erectus, simplicissimus, foliosus. Folia remota, integerrima; infima 2—3 minutissima, ovata, obtusa, enervia: retis areolis sublinearibus, laxissimis; superiora magis magisve longiora e basi latiore ovata concava lanceolato-subulata, integerrima, lurido-viridia: nervo lato laxo concolore supra basin latiorem

dissoluto; retis areolis in folii basi latiore laxis sublinearibus reliquis minoribus subquadratis. Folia perichaetialia erecta, flexuosa, duplo longiora quam caulina, in acumen longissimum producta, de reliquo caulinis similia. Vaginula brevis, cylindrica, glabra, lutescens, apice margine recurvo fusco. Seta erecta, crassa, capsula brevior, laevis, lutescens. Capsula immersa, erecta, aequalis, rotundato-ovata, subapophysata, apiculata, laevis, inferne lutescens, superne badia, apiculo ferrugineo. Calyptra campanulata, basi in lacinias 5 — 7 fissa, glabra, straminea.

Dem Phascum palustre in Hinsicht der Blattform sehr ähnlich, aber durch die kleinen einjährigen Stämmchen und die Gestalt der Frucht hinlänglich davon verschieden.

4. *Phascum nervosum* ***Hook.*** musc. exot. V. 11. p. 1. tab. 105. Schwaegr. suppl. V. 11. t. 296. ✱

Flos foemineus terminalis. Folia perichaetialia stricta, tenera, angustiora et duplo longiora, quam caulina, elliptico-lanceolata, longe acuminata, canaliculata, integerrima, lutescente viridia: nervo latissimo laxo viridi excurrente; retis areolis minutis subquadratis. Pistilla tenuissima, longa, subulata, subfiliformia: germine subcylindrico purpureo; stylo tenuissimo filiformi inferne purpurascente superne pallide-luteo; stigmate acuto hyalino. Paraphyses paucae, filiformes, tenuissimae, articulatae, hyalinae.

5. *Gymnostomum spathulatum* ☩ caule erecto subsimplici una alterave innovatione elongato, foliis erecto-patentibus spathulatis acutis subintegerrimis laxe areolatis, nervo crasso infra apicem dissoluto, capsula erecta operculata pyriformi, deoperculata cyathiformi, operculo hemisphaerico breviter obtuseque rostrato.

Zwischen Key und Basche an feuchten, schattigen Stellen in dem trockenen Bette eines kleinen Flusses, 1000 Fuss hoch, den 3ten Jun. 1832, Drège. ⊙

Calyptra campanulata, basi quadripartita, laevis.

6. *Weissia Bergiana Hrsch.* in Hor. phys. berolinens. p. 59. tab. XII; Schwaegr. suppl. sec. Sect. pr. p. 46. tab. 114.

Auf eisenhaltiger Thonerde an feuchten Stellen in der Kluft nach der van Kampsbai am Fusse des Teufelsberges, und an Steinwällen bei den höchsten Gärten auf der nördlichen Seite des Tafelbergs im August 1827 mit den vollkommensten, reifen Früchten, Ecklon; auf der Erde an den Bergen bei der Capstadt, Drège. ⊙

Flores monoeci, terminales: masculi in ramulis brevissimis gemmiformibus ad basin caulis fructiferi. Folia perigonialia imbricata, ovata, acuminata, integerrima, concava, pallide-viridia, exteriora minora et latiora, quam interiora: nervo lato supra medium se dissolvente rufescente; retis areolis laxioribus subquadratis, apicem folii versus subrotundis. Antherae 6 — 8, obovatae, reticulatae, filamentis brevissimis suffultae, rufae. Paraphyses paucae, clavatae, quinquies articulatae, articulo ultimo obovato, pellucidae, lutescentes.

Diese interessante, niedliche Art gehört, wie der ganze Habitus, der Bau der Blätter, die Gestalt der Kapsel und Haube auf das bestimmteste zeigen, zur natürlichen Gruppe der Funarioideen und dürfte dereinst eine eigene Gattung bilden, für welche ich den Namen *Desmostomum* vorschlage.

7. *Syrrhopodon Drègei* † caule erecto fasciculato-ramoso, foliis confertis erecto-patentibus e basi latiori vaginata lanceolatis obtusiusculis canaliculatis marginibus involutis integerrimis, nervo infra apicem evanescente, perichaetialibus longissimis vaginatis capsulam superantibus, seta brevi, capsula subglobosa, operculo convexo rostellato.

Zwischen Schiloh und Zwart-Key, Windvoogelberg, auf Encephalartos Frid. Guilielmi, 5000 Fuss hoch, den 22sten Novbr., mit reifen Früchten, Drège; auf dem Gipfel des Ta-

felberges und auf dessen 2ter Höhe an Felsenstücken steril, Ecklon. 4.

Caulis erectus, 1 — 2 poll. longus, fasciculato-ramosus; rami infra apicem iterum breviter ramulosi. Folia conferta, erecto-patentia, siccitate crispata, e basi latiori vaginata, lanceolata, obtusiuscula, canaliculata, integerrima, marginibus involutis, lutescente-viridia: nervo crasso concolore infra apicem evanescente, instructa; retis areolis basilaribus subquadratis laxissimis pellucidis, superioribus subrotundis minimis opacis. Fructus terminalis. Folia perichaetialia exteriora breviora, interiora longissima, apicibus capsulam superantia, omnia vaginata, lanceolato-acuminata, integerrima, pellucida: nervo in acumen longum parum flexuosum excurrente; retis areolis linearibus laxissimis. Vaginula cylindrica, fusca, pistillis et paraphysibus emarcidis obsita. Seta erecta, 2 poll. longa, laevis, siccitate tortilis, flavescens. Capsula subimmersa, erecta, operculata subglobosa, deoperculata ovata, aequalis, laevis, rufo-brunnea. Peristomium simplex: dentes sedecim intus adnati, incurvi, siccitate patentes, fragiles, lanceolati, solidi aut una alterave apertura angusta perforati, remote costato-trabiculati, basi ferruginei, apicem versus rubelli. Operculum e basi convexa curvirostrum, capsula brevius, basi rubella, rostro luteo. Calyptra cucullata, basi ventricosa straminea, apice subulata rufescente, glabra.

Dem S. clavatus Schwaegr. im Habitus gleich, aber durch stumpfe, nicht geraudete, vollkommen ganze Blätter und unter der Spitze verschwindenden Nerv davon verschieden.

8. *Syrrhopodon tortuosus* caule erecto fasciculato-ramoso, foliis tortuosis e basi latiori vaginata pellucida linearibus acuminatis canaliculatis remote et obscure dentatis.

Bei dem Wasserfalle auf der östlichen Seite des Teufelsberges, 3te Höhe. Ecklon.

Caespites compacti, molles, parvi, luteo-virides. Radiculae capillares, longe in caulem ascendentes, rufae. Caulis erectus, 5 — 6 lineas longus, interdum subfasciculatim ramosus, dense foliosus, rufus. Folia tortuosa, siccitate crispata, e basi brevissima oblonga pellucida vaginata linearia, acuminata, angustissima, carinata, immarginata, remote et obscure denticulata, luteo-viridia: nervo crasso concolori aut obscuriori infra apicem evanescente; retis areolis basilaribus laxis, superioribus exiguis subquadratis.

9. *Syrrhopodon recurvifolius* † caule primario repente fasciculato-ramoso, ramis erectis plerumque dichotomo-ramulosis, foliis recurvatis siccitate parum crispabilibus e basi latiore lanceolatis canaliculatis grosse et argute serratis, nervo infra apicem evanescente.

Auf dem Vorgebirge der guten Hoffnung ohne nähere Angabe des Standortes. Ecklon. 4.

Caespites laxi, lati, illis Macromitriorum vel Orthotrichorum similes. Caulis primarius repens aut prostratus, fasciculato-ramosus, radiculosus, radiculis capillaribus rufis. Rami $^1/_2$ — 1 poll. longi, assurgentes, apicem versus iterum et plerumque dichotomo-ramulosi, foliosi, inferne interdum subnudi, foliis destructis obsiti, basi ultra medium fasciculatim radiculosi. Folia conferta, recurva, siccitate crispabilia, e basi latiori oblonga subvaginata integerrima subpellucida, lanceolata, canaliculata, irregulariter grosse et argute serrata, rufescentia aut luteo-viridia: nervo crasso concolore ad apicem evanescente; retis areolis basilaribus linearibus laxis subpellucidis, superioribus subrotundis minimis opacis. Flores et fructus desunt.

10. *Mielichhoferia Ecklonii* † caule erecto brevi innovante ramoso, foliis imbricatis lineari-lanceolatis acuminulatis

apicem versus obscure serrulatis, nervo infra apicem evanescente, seta plus minusve arcuata, capsula horizontali vel pendula clavata, operculo hemisphaerico mammillato.

Oreas capensis Bruch. Zeyh. in litt.

Auf dem Löwenrücken, den 24sten Aug. 1824, und auf dem Gipfel des Hottentotts-Hollands Berg über der Kluft auf eisenhaltiger, sandiger Erde, den 24sten Oct. 1824 mit reifen Früchten, Ecklon. Auf dem Cap, ohne nähere Angabe des Standortes, Zeyher. 4

Caespites densi et lati. Radiculae basilares, capillares, rufescentes tomentum formant. Caules brevissimi, erecti, 1 — $1^1/_2$ lin. longi, innovationibus nonnullis elongati, inferne nudi, superne foliosi, tenerrimi, tomento e radiculis formato inter se arcte conjuncti, rufi. Innovationes 2—3 lin. longae, erectae, filiformes, basi subnudae, inferne remote, superne dense imbricato-foliosae. Folia caulina cum foliis perigonialibus et perichaetialibus comam formant, inferiora minuta, remota, ovata vel ovato-acuminata, concava, subintegerrima, ferruginea, nervo laxo ferrugineo medio dissoluto; retis areolis laxis parallelogrammis; superiora magis magisque conferta, lanceolata, acuminulata, canaliculata, amoene viridia nervo apicem versus evanescente; retis areolis confertioribus angustioribus; folia innovationum imbricata, angustiora, lineari-lanceolata, acuminulata, plana, apicem versus obsolete serrulata, pallide-viridia: nervo obscure viridi apicem versus evanescente; retis areolis basi laxis sublinearibus, in reliqua folii parte angustissimis parallelogrammis. Flores androgyni. Masculi inferiores: folia perigonialia minora, exteriora ovata, acuta, nervo medio dissoluto rufo, retis areolis basilaribus laxis; interiora magis magisque minora et latiora; intima minutissima late ovata, obtusa, profunde concava, subenervia, rufescentia, retis areolis laxissimis. Antherae plurimae per paria axillis foliorum perigonia-

lium insertae, parvae, ovatae, truncatae, filamento brevissimo suffultae, reticulatae, rufae. Flores foeminei in apice caulis in capitulum congesti. Folia perichaetialia, inter omnia suprema, pistilla et paraphyses confertissima circumdantia: exteriora maxima, lanceolata, acuta, basi concava, apicem versus serrulata, rufescentia; nervo rufo supra medium dissoluto; reliquis caulinis similia. Pistilla pauca, gracilia, germine oblongo-cylindrico purpurascente, stylo filiformi fere duplo longiori rufo, stigmate dilatato emarginato. Paraphyses paucissimae, filiformes, gracillimae, quadriarticalatae, hyalinae. Vaginula oblongo-cylindrica, nuda, brunnea, apice fusca. Seta 3 — 4 lin. longa, plerumque valde arcuata, rarius apice curvata, siccitate tortilis, laevis, purpurascens, superne pallidior. Capsula pendula vel horizontalis, clavata, siccitate plerumque elongato-pyriformis, subaequalis, laevis; viridi-brunnea vel pallide ferruginea, ore angustato parum obliquo ferrugineo. Annulus triplex: cellulae serici exterioris minutae, subrotundae, hyalinae, interioris majores ovatae, ferrugineae, intimae duplo majores oblongae, hyalinae. Peristomium simplex, internum, 16-dentatum: dentes horizontales, *dimidiam partem latitudinis oris longi*, solitarii, filiformes, tenerrimi, *basi subito* dilatati, fragillimi, breviter et obscure articulati, interdum parum flexuosi, subnodosi, solidi, pallide-lutescentes. Operculum hemisphaericum, mammillatum, ferrugineum, mammilla minutissima fuscescente. Calyptra longa, juventute cylindrico-subulata, senectute dimidiata, fere ad apicem fissa, laevis, straminea, apice extremo fuscescens. Semina parva, subglobosa, pallide-viridia.

Der Mielichhoferia brevicaulis Hrsch. (Fl. brasil. fasc. I. p. 8. t. I. f. II.) sehr nahe verwandt, allein durch kleinere Statur, schmälere Blätter mit gedrängteren, schmäleren Zellen und früher verschwindenden Nerven, den meist bo-

genförmig gekrümmten Fruchtstiel, die dadurch wagerecht gestellte, ja meist hängende Kapsel und das hemisphärische mit einem äusserst kleinen Wärzchen versehene Deckelchen hinreichend davon verschieden.

Die nahe verwandten Arten dieser Gattung stellen die Gebilde einer niedern Entwicklungsstufe einer seitlichen Reihe der Bryoideen dar, die sie mit den Pohlien und Weberen, denen sie entsprechen, bilden. Sie liefern den deutlichen Beweis, dass eine einseitige Berücksichtigung der Blüthe ebenso wenig zur Bildung wahrhaft natürlicher Gattungen führt, als die des Mundbesatzes, indem sich unter ihnen Arten mit diöcischen und androgynischen Blüthen finden, und dass die Gattungen Pohlia und Webera nicht, ohne der Natur Gewalt anzuthun, mit Bryum vereinigt werden können, da sie ebenfalls Entwicklungsstufen darstellen und folglich auch vollkommen natürliche Gattungen sind; sobald man bei ihrer Aufstellung von der Natur selbst gebotene Prinzipien befolgt und alles Fremdartige, durch einseitige Ansichten damit Vermengte, beseitigt. Nur durch Beachtung und Würdigung aller Entwicklungsstufen wird eine wahrhaft natürliche Gruppirung möglich, die ja nichts anders seyn kann, als die Darstellung der Entfaltung der Natur selbst.

Wir haben die Gattung Mielichhoferia in der 2ten Abth. des 2ten Theiles unserer Bryologia germanica, welche die Jahrzahl 1831 auf dem Titelblatt trägt, aufgestellt. Herrn Hübener hat es gefallen in seiner *zwei Jahre später* erschienenen Muscologia germanica diess zu ignoriren und sie noch einmal unter dem Namen Apiocarpa als neu aufzustellen. So leid es uns nun auch thut Hn. H. die Freude, die es ihm zu machen scheint, seinen Namen der Benennung einer Gattung oder Art hinzugefügt zu sehen, bei dieser Gattung verkümmern zu müssen, so fordern doch die in der

Botanik geltenden Gesetze, dass wir unsere Benennung beibehalten.

11. *Trematodon paradoxus* † caule brevissimo simplici, foliis patentibus flexuosis laxiusculis e basi latiori lineari-lingulatis integerrimis, nervo supra medium se dissolvente, capsula oblongo-cylindrica cernua, apophysi obconica aequali paullo longiore, stomate nudo, operculo e basi conica breviter rostellato.

In einer Kluft des Tafelberges an feuchten, schattigen Orten auf Humus, im Monat November mit reifen Früchten. Ecklon. ⊙

Radiculae capillaceae, fuscae. Caulis 1 — 1½ lin. longus, erectus, simplex, interdum cum innovatione singula, basi remote, superne dense foliosus rufus. Folia 8 — 10, inferiora remota, minora et laxiora, erecto-patentia, lanceolata: nervo infra medium se dissolvente; superiora patentia, flexuosa, magis magisque majora, e basi latiori lingulata, nervo supra medium evanescente; omnia canaliculata, integerrima, pallide viridia; retis areolis in basi latiori irregulariter linearibus laxissimis pellucidis, supra basin brevioribus parallelogrammis obscurioribus. Flores non vidimus. Vaginula cylindrica, laevis, fusca. Seta terminalis, 2 — 2½ lin. longa, erecta, interdum flexuosa, laevis, siccitate tortilis, pallide-lutea. Capsula cum apophysi 1 — 1½ lin. longa, cernua, oblongo-cylindrica, subcurvata, rufescens, in apophysin obconicam aequalem capsulae longitudine aut paullo longiorem dilutius coloratam desinens. Peristomium nullum. Annulus duplex, cellulae seriei interioris rotundatae, exterioris oblongae duplo majores. Operculum e basi conica oblique rostellatum, capsula dimidia brevius, pallide luteum. Calyptra cucullaeformis, tenera, glabra, straminea.

Eine sehr merkwürdige Species! die einen neuen Beweis dafür liefert, dass das Vorhandenseyn oder der Mangel eines

Mundbesatzes kein Merkmal zur Bildung wahrhaft natürlicher Gattungen abgeben; denn während sie wegen des Mangels eines Mundbesatzes, von dem sich auch nicht eine Spur bei ihr findet, bei alleiniger Berücksichtigung desselben mit der Gattung Gymnostomum verbunden werden müsste, ist der natürliche Character der Gattung Trematodon so genau, deutlich und bestimmt in ihr ausgeprägt, dass man sie auf den ersten Blick für eine Art derselben erkennt und sie leicht für eine kleinere Form von Tr. ambiguus zu halten geneigt ist, wodurch ihre Vereinigung mit dieser Gattung gebieterisch gefordert wird. Ich habe um so mehr geglaubt dieser Forderung folgen zu müssen, als die Gattungen Encalypta, Orthotrichum und Macromitrium schon ähnliche Beispiele darbieten. Freilich fehlt es, ungeachtet der in neuer Zeit in dieser Beziehung vorgenommenen Sichtungen, auch nicht an Gattungen deren Arten ein Gemisch von Repräsentanten der verschiedensten natürlichen Gattungen, ja selbst Gruppen, darstellen, welches aber darauf beruht, dass in den jetzt zu ihnen gerechneten Arten anderer natürlicher Gattungen, der Character dieser nicht so ausgeprägt, oder der natürliche Character der Gattungen selbst nicht so augenfällig ist, und folglich die natürliche Verwandtschaft nicht so klar und deutlich hervortritt. Doch auch bei diesen wird eine auf genaue, wissenschaftliche Untersuchung gestützte, wahrhaft natürliche Classification dereinst die Sichtung vornehmen, die nach einem einzigen Merkmale gewaltsam in künstliche Gattungen zusammengezwängten Arten trennen und durch Vereinigung mit ihren Verwandten wahrhaft natürliche Gattungen daraus bilden. Dann erst wird die Bildung auch wahrhaft natürlicher Gruppen möglich, aber auch zugleich die natürliche und nothwendige Folge von einem solchen Verfahren seyn.

Ausser dem Mangel des Mundbesatzes unterscheidet sich diese Art von den übrigen dieser Gattung noch sehr bestimmt durch folia e basi latiori lineari-lingulata.

12. *Dicranum flexuosum Hedw. var.* calyptra cucullata basi integra.

Gnadenthal, am Berge 3800 Fuss hoch, auf Felsen; den 28sten Novbr. 1828. Drège.

Stimmt mit D. flexuosum bis auf die ganzrandige Mütze vollkommen überein und diese Abweichung scheint mir nicht hinreichend um eine eigene Species darauf zu gründen.

13. *Ceratodon chloropus Brid.*

Scheint auf dem Vorgebirge der guten Hoffnung ebenso gemein zu seyn, wie C. purpureus bei uns und diesen gleichsam dort zu vertreten.

14. *Holomitrium vaginatum Brid.* caule ascendente fasciculato-ramoso, foliis erecto-patentibus apice parum incurvis lato-lanceolatis mucronulatis concavis integerrimis, nervo in mucronulum evanescente, perichaetialibus longissimis, arcte vaginatis, seta elongata, capsula oblongo-cylindrica, operculo subulato erecto.

Zwischen Omsamwubo und Omtata in einer tiefen Felsschlucht, den 15ten Mai 1832 mit vollkommen reifen Früchten, Outniqualand, bei Koratra, im Walde, 800 Fuss hoch, den 15ten Octbr. 1831 mit überreifen Früchten. Drège. 4

Die Blätter sind nicht, wie sie Bridel (Bryol. univ. V. 1. p. 227) angiebt, patentia, e basi late ovata lanceolata, sondern erecto-patentia, apice parum incurva, lato-lanceolata, mucronulata, denn ihre grösste Breite fällt in die Mitte, auch sind die Ränder derselben nicht eingerollt, wie Hooker (Musc. exot. t. 64) sie beschreibt und abbildet, sondern nur auf- und einwärts gekrümmt, wodurch die Blätter hohl erscheinen. Die Perichätialblätter sind nicht wie Hooker und Bridel angeben, nervenlos, sondern haben

einen sich bis in die Spitze fortsetzenden, dünnen, gleichfarbigen Nerv. Die Haube ist nicht mitraeformis, sondern cucullata dimidiata, nur an der äussersten Spitze ganz. Die Zähne sind unten purpurröthlich, oben blassweiss, gewöhnlich tief gespalten, zuweilen aber oben ganz und nur an der Basis gespalten oder durchbrochen.

Die hier angeführten verschiedenen Abweichungen unseres Mooses von den von Hooker und Bridel gegebenen Beschreibungen und Abbildungen von H. vaginatum, liessen uns längere Zeit darüber zweifelhaft, ob wir auch dieses vor uns hätten, von dem wir leider! keine Original-Exemplare vergleichen konnten; eine genaue Erwägung aller Umstände lässt uns aber nicht mehr daran zweifeln, und zwar um so weniger, als die trefflichen Abbildungen, welche Hooker von den übrigen Theilen und dem ganzen Moose in natürlicher Grösse gegeben, mit unserem vollkommen übereinstimmen.

15. *Barbula rigida*

*β pilifera* † foliis piliferis.

Namaqualand bei Zilverfontein auf Felsen, 2000 Fuss hoch, d. 31sten Aug. 1830. Drège.

Die Blätter sind von der Basis beinahe bis zur Hälfte, bisweilen auch am Rande, fast durchscheinend, übrigens fleischig oder besser lederartig und laufen an der Spitze in ein, die Länge des Blattes nicht erreichendes Haar aus.

16. *Barbula pilifera Hook.*

*β gracilis* † caule minore et tenuiore, foliis breviter piliferis.

Paarlberg auf Felsen, 1800 Fuss hoch, d. 30sten März 1828. Drège.

Ist nur halb so gross und stark, als die auf dem Cap sehr häufig vorkommende, aber nur sparsam Früchte bringende Stammart.

17. *Brachysteleum crispatum Hrsch.* in Endlich. et Mart. Flor. Bras. Fasc. 1, p. 20. Ptychomitrium nigricans Bruch. et Schimp. Bryol. Europ. Fasc. II. et III. p. 5.

Notarisia capensis Hamp. in Linnaea. B. XI. H. III. p. 379.

Macromitrium nigricans et tenerum Kunze. in litt.

Brachypodium crispatum Brid. Bryol. univ. 1. p. 147. et 717.

Orthotrichum crispatum Hook. et Grevill. in Edinb. Journ. of Scienc. 1824. p. 115.

var. *β brachycarpum* † foliis brevioribus latioribus, setis brevioribus, capsulis minoribus ovatis vix emersis.

An schattigen Stellen in einer Kluft am Tafelberge, 3te Höhe, auf Steinen, am 26sten Aug. 1827, mit reifen Früchten; auf der 2ten Höhe der nördlichen Seite des Tafelberges auf Felsenstücken; auf Steinen zwischen Gebüschen am Löwenschwanz, den 8ten Jun. 1827 mit nicht vollkommen reifen Früchten, am Teufelsberge, und am Fusse desselben, Ecklon; in der Kluft nach der Van Kampsbai, Jun. 1824 Zeyher; — Langevaley, auf Felsen, 400 F. H., den 17ten Juli, mit überreifen Früchten; zwischen Basche und Key in einer Schlucht, auf *Bäumen*, 800 — 1200 F. H., den 7ten Jun. mit reifen Früchten; Namaqualand zwischen Kouse und Garip 2000 F. H., den 30sten Septbr. mit unreifen Früchten; Witbergen auf Felsen, zwischen 5 — 6000 Fuss, den 17ten Jan. 1833 mit überreifen Früchten; die var *β* ebendaselbst und zu derselben Zeit, an den höchsten Orten eines Berges, 7500 F. H. mit kaum reifen Früchten, Drège.

Diess Moos scheint auf dem Vorgebirge der guten Hoffnung sehr gemein zu seyn und dort unter sehr verschiedenen Verhältnissen vorzukommen, welche verschiedene Formen desselben bedingen, denn es ändert ab in Hinsicht der Grösse, der Grösse und Form der Blätter, der Länge des Fruchtstiels, der Gestalt der Kapsel, der Länge des Deckels, der

Breite, Länge, Durchbrechung und Theilung der Zähne; die Mütze jedoch bleibt sich, eine unbedeutende geringere oder grössere Tiefe der Einschnitte ausgenommen, immer gleich. Dieser Gestaltwandel findet schon in der verschiedenen Höhe der Standorte, von 400 bis 7500 Fuss grossentheils seine Erklärung, denn mit zunehmender Höhe werden die Stämmchen und mit ihnen alle übrigen Theile kürzer, und ebendasselbe findet Statt in demselben Grade wie die Standorte trockner und dem Zutritt des Lichtes mehr ausgesetzt sind: so, dass das, was dort durch die Kälte bedingt, hier durch die Trockenheit bewirkt wird. Seine Ausbreitung nach den Breitegraden scheint seiner Aufsteigung in die Höhe zu entsprechen, denn wir besitzen auch Exemplare davon, welche der verstorbene Sello in Montevideo gesammelt hat und manche der von neueren Schriftstellern erwähnten Arten aus andern Gegenden ergeben sich vielleicht bei genauerer Prüfung als blose Formen dieser Art. — Die Angabe der Herren Bruch und Schimper (l. c. p. 1), dass die Arten dieser Gattung nicht auf Bäumen vorkämen, wird dadurch wiederlegt, dass Drège diese Art, wie oben angegeben, wirklich auf Bäumen gefunden hat.

Wir haben Gründe zu glauben, dass Brachysteleum (Racomitrium) polyphyllum — welches jedenfalls mit der vorliegenden Art in eine Gattung gehört, da Tracht, Verästelung, Blattform und Blattbau, Capsel- und Deckelform, wie auch die Mütze genau damit übereinstimmen und nur die Zähne des Peristoms länger und schmäler, so wie regelmässiger in zwei schmale Schenkel gespalten sind — nicht auf dem Vorgebirge der guten Hoffnung vorkömmt, folglich die hierauf sich beziehende Angabe von Hooker (s. Bridel. Bryol. univ. 1. p. 225) auf einem Irrthume beruhen muss, der wahrscheinlich dadurch entstanden, dass Hooker die grösseren Formen von Br. crispatum, welche den kleineren

von Br. polyphyllum bis auf die vollkommen ganzen Blätter und die kürzeren, breiteren Zähne des Peristoms sehr ähnlich sind, für dieses gehalten, welches um so wahrscheinlicher und verzeihlicher ist, als diese Angabe aus einer Zeit herstammt, wo Br. crispatum noch wenig gekannt war. Es scheint uns aber fast als ob dieselbe auf einem Missverständnisse von Bridel (l. c.) beruhe, denn uns ist nicht bekannt, dass Hooker irgendwo das Br. polyphyllum auf dem Cap wachsend angegeben habe, wohl aber, dass er in den Nachträgen zur ersten Ausgabe seiner Muscol. brit. sagt: Encalypta crispata Hedw. (Br. crispatum) sei als Synonym zu Trichostomum polyphyllum nachzutragen, da ihn von Swartz erhaltene Exemplare und eine Vergleichung der Beschreibung und Abbildung überzeugt hätten, dass beide ein und dasselbe Moos seyen, worin sich jedoch Hooker irrte, wie er später auch selbst einsah, indem er mit Greville das Br. crispatum in dem Edinburg Journ. of Science 1824 p. 115 als Orthotrichum crispatum beschrieb.

Der Mundbesatz besteht aus 16 einzelnen aus der inneren Kapselwand entspringenden, lanzett-pfriemenförmigen von etwas über der Basis bis zur Spitze in zwei ungleiche Schenkel gespaltenen oder doch mit mehreren Längsspalten durchbrochenen und wenn auch diese fehlen, doch mit einer die Spalte andeutenden, dunkleren Längslinie bezeichneten Zähnen, also nicht, wie Bridel angiebt aus 16 *ganzen*, noch, wie Bruch und Schimper (l. c. p. 2) angeben, aus 32 einfachen, fadenförmigen, an der erweiterten Basis paarweise verwachsenen Zähnen, denn auch bei Br. polyphyllum, bei welchem die Theilung am stärksten, ist sie nicht scheinbar und durch Verwachsung zweier Zähne entstanden, sondern eine wirkliche, nur beinahe bis auf den Grund gehende Theilung eines Zahns, die, wenigstens bei Br. crispatum, wo man sie bei verschiedenen Exemplaren von ihrem ersten An-

fang bis zur gänzlichen Trennung verfolgen kann, nicht von der Spitze aus, sondern von unten auf statt findet, wie dies auch die von *Bruch* und *Schimper* gegebene Abbildung von dem Peristom ihres Ptychomitrium pusillum (Brachysteleum pusillum nob.) l. c. tab. 1. fig. 10 deutlich zeigt, und wie es auch, der Analogie nach, wohl bei Br. polyphyllum vorausgesetzt werden darf. Um weiteren Verkennungen und Unsicherheiten in Bezug auf die Gattung, zu der die, diese Gattung bildenden Arten gehören, vorzubeugen, deren in der neuesten Zeit so häufig Statt gefunden, — denn auch die Herren *Bruch* und *Schimper* scheinen nicht gewusst zu haben, dass Brachypodium crispatum Brid. dazu gehört, indem sie dieses in ihrem Abschnitte der Geschichte ihrer Gattung Ptychomitrium mit keiner Sylbe erwähnen — dürfte es nöthig sein, die von dem Mundbesatz entlehnten Gattungsmerkmale etwas genauer festzustellen. Nach meinem Dafürhalten könnte dies auf folgende Weise geschehen:

Peristomium simplex, internum: dentes 16, solitarii, basi integra latiori approximati, superne erecti, cartilaginei, rigidi, lanceolato-subulati, plerumque fere usque ad basin in crura duo inaequalia filiformia aut subulata fissi, aut fissuris pluribus perforati, rarissime tantum integri media linea longitudinali notati, parum hygroscopici.

18. *Orthotrichum Eckloni* † pulvinatum, caule erecto fastigiato-ramoso, foliis erecto-patentibus subflexuosis siccitate contorto-crispatis e basi rotundata concava lineari-lanceolatis marginibus planis, nervo evanido, capsula parva vix emersa clavata 8-striata siccitate infra orem coarctata 8-costata, operculo convexo brevissime apiculato, calyptra campanulata acuminata pilosissima hyalina apice fuscescente.

In der Kluft nach dem Gipfel des Tafelberges, 4te Höhe, Novbr. Ecklon. 2

Caespites parvi, pulvinati. Caulis erectus, semiuncialis, fastigiato-ramosus, dense foliosus; rami breves. Folia erecto-patentia, subflexuosa, siccitate contorto-crispata, e basi rotundato-concava lineari-lanceolata, canaliculata, integerrima, margine plano, inferiora rufescentia, superiora viridi-lutea: nervo paulo obscuriori infra apicem evanescente; retis areolis ad marginem basis folii quadratis laxis hyalinis, in medio folio linearibus angustis confertis, in parte superiori rotundis minutis. Folia perichaetialia longissima capsula longiora, lanceolato-linearia, basi ad medium vaginata, reliquis caulinis similia. Fructus terminalis. Vaginula conica, albida, nonnullis pistillis demortuis obsita. Seta brevis, vix lineam unam longa, erecta, laevis, apicem versus incrassata, in apophysin dilatata, pallide lutea. Capsula parva, vix emersa, ovata, longicolla seu clavata, 8-striata, siccitate infra orem parum coarctata, 8-costata, viridi-brunnea, senectute cylindrica, valde angusta, torta, lutescens. Peristomium duplex: exterius dentes 8 geminati, conniventes, siccitate reflexi, latissime lanceolati, apice ultra medium fissi, cruribus lanceolatis linea media longitudinali notatis et nonnullis fissuris angustis pertusis, leviter trabeculatis, albidi; interius cilia 8 totidem dentibus alternantia, breviora, incurva, filiformia, articulata, basi duplicata, hyalina. Operculum convexum, brevissime apiculatum, badium, apiculo parum curvato albido. Calyptra campanulata, acuminata, basi laciniata, pilosissima, hyalina, acumine fuscescente.

*Anm.* Aehnelt dem O. crispum, unterscheidet sich aber von demselben durch längere, schmälere Blätter, mit fast runder, ausgehöhlter Basis, längere Hüllblätter, die wenig hervorstehende, fast von den Hüllblättern umschlossene, kleine Kapsel, das convexe, sehr kurz und schief gespitzte Deckelchen und die fast farblose Mütze.

19. *Orthotrichum pumilum Schwaegr.*

Paarlberg, auf Roemeria argentea, 1800 F. H., den 30. Aug. 1828. Drège.

*β.* calyptra pilosa. †

Auf einer Eiche in M. Bredas Garten, den 27. Aug. 1826. Ecklon.

*Anm.* Die behaarte Mütze wie bei O. stramineum Hsch., die Blätter und das Peristom mehr wie bei O. pumilum Schwägr.

20. *Macromitrium Drègei* † caule repente gracili subpinnatim ramoso, ramis erectis, foliis erecto-patentibus siccitate strictis appressis ovato-lanceolatis acutiusculis basi canaliculatis bistriatis integerrimis, nervo evanescente, capsula cylindrica ore coarctata, operculo brevi subulato.

Albany, den 1. Decbr. 1831, Paarlberg, 1500 F. H. mit Barb. pilifera, den 30. März 1828, und Enon, im Walde, 500 F. H., den 18. März 1833. Drège. 2/

Caespites laxi, lati, similes Pterogonio filiformi. Caulis repens, 1—2 poll. longus, gracilis, foliis destructis obsitus, ramosus, fuscus, juvenilis rufus; rami iterum apice breviter ramulosi, erecti, dense foliosi. Folia erecto-patentia, siccitate stricta, appressa, lato-lanceolata, acutiuscula, basi canaliculata, bistriata, integerrima, inferiora fusca, superiora luteo-viridia subpellucida: nervo crasso pallide ferrugineo infra apicem evanescente; retis areolis circularibus minutis basi laxioribus. Fructus terminalis aut innovationibus lateralis. Folia perichaetialia majora ovato-acuminata, obtusiuscula, concava, reliquis caulinis similia. Vaginula cylindrica, pistillis et paraphysibus demortuis obsita, badia. Seta erecta, circiter 5 lin. longa, laevis, apice incrassata, purpurascens. Capsula cylindrica, angusta, ore coarctato, laevis, brunnea. Peristomium simplex, internum: membrana annuliformis, angusta, integra, spongiosa, albida, incurva,

siccitate erecta. Operculum capsula triplo brevius hemisphaerico-acuminatum, erectum, pallide luteum. Calyptra campanulata, basi 6-fida, pilis longissimis geniculatis erectis obsita, aureo-lutea, laciniis hyalinis.

*Anm.* Dem M. microphyllum Hook. et Grevill. zunächst verwandt, jedoch durch längere Seten, längere, walzenförmige (nicht fast birnförmige) Kapseln und das stachlige Deckelchen hinreichend davon verschieden. Von M. tenue unterscheidet es sich durch breitere, spitzere, fast durscheinende Blätter, längere Fruchtstiele, engere Kapseln, das Peristom, das längere, stachlige (nicht kegelförmige) Deckelchen und die kürzere Mütze.

21. *Macromitrium serpens Brid.*?

Zwischen Outniqualand und Langekloof im Walde bei Roodemuur an einem Bache, 1500 F. H., den 25. Oct. 1831. Drège. 2/

Differt a M. serpenti foliis lato-lanceolatis acuminatis, nervo infra apicem evanescente, capsula rotundato-ovata basi obsolete 8-sulcata. Perist., operc. et calyptra desunt.

22. *Macromitrium lycopodioides Burch.*?

Paarlberg, in einer Schlucht an einem Baumstamme, 1600 F. H., den 10. Sept. 1833. Drège. 2/

Differt a M. lycopodioide Burch. setis brevioribus, capsula majori elliptica, operculo breviori conico, calyptra longiora An var. M. tenuis?

23. *Macromitrium tenue Hook. et Grev.*?

Dutoitskloof, den 26. März 1828. Drège, ohne nähere Angabe des Standortes, Ecklon, Bergius. 2/

Differt a M. tenui H. et G. setis brevioribus, vaginula membrana vaginata cylindrica terminata, ut in M. lycopodioidi, capsula majori ellipti ca, peristomio nullo, operculo conico.

24. *Macromitrium microphyllum Hook. et Grev.?*

Paarlberg, an Bäumen, 1500 F. H., mit M. tenue, den 30. März 1828. Drège. 4

Differt a M. microphyllo: operculo conico-acuminulato.

*Anm.* Obgleich die 4 vorstehenden, als zweifelhaft aufgeführten Macromitria Unterschiede darbieten, welche wir zur Aufstellung neuer Arten hätten benutzen können, so haben wir diess dennoch unterlassen, da uns theils nicht eine hinlängliche Zahl von Exemplaren davon vorlag, theils die uns vorliegenden Exemplare nicht die nothwendige Vollständigkeit hatten, und wir sie theils gar nicht mit Original-Exemplaren, oder ebenfalls nur mit unvollständigen zu vergleichen im Stande waren.

25. *Brachymenium julaceum* † dense caespitosum, caule erecto basi radiculoso-tomentoso apice fasciculatim ramoso, ramis julaceis, foliis dense imbricatis appressis lato-ovatis obtusis profunde concavis longissime piliferis apicem versus leviter serrulatis, nervo infra apicem dissoluto, capsula erecta pyriformi, operculo . . .

Outniqualand, bei Koratra im Walde auf Bäumen, 800 F. H., den 24. Sept. 1831 mit deckellosen Früchten. Drège. 4.

Caespites densissimi, magni. Caules erecti, semiuncinales, inferne radiculoso-tomentosi et tomento inter se arctissime conjuncti, radiculis capillaribus fuscis, superne fasciculatim ramosi, rufi; ramis circiter 2 lin. longis erectis julaceis rufescentibus. Folia dense imbricata, appressa, late-ovata, obtusa, pilifera, pilo longitudine folii aequali remote serrulato hyalino, profunde concava, subcochleariformia, apice obsolete serrulata, inferiora fuscescentia, superiora amoene viridia: nervo concolore valido infra apicem dissoluto instructa; retis areolis basi laxissimis subquadratis, medio folio laxis parallelogrammis marginem et apicem versus den-

sioribus sublinearibus. Flos foemineus terminalis. Folia perichaetialia erecta, imbricata, exteriora 4 — 6 caulinis simillima, interiora 8 lato-lanceolata, acuminata, in pilum longissimum flexuosum producta, vaginata, pellucida, nervo infra apicem evanescente, nec non dissoluto; retis areolis laxioribus; intima 2—3 minuta, angustiora, pilo longissimo, subhyalina, nervo infra folii medium dissoluto; retis areolis laxissimis parallelogrammis. Vaginula brevissima, cylindrica, pistillis et paraphysibus emarcidis obsita, fusca. Seta uncialis, erecta, laevis, siccitate parum tortilis, purpurascens. Capsula inclinans, pyriformis aut elongato-pyriformis, laevis, ore angustato, badia. Peristomium duplex: exterius 16 dentatum, dentes humidi erecto-patentes, siccitate conniventes, lanceolati, obtusi, solidi, trabeculati, superficie interiori trabeculis prominentibus costati, rufescentes; interius membrana brevis, hic et illic pertusa, lutescens, apice in processus plurimos irregulares erosos producta. Operculum . . . . Calyptra . . .

*Anm.* Auf den ersten Blick dem Leptostomum inclinatum oder dem L. erectum sehr ähnlich, jedoch durch den Mundbesatz und die breiten, fast löffelförmigen Blätter davon gänzlich verschieden.

Das innere Peristom ist nicht, wie *Schwägrichen* glaubt, mit dem äusseren verwachsen, und die stete Destruction desselben muss deshalb auf einer anderen, als der von ihm vermutheten Ursache beruhen.

26. *Bryum dicranoides* † caule erecto brevissimo innovante, innovationibus brevibus gracilibus, foliis innovationum remotis erecto-patentibus apice in capitulum congestis ovatis acutis concavis integerrimis, nervo apice dissoluto, perichaetialibus imbricatis lanceolatis cuspidatis integerrimis, capsula horizontali vel nutante parum curvata ovato-oblonga ore contracto, operculo minuto conico acuto.

An einer Mauer der unteren Gärten am Tafelberge, und auf der 2ten Höhe der nördlichen Seite desselben, auf Steinwällen bei den höchsten Gärten ebendaselbst, und auf einer schattigen Erdwand in der Kluft nach Van Kampsbai, 2te Höhe im October mit reifen Früchten. Ecklon. 4

*Anm.* Dem Bryum erythrocarpum sehr ähnlich, jedoch durch die ungezähnten Blätter, die dickere, länglich-eyförmige Kapsel, das sehr tief gespaltene, innere Peristom, dessen pfriemenförmige, knotige Zähne, je zwei nur eine halb so lange Wimper zwischen sich haben, und das kegelförmige, kleine Deckelchen hinlänglich davon verschieden. Im trocknen Zustande hat dieses Moos auf den ersten Blick eine grosse Aehnlichkeit mit einem der kleineren Dicrana.

27. *Mnium sphathulatum* † caule assurgente apice innovante inferne nudo, foliis inferioribus minoribus remotis oblongo-erectis acuminatis superioribus in rosulam congestis lato-spathulatis acuminulatis omnibus a medio ad apicem argute serratis pellucidis, nervo crasso infra acuminulum dissoluto.

Port Natal im Walde bei Omblas auf der Erde unter 100 F. H. Drège. 4

Caulis assurgens, 2 poll. longus, inferne nudus, superne foliosus, infra apicem innovatione una alterave ramosus, rufus. Folia inferiora minora, remota, oblongo-ovata, acuminata, superiora caulis apice in rosulam congesta, lato-spathulata, acuminulata, omnia a medio apicem versus argute serrata, marginata, dilute viridia, pellucida aut subhyalina; nervo crasso dilute rufescente infra acuminulum dissoluto; retis areolis irregulariter hexagonis laxissimis.

28. *Archidium capense* † caule brevissimo erecto, interdum innovationibus brevissimis elongato, foliis integerrimis, caulinis remotis lanceolatis acuminatis, perichaetialibus

majoribus e basi latiori ovata concava lanceolatis acuminatis, nervo lato laxo percurrente, capsula globosa immersa occulta.

Am Löwenrücken, 2te Höhe, zwischen Gesträuch auf der Erde, den 30. Octbr. 1827. Ecklon. 4

Plantula primis 3 — 4 annis minutissima, lineam unam longa, erecta, per innovationes e perichaetio parum ramosa, dehinc decumbens et radicans; rami brevissimi perichaetio comati, steriles graciles remote foliosi. Folia caulina remota, erecto-patentia, lanceolata, acuminata, canaliculata, integerrima, viridia: nervo lato laxo excurrente apice obscuro; retis areolis minutis subquadratis laxis. Fructus terminalis. Folia perichaetialia majora, erecto-imbricata, integerrima, inferiora minuta, ovata, acuminulata, concava, superiora majora, ovata, acuminata, suprema seu intima maxima, e basi latiori ovata concava lanceolata, acuminata, reliquis caulinis similia. Vaginula brevissima, subhemisphaerica, laxa. Capsula globosa, immersa, vix superne conspicua, seta brevissima vaginulae inserta, luteo-viridis, nitida, membrana capsularis albida, pellucida, e cellulis laxis conflata, matura dehiscens sporasque maximas luteo-virescentes punctulatas emittens. Calyptra membranacea totam capsulam cingens, in vaginula persistens serius demum irregulariter lacera.

*Anm.* Vom Archidium phascoideum Brid. unterscheidet sich diese Art leicht durch die viel kleineren Stämmchen, kürzeren Schösslinge, die vollkommen ganzen, aus breit eyförmiger Basis lanzettförmigen, lang zugespitzten Hüllblätter und den nur in eine kurze Spitze auslaufenden Nerv derselben.

29. *Fabronia pilifera* † caule repente vage ramoso, foliis imbricatis subsecundis ovato-acuminatis minutis in pilum dimidio brevius quam folium excurrentibus, denticulatis, nervo medio dissoluto, capsula obovata laevi, operculo . . .

Zwischen Schiloh und Zwartkey, Windvoogelberg auf Encephalartos Fridr. Guilielmi, 5000 F. H., den 22. Novbr. 1832. Drège. 2/

Caulis repens, semiuncialis et longior in latere inferiori radiculosus, radiculis capillaribus fuscescentibus, vage ramosus, dense foliosus; rami breves ascendentes. Folia arcte imbricata, subsecunda, laxa, ovato-acuminata, in pilum hyalinum, dimidio brevius quam folium excurrentia, concava, ultra medium uno alterove denticulo notata, pellucida, amoene viridia: nervo lato laxo concolore supra medium dissoluto; retis areolis laxis oblongis, basilaribus laxioribus quadratis. Flores dioeci aut monoeci: masculos non vidi; foeminei axillares. Folia perichaetialia imbricata; exteriora minora, ovata, breviter acuminata, ciliato-dentata, enervia, subhyalina; retis areolis laxioribus; intima 5 — 6 majora, erecta, oblonga, longissime acuminata, apicem versus ciliato-serrata, vaginata, enervia, subhyalina; retis areolis longissimis angustis. Vaginula membranacea, brevis, cylindrica, glabra, lutescens. Seta erecta, duas lineas longa, laevis, siccitate parum tortilis, pallide-flavescens. Capsula erecta, obovata, basi contracta, siccitate ore dilatato cyathiformis, laevis, brunnea, ore badio. Peristomium simplex, 8-dentatum: dentes intus infra orem adnati, madore horizontales vel subincurvi, siccitate patentes vel parum reflexi, latissime lanceolati, subtriangulares, obtusi, ad basin bifidi: cruribus lanceolatis linea media longitudinali saepe in fissuram abeunte notati, sulcis transversis tenuissimis diaphanis, lurido-lutei. Operculum deest. Calyptra longa, subulata, latere fissa, glabra, straminea, apice fusca, apiculata.

*Anm.* Zunächst mit Fabronia australis Hook. verwandt, aber durch die dicht dachziegelförmigen, fast einseitswendigen, langbehaarten Blätter, den deutlichen, in der Mitte des

Blattes sich auflösenden Nerven und die ungerippte Kapsel sehr davon verschieden.

30. *Pterogonium productum* † caule assurgente, vage ramoso, foliis patentibus siccitate appressis cordato-ovatis acuminatis integerrimis evanidinervibus, seta recta brevi, capsula oblonga, operculo breviter acuminato subrecto.

Hanglip. Mundt und Maire; Albany, auf Baumrinde, den 12. Dec. 1831. Drège. 4

Caulis assurgens, vel pendulus, 1—3 poll. longus, gracilis, pinnatim ramosus, basi radiculosus, fragilis. Folia patentissima, siccitate imbricata, appressa, cordato-ovata, acuminata, integerrima, profunde concava, amoene viridia: nervo crasso obscuriore supra medium evanescente; retis areolis oblongis minutis confertis. Flores monoeci, gemmiformes, axillares. Masculi conici. — Folia perigonialia exteriora latissime ovato-obtusa, profunde concava, integerrima, pellucida, interiora magis magisve acuminata et longiora. Antherae 4 — 5, oblongae, obtusae, filamento brevi suffultae, rufescentes. Paraphyses nullae. Flores foeminei subcylindrici, minores quam masculi. Folia perichaetialia e basi latissima longe acuminata, reliquis foliis perigonialibus similia. Pistillis 5, fuscis, germine oblongo, stylo lato germine duplo longiori, stigmate emarginato. Paraphyses numerosissimae, capillares, articulatae, hyalinae, pistillis dimidio breviores. Folia perichaetialia intima in perichaetio cum fructu maturo longissima e basi oblonga vaginata repentine in acumen integerrimum, dimidio brevius quam basis angustata: nervo debili laxo supra medium evanescente; retis areolis in inferiore folii parte laxissimis hyalinis, in parte superiori angustissimis sublinearibus. Vaginula cylindrica, pallide ferruginea, apice fusca, pistillis demortuis paraphysibusque plurimis longissimis multipliciter et breviter articulatis lacte viri-

dibus obsita. Seta erecta, brevissima, lineam unam longa siccitate tortilis, laevis, foliis perichaetialibus inserta, ferruginea. Capsula vix exserta, oblongo-cylindrica, laevis, badia. Peristomium simplex: dentes 16, conniventes, siccitate patentes, lanceolato-subulati, angusti, trabeculati, solidi, inferne pallide-ferruginei, superne albidi. Operculum acuminatum, subrectum, dimidia capsula brevius, badium. Calyptra subcylindrica, latere profunde fissa, angusta, apice apiculata, glabra, straminea.

*Anm.* Der Neckera acuminata Hook. sehr ähnlich, aber durch kleinere Statur, ganz abstehende, vollkommen ganze Blätter, längeren Nerv, mit Nerven versehene Hüllblätter im Zustande der Fruchtreife und das Peristom hinlänglich verschieden.

31. *Neckera Drègeana* † caule procumbente compresso, subpinnatim ramoso, foliis subsecundis imbricatis ovatis acutis apice serrulatis binervibus, capsula erecta, oblonga, operculo conico curvato.

Zwischen Buffelrivier und Key, in einem Thale im Walde, 800—1200 F. H., den 14. Jun. 1832. Drège. 4

Caulis procumbens, 2—3 poll. longus, compressus, subpinnatim ramosus, dense foliosus, rufus, fasciculatim radiculosus, radiculis capillaribus rufis. Rami breves, simplices, compressi, parum incurvati. Folia imbricata, subsecunda, lateralia patula, antica posticaque appressa, ovata, lateralia ovato-lanceolata, acuta, apice serrulata, concaviuscula, binervia, pellucida, flavescente-viridia, nitida: nervis divergentibus debilibus obscurioribus laxis longe infra medium evanescentibus instructa; retis areolis sublinearibus angustissimis. Flores monoeci, axillares, gemmaeformes: masculi globosi. Folia perigonialia e basi latissime ovata valde concava lanceolata, acuta, integerrima, enervia; retis areolis

laxioribus, quam in caulinis. Antherae 5 — 6, oblongae, reticulatae, filamento brevi suffultae, ferrugineae. Paraphyses nullae. Flores foeminei conici. Folia perichaetialia e basi latissima valde concava vaginata repentine angustata et acuminata, reliquis perigonialibus similia. Pistilla 6 — 8, filamento brevi suffulta, fusca; germine oblongo angusto, stylo cylindrico, stigmate parum incrassato. Paraphyses paucae, filiformes, pistillis longiores, articulatae, hyalinae. Folia perichaetialia interiora in perichaetio cum fructu maturo magis magisque longius acuminata. Vaginula cylindrica, pistillis et paraphysibus demortuis obsita, viridi-brunnea. Seta erecta, 4 — 5 lin. longa, laevis, siccitate parum tortilis, pallide-flavescens. Capsula erecta, oblonga, laevis, badia. Peristomium duplex: exterius dentes 18. conniventes, siccitate erecti, lineari-lanceolati, apice interdum fissi, trabeculati, subnodosi, ferruginei; interius dentes totidem dentibus exterioribus longitudine aequales, lineari-subulati, articulati, subnodosi, perforati, rufescentes. Operculum duplo brevius quam capsula, conicum, obtusiusculum, parum curvatum, fuscum. Calyptra deest.

*Anm.* Ist der Neckera cladorrhizans Hedw. und der N. macropoda Hedw. sehr ähnlich, unterscheidet sich aber von letzterer durch die kurzen Fruchtstiele und die breiteren Blätter, und von ersterer durch die weniger gedrängten, fast einseitswendigen, schmäleren, weniger tief ausgehöhlten, mehr allmählig breiter und länger zugespitzten Blätter, die Form der Hüllblätter und der äusseren Zähne, so wie durch das gekrümmte Deckelchen.

Auch Neckera macropoda und N. cladorrhizans haben an der Spitze fein gesägte und mit zwei kurzen, schwachen divergirenden Nerven versehene, und nicht vollkommen ganze und nervenlose Blätter, wie in den Beschreibungen derselben irrigerweise angegeben wird.

*Bridel* hat unbegreiflicherweise Neckera cladorrhizans zu seiner Gattung Neckera, N. macropoda dagegen zu seiner Untergattung Distichia gebracht. Beide sind aber enge mit einander verwandt, und gehören, mit der vorstehend beschriebenen, in eine und dieselbe Gattung.

32. *Hookeria mniifolia* † caule brevissimo repente, foliis bifariis patulis spathulatis mucronulatis marginatis integerrimis uninervibus, capsula suberecta oblonga subapophysata, operculo conico-acuminulato apice curvato.

Bei Koratra, im Walde, 1000 F. H., mit Hypnum minutulum auf faulen Stämmen, den 5. Octbr. 1831. Drège. ♃

Planta minuta. Caulis repens, 2 — 3 lin. longus, plerumque simplex, interdum parce et brevissime ramosus, radiculosus, radiculis capillaribus rufis. Folia disticha, erecto-patula, spathulata, mucronulata, marginata, integerrima, uninervia, pellucida: nervo obscuriore supra medium evanescente; retis areolis basi laxissimis sublinearibus vel subquadratis hyalinis, apicem versus folii magis magisve confertioribus et minoribus subcircularibus, ut in Mniis. Folia perichaetialia exteriora caulinis simillima, interiora minora, erecta, oblonga, breviter acuminata, reliquis caulinis similia. Vaginula cylindrica, membranacea, glabra, fuscescens. Seta brevis erecta, laevis, siccitate tortilis, purpurascens. Capsula suberecta, oblonga, angusta, subapophysata, siccitate basi et infra orem contracta, laevis, fusco-brunnea. Peristomium duplex: exterius dentes 16, conniventes, siccitate patuli, lanceolati, repente in acumen subulatum nodosum albescens attenuati, trabeculati, margine denticulati, solidi, albidi; interius membrana hyalina plicata in dentes 16 carinatos lanceolato-subulatos, solidos, articulatos exterioribus longitudine aequales producta. Operculum conico-acuminulatum, apice curvatum, dimidio brevius quam capsula, badium. Calyptra deest.

*Anm.* Diese niedliche und ausgezeichnete ist die kleinste unter den jetzt bekannten Arten dieser Gattung, und ihre Blätter sind sowohl in der Gestalt, als Textur jenen der grösseren Arten der Gattung Mnium sehr ähnlich.

33. *Hypnum brachypterum* † caule repente pinnato-ramoso, ramis patentibus simplicibus brevibus, foliis distichis patentibus remotiusculis oblique insertis lanceolatis obliquis acuminulatis planis serratis evanidinervibus, capsula pendula oblongo-ovata laevi.

Zwischen Outniqualand und Langekloof bei Roodemuur im Walde, 1500 F. H., den 25. Octbr. 1831. Drège. 4.

Caulis repens, 2 poll. longus et longior, debilis, pinnato-ramosus, radiculosus, fuscus. Rami patentes, simplices, penniformes, breves. Folia disticha, patentia, remotiuscula, oblique inserta, lanceolata, obliqua, acuminulata, plana, serrata, pallide-viridia, nervo obscuriori supra medium dissoluto; retis areolis linearibus angustis. Fructus cauligeni. Folia perichaetialia imbricata, apicibus patentissimis; exteriora minora, ovato-lanceolata, acuminata, integerrima, enervia; interiora magis magisve longiora et basi lata vaginata repentine angustata et in acumen longitudinis aequalis producta, exterioribus reliquis similia, retis areolis laxis. Seta erecta, 10 lin. longa, laevis, siccitate torta, purpurascens. Capsula cernua, brevis, oblongo-ovata, laevis, brunnea, ore fusco. Peristomium duplex: exterioris dentes 16, incurvi, siccitate erecti, lanceolato-subulati, dense trabeculati, solidi, inferne ferruginei, superne albicantes; interius membrana plicata lutescens in dentes 16 exterioribus longitudine aequales, lanceolato-subulatos carinatos creberrime perforatos articulatos cum ciliis geminatis subulatis dentibus brevioribus articulatis basi fissis hyalinis interpositis producta. Operculum et Calyptra desunt.

34. *Hypopterygium penniforme Brid.* caule repente, divisionibus erectis dendroideis pinnato-ramosis, ramis patentibus compressis, foliis imbricato-distichis obliquis ovato-lanceolatis mucronulatis patentibus tegminibusque ovatis grosse serratis evanidinervibus, capsula horizontali elongato-pyriformi, operculo . . .

Zwischen Omsamwubo und Omsamcaba, an schattigen Waldplätzen auf Felsen, 800 F. H., den 14. Mai 1832. Drège. 2

Caulis repens, filiformis, efoliaceus, radiculosus, fuscus; divisionibus dendroideis 2 poll. altis erectis, inferne simplicibus foliolis minutis squamiformibus obsitis, superne pinnato-ramosis. Rami simplices compositique, patentes, complanati. Folia infra ramificationem remotissima, minutissima, squamiformia, erecto-patentia, latissime cordato-ovata, longe acuminata, concaviuscula, integerrima, enervia, pallide viridia; retis areolis linearibus; supra ramificationem et in ramis imbricato-disticha, oblique inserta, patentia, ovato-lanceolata, obliqua, mucronulata, apicem versus magis magisve grosse et profunde serrata, pellucida, intense viridia: nervo distincto concolore supra medium evanescente; retis areolis linearibus angustis basi folii laxioribus. Stipulae in superficie interiori caulis ramorumque remotae, subappressae, minores, ovatae, profundius serratae, reliquis foliis lateralibus simillimae. Flores monoeci: masculos non vidimus; foeminei in superficie divisionum primariarum inserti, gemmiformes, axillares. Folia perichaetialia ad fructum maturum imbricata, erecta, apicibus patentibus, late oblonga, vaginata, in acumen longum producta, integerrima, enervia; interiora magis magisque angustiora. Vaginula cylindrica, pistillis demortuis et paraphysibus plurimis longissimis filiformibus crebro articulatis hyalinis, nonnullis clavatis, apice e 2—3 seriebus cellularum compositis, virescentibus intermixtis

obsita, viridi-brunnea, apice fusca. Seta seminucialis, solitaria, erecta, apice curvata, laevis, siccitate parum tortilis, badia. Peristomium duplex: exterius dentes 16 conniventes, siccitate inter dentes peristomii interioris incurvi, lanceolato-subulati, solidi, inferne subtilissime transversim costati, costis ad marginem prominentibus, ferruginei, superne subnodosi, albicantes; interius membrana plicata lutescens in dentes 16, exterioribus longitudine aequales, lanceolato-subulatos, carinatos, solidos, reticulatos, cum ciliis geminis capillaribus dentibus paullo brevioribus reticulatis hyalinis interpositis producta. Operculum et calyptra desunt.

*Anm.* Die Unvollständigkeit der von *Thunberg* gegebenen Beschreibung seines Hypn. pennaeforme lässt zwar noch manchen Zweifel über die Identität desselben mit dem hier beschriebenen Moose zu, im Allgemeinen passt jedoch jene Beschreibung so weit auf dieses, dass ich keinen Anstand nehme, beide für identisch zu halten.

35. *Hypopterygium lutescens* † caule repente divisionibus erectis dendroideis bipinnato-ramosis, ramis patentissimis compressis, foliis erecto-patentibus laxe imbricatis distichis oblongo-ligulatis obliquis mucronulatis tegminibusque ovatis apice serratis evanidinervibus, fructus . . .

Auf dem Vorgebirge der guten Hoffnung ohne nähere Angabe des Standortes, Drège. 4

Caulis repens, radiculosus, fuscus, divisionibus primariis erectis dendroideis 3 poll. longis inferne simplicibus, foliis minimis squamiformibus obsitis, superne bipinnatim ramosis, ramis ramulisque patentibus compressis. Folia infra ramificationem minima, remota, squamiformia, erecto-patentia, ovato-acuminata, integerrima, evanidinervia, supra ramificationem et in ramis ramulisque laxe imbricata, disticha, obliqne inserta, erecto-patentia, oblongo-ligulata, obliqua,

mucronulata, concaviuscula, apice serrata, pellucida, luteo-viridia: nervo obscuriore lato apicem versus evanescente, retis areolis lineariibus angustissimis. Tegmina remota, subappressa, ovata, acuta, profunde concava, serrulata, reliquis foliis lateralibus simillima. Fructus desunt.

36. *Fissidens splachnifolius* † subacaulis, foliis distichis erecto-patentibus ultra medium duplicato-fissis late-ovatis obliquis subtriangularibus acutiusculis integerrimis immarginatis splachnoideis pellucidis, nervo laxo supra medium dissoluto, seta erecta brevi, capsula erecta minuta oblonga, operculo convexo breviter oblique rostellato.

An der Nordseite des Tafelberges, 2te Höhe, Aug. 1827. Ecklon. ⊙

Caulis vix quartam lineae partem longus, erectus, simplex, foliosus, subhyalinus, basi radiculosus, radiculis longis capillaribus. Folia disticha equitantia, 2—4, erecto-patentia, usque ultra medium duplicato-fissa, lato-ovata, obliqua, subtriangularia, acutiuscula, integerrima, immarginata, splachnoidea, lurido-viridia, pellucida: nervo laxo concolore supra medium dissoluto; retis areolis hexagonis laxissimis; perichaetialia suprema, 3—4, erecta, duplo longiora, quam caulina, exacte lanceolata, acutiuscula, reliquis caulinis similia. Caulis sterilis erectus, 1—2 lin. longus, penniformis, apicem versus ob folia minora angustatus. Folia disticha, alternantia, remota, obliqua, subsemicordata, acutiuscula, apice recurva, usque ad apicem duplicato-fissa, fissura ventricosa: nervo crasso diaphano subexcurrente, reliquis caulinis plantae fertilis similia. Fructus terminalis. Vaginula oblonga, glabra, brunnea. Seta erecta, parum flexuosa, 1 — 1½ lin. longa, laevis, flavescens. Capsula minuta, erecta, oblonga, siccitate sub ore constricta, suburceolata, laevis, viridi-brunnea, ore rufo. Peristomium

simplex, externum: dentes 16 aequidistantes, incurvi, siccitate erecto-patentes, lanceolato-subulati, dense trabeculati, rufescentes, apice usque infra medium fissi, cruribus subulatis inaequalibus, pallidioribus. Operculum convexum, breviter oblique rostellatum, basi purpurascens, rostello pallide rufescente. Calyptra minuta, conica, basi incisa, glabra, rostellum tegens, ferrugineo-straminea, apice fusca.

*Anm.* Eine höchst merkwürdige und ausgezeichnete Species, deren Blätter ganz das weitmaschige Gewebe der Splachnoideen, und zwar in einem solchen Grade zeigen, dass man die ungespaltenen Hüllblätter, für sich allein betrachtet, unbedingt für Blätter einer Species der genannten Familie halten würde, während ihre Anheftung und Gestalt, so wie auch die Frucht, denen von Fissidens vollkommen entsprechen. Wir kennen nur noch eine Art mit einem solchen Blattbau, welche wir der Güte unseres Freundes, des Hrn. Hofraths *Reichenbach* in Dresden, verdanken, und deren Beschreibung wir, zur Vergleichung, hier unten beifügen*).

---

*) *Fissidens pellucidus* † caule brevissimo simplicissimo ascendente, foliis distichis erecto-patentibus basi duplicato-fissis lanceolatis obliquis subensiformibus integerrimis immarginatis splachnoideis pellucidis, nervo crasso ferrugineo infra apicem dissoluto, seta terminali basi geniculata inde ascendente, capsula erecta oblonga, operculo convexo-subulato recto.

Surinam. ⊙

Caulis fructifer brevissimus, lineam unam longus, assurgens, simplicissimus, basi radiculosus. Folia disticha, equitantia, 4-juga, erecto-patentia; infima minuta, squamiformia, usque ad apicem fissa, superiora magis magisque majora, lanceolata, acuminulata, parum obliqua, subensiformia, basi duplicato fissa, integerrima, immarginata, pellucida: nervo crasso ferrugineo infra apicem dissoluto; retis areolis hexagonis laxissimis; supre-

37. *Fissidens pygmaeus* † subacaulis, foliis obscure distichis 3-jugis ovatis obliquis integerrimis immarginatis, nervo infra apicem dissoluto, seta crassa, capsula oblonga erecta, operculo hemisphaerico brevissime rostellato.

Auf Steinwällen bei dem höchsten Garten auf der nördlichen Seite des Tafelberges und auf der Erde am Löwenschwanze. Jun. Ecklon. ⊙

Subacaulis, nam caulis vix tertiam lineae partem longus. Folia 3-juga, obscure disticha, equitantia, ovata, obliqua, acuta, inferiora minora, superiora majora, ultra medium duplicato-fissa, duplicatura ventricosa, integerrima, immarginata, lurido-viridia: nervo pallidiore infra apicem dissoluto; retis arcolis rotundatis irregularibus laxis; perichaetia-

---

ma seu perichaetialia maxima, reliquis caulinis simillima. Caulis sterilis, vix lineam unam longus, assurgens, penniformis; folia 8—14-juga, disticha, dense imbricata, equitantia, lineari-lanceolata, apicem versus leniter denticulata, pallide ferruginea: nervo non dissoluto sed evanescente; retis arcolis circularibus minimis densis. Flores non vidimus. Fructus terminalis. Vaginula rotundato-ovata, pistillis nonnullis emarcidis obsita, ferruginea. Seta basi geniculata, inde erecta, parum flexuosa, $1^1/_2$ lin. longa, crassiuscula, laevis, siccitate tortilis, pallide lutea. Capsula erecta, cylindrica, aequalis, siccitate sub ore constricta, laevis, brunnea, ore rufescente. Peristomium simplex, externum: dentes 16 incurvi, lanceolato-subulati, apice usque ad medium fissi, trabeculati, rubelli, cruribus subulatis pallidioribus. Operculum convexo-subulatum, subrectum, capsula brevius, purpurascens, rostro pallidiori. Calyptra minuta, rostrum tegens, conico-subulata, angusta, basi irregulariter lacera, glabra, ferrugineo-straminea, apice fusca.

*Anm.* Dem Fissid. splachnifolius in Hinsicht des Blattnetzes zunächst und allein verwandt, aber durch die Grösse, die Form der Blätter, den bis gegen die Spitze auslaufenden, dichten, rostfarbigen Nerven u. s. w. sehr davon verschieden.

lia 2, maxima, teneriora, pallidiora; nervo excurrente. Caulis sterilis flabelliformis, $^1/_2$—$^2/_3$ lin. longus, pallide-viridis, simplicissimus; folia 5—6 juga, disticha, alternantia, inferiora remota, superiora magis magisque conferta, de reliquo illis caulis fructiferi similia. Vaginula cylindrica glabra, pallide viridi-brunnea, apice purpurascens. Seta humectata erecta, $1^1/_2$ lin. longa, sicca arcuato-curvata, laevis, inferne purpurascens, superne pallide lutea. Capsula erecta, oblonga, aequalis, siccitate sub ore constricta, viridi-brunnea, subpellucida, ore purpureo. Peristomium simplex, externum, 16-dentatum: dentes aequidistantes, conniventes, siccitate recurvi, lanceolato-subulati, trabeculati, inferne purpureo-fuscescentes, superne pallide lutescentes, 10 apice, usque ad medium fissi, cruribus subulatis inaequalibus. Operculum hemisphaericum, brevissime rostellatum, ferrugineum, rostello paulo curvato pallidiori. Calyptra cucullata, glabra, straminea.

38. ***Fissidens curvatus*** † caule exiguo simplici aut basi innovante assurgente, foliis obscure distichis obliquis lanceolatis acuminulatis usque ad apicem versus duplicato-fissis, marginatis integerrimis, nervo infra apicem dissoluto, seta brevissima curvata, capsula erecta obovata, operculo conico brevissime rostellato, capsulae dimidiam partem longitudine subaequante, subrecto.

An einer Mauer in Mr. Anrets Garten unter dem Löwenrücken, den 24. Octbr. 1827. Ecklon. ⊙

Caulis brevissimus, vix quartam lineae partem longus, basi radiculosus, simplex aut basi innovans, rufus. Folia obsolete disticha, imbricata, 4—5-juga, obliqua, infima minuta, lato-lanceolata, acuta, usque ad apicem duplicato fissa, superiora magis magisque longiora et angustiora, lanceolata, acuminulata, ultra medium duplicato fissa, duplica-

tura ut in inferioribus ventricosa, marginata, integerrima: nervo diaphano infra apicem dissoluto; retis areolis rotundatis minutis; perichaetialia 4, terminalia, duplo majora quam suprema caulina, acuminata, basi ad tertiam partem longitudinis duplicato fissa: nervo subexcurrente, reliquis caulinis similia; omnia lurido-viridia. Caulis sterilis dimidiam lineae partem longus, flabelliformis; folia iis caulis fructiferi similia. Vaginula cylindrica, glabra, viridi brunnea: Seta terminalis, brevissima, folia perichaetialia parum superans, crassa, magis magisque curvata, flexuosa, laevis, inferne purpurascens, superne pallide lutea. Capsula erecta, obovata, siccitate cylindrica, infra os constricta, viridi-brunnea, ore purpureo. Peristomium simplex, externum; dentes 16 incurvi, siccitate erecto-patentes, lanceolato-subulati, trabeculati, ferruginei, apice usque ad medium fissi, cruribus inaequalibus subulatis tenerrimis, pallide-luteis. Operculum convexum, brevissime rostellatum, capsula dimidia brevius, rubicundum, rostello curvato pallide luteo. Calyptra cucullata, glabra, straminea, apice fuscescens.

39. *Fissidens laxifolius* † caule brevissimo simplicissimo, foliis apice recurvis lato-ovatis acuminulatis usque ad apicem duplicato fissis concavis obliquis laxis integerrimis immarginatis, nervo supra medium dissoluto, perichaetialibus lanceolatis longe acuminatis marginatis ultra medium duplicato-fissis, seta erecta, capsula cernua oblonga obliqua parum curvata, operculo convexo breviter rostellato, dimidiae capsulae longitudine, recto.

*β. breviseta* † setis brevissimis.

Auf der Erde in Mr. Bredas Garten unter dem Tafelberge, den 15. Aug. 1827; in einer kleinen Eichenholzung am Fusse des Tafelberges, nördliche Seite, den 1. Jun. 1827 mit reifen Früchten; die var. *β.* auf der Erde an schattigen

Stellen des Tafelberges, 2te Höhe, nördliche Seite, den 30. Aug. 1826, und unter Felsen auf der östlichen Seite des Teufelsberges, Jun., Ecklon. ⊙

Caulis erectus, brevissimus, vix tertiam lineae partem longus, simplicissimus, foliosus, rufus, basi radiculosus. Folia obsolete disticha, apice recurvá, lato-ovata, acuminulata, usque ad apicem fissa, obliqua, concava, laxa, integerrima, immarginata: nervo diaphano supra medium dissoluto; retis areolis circularibus; perichaetialia erecta, duplo majora, lanceolata, longe-acuminata, obliqua, ultra medium duplicato fissa, fissura ventricosa, marginata, nervo excurrente, omnia saturate-viridia. Stirps sterilis flabelliformis, tertiam lineae partem longus, erectus, foliosus. Folia disticha, obliqua, infima remota, superiora imbricata foliis perichaetialibus similia. Flores non vidimus. Fructus terminalis. Vaginula oblonga, glabra, viridi-brunnea, apice purpurascens. Seta erecta, siccitate flexuosa, tortilis, 2 — 3 lin. longa, laevis, pallide ferruginea. Capsula cernua, oblonga, obliqua, parum curvata, laevis, viridi-brunnea, ore purpureo. Peristomium simplex, externum, 16-dentatum: dentes incurvati, apicibus erectis, siccitate patentes, longe lanceolato-subulati, trabeculati, inferne ferrugiñeo-purpurei, superne hyalini, apice ad basin versus fissi, cruribus filiformibus. Operculum convexum, breviter rostellatum, dimidiam capsulae partem longitudine aequans, rectum, basi ferrugineum, apicem versus pallide-lutescens. Calyptra minuta, rostellum vix tegens, conico-subulata, basi fissa, glabra, straminea, apice fusca.

Die hier vorstehend beschriebenen vier neuen capischen Species der so ausgezeichneten Gattung Fissidens sind eine sehr merkwürdige Erscheinung, indem sie hinsichtlich ihrer Grösse sich ganz an die kleineren Arten der Gattung Phascum anschliessen, ja selbst die kleinsten derselben fast an Kleinheit noch übertreffen, theilweise, wie z. B. F. splachnifolius

169. *L. rubra* Bl. bydr. p. 197. Herb. Timor. p. 117.

170. *L. hirta* Horn. Herb. Timor. p. 118.

Balsamineae Rich.

*Balsamina* Gaertn.

171. *B. hortensis* DC. — Rumph. 5. t. 90. — In hortis.

172. *B. hirsuta* Bl. — In montanis ad origines rivulorum.

173. *B. minutiflora* Span. — Caule basi tereti, supra 4-angulari; foliis oppositis ovato-lanceolatis acuminatis, setaceo-serratis glabris; pedicellis subsolit. folio brevioribus, calcaribus flore aequalibus incurvis. Flores minuti albicantes. Crescit in rupibus calcareis, montanis Timor. —

Oxalideae.

173 a. *Averrhoa Carambola.*

173 b. — — *Bilimbi.*

Zygophylleae Brown.

*Tribulus* Tourn.

174. *T. moluccanus* Decaisne. Herb. Timor. p. 118. Blume bydr. p. 243.

Zanthoxylaceae Arn.

*Evodia* Forst.

175. *E. accedens*? Bl. bydr. p. 246. — Nog twyfelachtig.

*Zanthoxylum* Linn.

176. *Z. pumilum* Zp.

177. *Z. timoriense* Span. — Caule aculeato scandente, foliis 3-foliolatis, foliolis sessilibus elliptico-lanceolatis, obtuse acuminatis, crenatis, glabris punctatis, paniculis axillaribus folio brevioribus. Calyx parvus 5-dent., petala 5 patentia. Stamina 5 petalis alterna. Stylus crassus. Stigma obtusum. — Crescit in montanis Timor, floret Januario etc.

178. *Toddalia aculeata* Pers. Herb. Timor. p. 120.

179. *Harrisonia Brownii* Ad. Juss. Herb. Timor. p. 120.

180. *Melicope ternata* Forst. Vide Zippelium.

181. *Brucea glabrata* Decaisne. Herb. Timor. p. 119. t. 20. — *B. Sumatrana* Roxb. Catal mihi.

Ochnaceae DC.

*Gomphia* Schreb.

182. *G. magnoliaefolia* Zp. — Deze plant is my onbekend.

183. *Castela laevigata* Zp. — Idem.

Pittosporeae R. Br.

184. *Senacia undulata* Lamk. Herb. Timor. p. 101. — My onbekend.

## 2. CALYCIFLORAE DC.

Celastrineae R. Br.

*Elaeodendron* Jacq.? Roxb.

185. *E. ellipticum* Decaisne. Herb. Timor. p. 150. *E. undulata*? Zp. — My onbekend.

*Celastrus* Linn.

186. *C. paniculata*? Willd. — Crescit circa Koepang inter fruticeta.

187. *C. scandens*? Linn. — In sylvis circa Priety. —

188. *C. floribunda* en 189. *C. pentagyna* van Zp. — Zyn my nog onbekend.

*Evonymus* Linn.

190. *E. javanicus* Bl. — bydr. p. 1146. — Mogelyk is dat de *E. timorensis* van Zp. Caule arboreo, ramis teretibus, foliis opposit. ovatis, obtusiusculis, integerrimis glabris,

pedunculis axillaribus multifloris. Floribus 5-andris. Petalis fimbriatis. Capsulis 5-gonis. Flores virides. Crescit circa Namsay; floret Martio etc.

*Zizyphus* Tourn.

191. *Z. timorensis* DC. prod. 2. p. 20. —

192. *Z. pubiflorus* Decaisne. Herb. Timor. p. 151. *Ceanothus pubiflorus* DC.

193. *Z. celtidifolius* DC. prod. 2. p. 20. Herb. Timor. p. 152. Z. ferruginea? Zp.

194. *Z. Jujuba* Lamk. Herb. Timor. p. 152.

*Ventilago* Gaertn.

195. *V. maderaspatana* Gaertn. Rumph. 5. t. 2. — Crescit circa Koepang.

Ik heb nog een plant verzonden, die ook veel van een Ventilago had.

*Rhamnus* Linn.

196. *R. splendens* Bl. — Volgens Zippelius.

*Colubrina* Rich. Brongn.

197. *C. asiatica* Brong. Herb. Timor. p. 153.

*Gouania* Jacq.

198. *G. tiliaefolia* Lam. DC. prod. 2. p. 40.

199. *G. timorensis* Zp. G. mauritiana? Lam.

*Actegeton* Bl.

200. *A. sarmentosum* Bl. bydr. p. 1144. Circa Babanio frequens.

Illigereae Bl.

*Illigera* Bl.

201a. *I. dubia* Span. I. appendiculata? Bl. Icon. 54. Frutex alte scandens, folia ternata, longe petiolata, tota planta glabra foliolis integerrimis (lateralibus obliquis) lato-ovatis acuminatis venosis. Paniculis axillaribus, folio longio-

riobus. Filamenta basi 2-appendiculata. Stylus filiformis. Fructus 4-pterus, 1-locularis, 1-spermus indehiscens. — Crescit in montanis Timor; floret Martio, Aprili. —

201 b. *Gyrocarpus asiaticus* Willd. Herb. Timor. p. 42.

Terebinthaceae Juss.

*Holigarna* Roxb.

202. *H. longifolia* Roxb. — Deze plant vond ik op het eiland Rotty.

*Buchanania* Roxb.

203. *B. longifolia* Span. Arbor habitu Mangiferarum foliis sparsis oblongis, obtuse acuminatis, integerrimis, coriaceis, glabris. Paniculae axillares ad apices ramorum confertae; flores parvi albi, hermaphroditi. Calyx parvus 5-fidus obtusus. Petala 5, patentia demum revoluta, per aestivationem imbricata. Stamina 10, petalis breviora. Styli 5, ovarium subtectum. Drupa (immatura) subcarnosa 1-sperma. (Colore viridi). In montanis Timor, floret Martio.

*Mangifera* Linn.

204. *M. indica* Linn. et diversae varietates. — In cultis.

205. *M. glauca*? Bl. bydr. p. 1158. In montanis Timor.

*Poupartia.*

206. *P. mangifera* Bl. Herb. .Timor. p. 148. Spondias mangifera Pers.

207. *Icica*? *timorensis* DC. prod. 2. p. 78. Nog twyfelachtig.

*Canarium* Linn.

208. *C. commune* Willd. — In cultis.

209. *C. laxiflorum* Decaisne. Herb. Timor. p. 149. C. Pimela? Pers.

*Garuga* Roxb.

210. *G. floribunda* Decaisne. Herb. Timor. p. 149.

211. *Cnestis pentaphylla* Span. — Icon. 47. *Omphalobium carneum* Zp. — Caule arborescente, alte scandente, foliolis plerumque 5, rarius 7, opposit. vel subopposit., ramulis petiolis et foliolis glabris, his coriaceis, oblongo-ovatis obtuse acuminatis penninervis, integerrimis. Paniculis terminalibus elongatis multifloris. — Calyx 5-fid. persistens, coloratus tomentosus, petala 5, linearia, pallide rosea, extus sericea. Stamina 10 basi monadelpha, alterna breviora, filamentis pubescentibus, antheris 2-locul. Carpella monostyla solitaria leguminiformia 2-valvi-dehiscentia glabra. Semina solitaria ad suturae partem infer. inserta arillata, fere 1-poll. longa. — Floret Junio, Julio; flores odorati.

Moringeae R. Br.

*Moringa* Juss.

212. *M. pterygosperma* Gaertn. Herb. Timor. p. 131. Rumph. 1. t. 74.

Leguminosae Juss.

*Sophora* Linn.

213. *S. glauca* Lesch. W. et A. prodr. florae pen. Ind. p. 179. *S. mollis* mihi.

*Crotalaria* Linn.

214. *C. nana* Burm. — Herb. Timor. p. 138. DC. prod. 2. p. 127.

215. *C. juncea* Linn. — W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 185. DC. prod. 2. p. 125.

216. *C. prostrata* Roxb. W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 189. C. obliqua Span.

217. *C. laburnifolia* Linn. W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 193. —

*Psoralea* Linn.

218. *P. stipulacea* Decaisne. Herb. Timor. p. 138. — My onbekend.

219. *P. Gaudichaudiana* Decaisne. Herb. Timor. p. 139. — My onbekend.

*Indigofera* Linn.

220. *I. linifolia* Retz. Herb. Timor. p. 140. —
221. *I. cordifolia* Roth. Herb. Timor. p. 140. —
} Inter lapides in fruticetis, circa Bakanasie, Amabie etc. Timor.

222. *I. albicans* Span. Hallia glauca Zp. — Caule fruticoso, basi ramoso, ramulis adscendentibus ancipitibus; foliis lineari-lanceolatis cuspidatis, subtus caulesque caesio-sericeis supra caesio-glauco-sericeis, adpressis, strigulosis; spicis axillaribus solitariis simplicibus folium aequantibus. Leguminibus ovatis subulatis 1-spermis. — Crescit inter lapides in montanis substerilibus Timor.

223. *I. Timorensis* DC. prod. 2. p. 223. Herb. Timor. p. 140. l. caesia Zp.

224. *I. humilis* Zp.

225. *I. glandulosa* Roxb. W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 199. In oryzetis prope Oysaned.

226. *I. Anil* Linn. Herb. Timor. p. 140.

227. *I. viscosa* Lamk. Herb. Timor. p. 141.

*Clitoria* Linn.

128. *C. Ternatea* Linn. — Rumph. 5. t. 31.

*Glycine* Linn.

229. *G. parviflora* Lam. Herb. Timor. p. 141. *G. Labialis* Linn. W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 208. — Verzonden als Teramnus uncinatus.

230. *G. Dalbergioides* Zp.
231. *G. monantha* Zp.
} My niet bekend.

*Pseudarthria* W. et A.

232. *P. viscida* W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 209. Herb. Timor. p. 146. *Desmodium viscidum* DC. prod. 2. p. 336.

*Tephrosia* Pers.

233. ***T. Timorensis*** DC. prod. 2. p. 254. Herb. Timor. p. 142. T. biflora? Zp.

234. ***T. candida*** DC. prod. 2. p. 249. W. et A. prod. fl. pen. Ind. p. 210. Lonchocarpus fruticosus mihi Icon. 72. — Frutex erectus glaber, ramis ultimis compressis, foliis impari pinnatis, foliolis alternis vel oppositis, 10 — 15-jugis, elliptico-oblongis, mucronatis, subtus tenuiter pubescentibus. Stipulis exiguis. Racemis paniculatis terminalibus, angulatis vel ancipitibus, glabris, multifloris. Pedicellis filiformibus pendulis. Calyx campanulatus 5-dentatus, dentes 2 approximati. Vexillo subrotundo patente, 2-calloso extus sericeo. Alae basi stipitatae, cum carina apice cohaerentes. Stamina diadelpha. Stylus apice pubescens. Legumina complanata glabra, falcata 6 — 8-sperma, sutura seminifera. Semina reniformia, flores purpurascentes. — Crescit in fruticetis, circa Oynieso. — Floret Martio, Aprili etc.

235. ***T. spinosa*** Pers. Herb. Timor. p. 141.

236. ***T. rigida*** Span. Sect. ***Reineria*** DC. — Caule fruticoso procumbente, tereti, subtomentoso, rigido; foliolis 4-jugis cum impari, terminali maximo, subobovatis, basi cuneatisve, emarginatis, mucrone recurvo, supra glabris, subtus glaucis, sericeo-villosis, parallelo lineari-venosis. Stipulis subulatis. Racemis oppositifoliis; terminali folio longioribus, paucifloris; pedicellis 2—3-floris, floribus primo pallide roseis, dein atropurpureis. Calycis dentes lineari-subulati. Stamina diadelpha. Legumina recta pubescentia 6 — 8-sperma. Crescit in saxis calcareis Timor; floret Martio etc.

237 a. ***Astragalus pterostylis*** DC. Herb. Timor. p. 142. — My niet bekend.

237 b. ***Sesbania aegyptica*** Pers. Herb. Timor. p. 143.

238. ***Agati grandiflora*** Desv. Herb. Timor. p. 143.

*Zornia* Gmel.

239. *Z. angustifolia* Smith. Herb. Timor. p. 143. Z. glabella Sp.

240. *Z. gibbosa* Span. Icon. n. 38. Caulibus prostratis, ramosis, pubescentibus, foliolis 1-jugis ovatis, gibbosis, basi obliquis, glabris, margine ciliatis, stipulis sagittatis (vel lanceolatis utrinque acuminatis). Spicis axillaribus elongatis, bracteis cum stipulis 5-nerviis; flores lutei. Legumina articulis 5 pubescentibus scabris. Circa Koepang frequens. —

241. *Z. graminea* Span. Caulibus filiformibus glabris, foliolis paucis 1-jugis, foliis lineari-lanceolatis glabris, 1-nerviis subtus glaucis, stipulis lineari-lanceolatis, striatis. Calyx campanulatus, subbilabiatus coloratus, basi bibracteolatus, bracteis ovatis 5-nerviis utrinque acuminatis. Corolla flava. Legumen 3—5-articulatum, muricatum. In limosis elevatioribus Timor.

242. *Stylosanthes mucronata* Willd. Herb. Timor. S. aprica, mihi Icon. n. 55. In locis apricis, montanis Timor.

*Aeschynomene* Linn.

243. *A. atropurpurea* Span. *Sophora violacea* Zipp. Icon. n. 22. Caule fruticoso vel arboreo, foliis impari-pinnatis, foliolis alternis 10 — 12-jugis, ovatis, obtusis mucronatis subsessilibus, glabris. Rachi pubescenti. Racemis paucifloris axillaribus terminalibusque. Pedicellis sub medio 2-bracteatis. Calyx campanulatus, 2-labiatus, labio super. 2-, infer. 3-partito. Corolla calyx atropurpurea. Legum. 4 — 5-articulatum, articulis punctato-scabris. Stamina monadelpha. — Crescit circa Koepang; floret Octobri, Novembri.

244. *A. montana* Span. Caule suffruticoso (4 ped. alt.) erecto, tuberculis parvis pilisque apice glandulosis scabro, foliolis 30—34-jugis linearibus obtusis glabris, vix mucronulatis. Stipulis cum bracteis rubro-venosis. Racemis sim-

plicibus paucifloris subterminalibus, florum vexillo rubro-venoso, alis et carina sordide flavescentibus. Leguminibus 8—9-articulatis, articulis medio tuberculosis et glanduloso-punctatis scabris. — In paludosis montanis Timor. Heeft veel overeenkomst met A. aspera? Linn. —

245. *A. patula* Poir. Herb. Timor. p. 143. *A. timoriana* mihi Icon. 62. *A. decumbens* Zipp. — Waarschynlyk een en dezelfde plant.

*Lourea* Neck.

246. *L. obcordata* Desv. Herb. Timor. p. 144.
247. *L. reniformis* DC. prod. 2. p. 324.

} Crescit in fruticetis, circa Koepang.

248. *L. vespertilionis* Desv. Herb. Timor. p. 144. — My onbekend.

*Uraria* Desv.

249. *U. crinita* Desv. Herb. Timor. p. 144.

250. *U. picta* Desv. — *U. leucantha*? Zp. en *U. cornosa* is waarschynlyk dezelfde plant.

251. *U. lagopoides* DC. prod. 2. p. 324.

*Desmodium* Desv.

252. *D. umbellatum* DC. prod. 2. p. 326. Rumph. 4. t. 52.

253. *D. auriculatum* DC. prod. 2. p. 326. Herb. Timor. p. 144.

254. *D. gangeticum* DC. Herb. Timor. p. 144. Rumph. 6. p. 146. — Deze plant heb ik vroeger voor D. maculatum gehouden en W. et A. schynt deze 2 plantes voor dezelfde te houden.

255. *D. latifolium* DC. prod. 2. p. 328. W. et A. prod. fl. pen. Ind. 1. p. 225.

256. *D. lineatum* Span. Icon. n. 42. Caule fruticoso, ramulis triquetris, striatis, sericeo-pubescentibus, foliis pin-

natim 3-foliolatis, terminali maximo, ovatis, utrinque acutis, foliolis lateralibus inaequilateralibus ciliatis, subtus sericeo-pubescentibus, nervis parallelo-lineatis. Stipulis lanceolatis acuminatis ciliatis. Pedunculis axillaribus, petiolo multo brevioribus, umbellatis, multifloris. Leguminibus sericeo-villosis, 3—5-spermis. In montanis Timor.

257. *D. triflorum* DC. Herb. Timor. p. 144.

258. *D.* — Caulibus suffruticosis erectis, ramulisque diffusis, rufescentibus, foliolis oblongo-ellipticis, mucronatis subtus glaucescentibus, sericeo-villosis ciliatis. Racemis oppositifoliis elongatis, filiformibus, cum calycibus piloso-barbatis. Leguminum articulis 2—5 semiorbiculatis adhaerenti-hirtellis. Caulibus, ramulis et petiolis adpresso sericeo-villosis. — Crescit in graminosis, montanis Timor.

*Alysicarpus* Neck.

259. *A. bupleurifolius* DC. Herb. Timor. p. 145.

260. *A. vaginalis* DC. Herb. Timor. p. 145.

261. *A. longifolius* Zp. W. et A. prod. fl. pen. Ind. 1. p. 233?

262. *A. scaber* Span. — A. nummularioides Zp. A. nummularifolius? DC. Caule procumbente piloso scabro, foliis cordatis, infer. subrotundis, super. ovato-ellipticis, apice rotundatis vel obtusis, mucronulatis, subtus adhaerente-scabris. Stipulis petiolo longioribus. Racemis filiformibus pauciforis. Leguminibus teretiusculis glabris, 6-articulatis. — In graminosis, circa Koepang.

263. *A. timorensis* Span. Caulibus erectis glabris, foliis basi rotundatis ovalibus oblongisve, mucronatis, ciliatis utrinque longe pilosis, stipulis petiolo longioribus. Racemis oppositifoliis terminalibusque simplicibus. Calyx glumaceus 4-fidus, laciniis setaceo-pilosis. Legum. tereti-compressis, monili-

formibus, rugosis, 4-articulatis, calyce inclusis. — In montanis Timor, in graminosis.

264. *Abrus precatorius* Linn. — Rumph. 5. t. 32.

*Rhynchosia* Lour.

265. *R. Candollei* Decaisne. Herb. Timor. p. 145. R. rhombifolia Timorensis DC. Icon. n. 5. Glycine microptera Zp.

266. *R. medicaginea* DC. prod. 2. p. 386. W. et A. prod. p. 238.

267. *R. sericea* Span. Icon. n. 57. Dolichos tomentosus. W. et A. prod. 1. p. 248. Caule volubili teretiusculo sericeo-pubescente, foliolis 3, late-ovatis subrhomboideis, lateralibus gibbosis, basi trinerviis utrinque sericeo-mollibus, subtus reticulato-venosis, margine ciliatis. Stipulis amplis, ovato-lanceolatis. Racemis simplicibus, axillaribus folio subaequalibus, floribus subsessilibus. Calyx coloratus (rufus), 5-fidus, subbilabiatus, labio infer. breviore approximato super. 3-fido, laciniis subulatis, intermedio longiore, sericeo-tomentosus. Corolla calyce duplo longior, vexillo amplo, emarginato, basi bicalloso, intus striato purpureo, extus sericeo. Carina, apice purpurea coalita. Stamina diadelpha 1—9; filamento solitario geniculato. Stylus basi pubescens. Stigma obtusum. Legumine basi attenuato velutino, 2-spermum, medio substrangulato. Stylo persistente rostrato. Semina . . . Floret Martio.

*Flemingia* Roxb.

268. *F. strobilifera* Brown. Herb. Timor. p. 145. — In montanis Timor.

269. *F. lineata* Roxb. Herb. Timor. p. 144. — Circa Babanio frequens.

*Phascolus* Linn.

270. *P. lunatus* Linn.

271. *P. luteus* Bl.

272. *P. arcuatus* Zp.

*Dolichos* Linn.

273. *D. pilosus* Roxb. — W. et A. prod. fl. pen. Ind. orientalis 1. p. 249. DC. prod. 2. p. 397.

274. *D. sinensis* Linn. — Rumph. 5. t. 134.

275. *D. Catjang* Linn. — Rumph. 5. t. 139. f. 1.

276. *D. lobatus*? Willd.

277. *D. glycinoides*? Humb. Bonpl.

*Lablab* Adans.

278. *L. vulgaris* Savi. Herb. Timor. p. 146.

*Pachyrrhizus* Rich.

279. *P. angulatus* Rich. Rumph. 5. t. 132.

*Canavalia* Adans.

280. *C. obtusifolia* DC. Herb. Timor. p. 147.

281. *C. gladiata* DC. Herb. Timor. p. 147. Rumph. 5. t. 135. f. 1.

*Mucuna* Adans.

282. *M. gigantea* DC. W. et A. prod. fl. pen. Ind. orient. 1. p. 254.

283. *M. pruriens* DC. Herb. Timor. p. 147. Rumph. 5. t. 142. M. prurita Hook.

*Cantharospermum* W. et A.

284. *C. pauciflorum* W. et A. prod. fl. pen. Ind. 1. p. 255.

*Cajanus* DC.

285. *C. indicus* Spr. Herb. Timor. p. 147.

*Erythrina* Linn.

286. *E. indica* Linn. Herb. Timor. p. 147. Rumph. 2. t. 76. —

*Pongamia* Lam.

287. ***P. glabra*** Vent. Herb. Timor. p. 148. Ad littora. Timor etc.

288. ***P. uliginosa*** DC. W. et A. prod. fl. pen. Ind. orient. 1. p. 262. Dalbergia repens. mihi. Icon. n. 1. — Stamina monadelpha. Flores albi. Caule longe repente tereti verrucoso, glabro, foliolis 3 — 5, oppositis oblongo-lanceolatis, acuminatis, tenuiter reticulato-venosis. Paniculis axillaribus simplicibus, folio brevioribus. Calyx 2-bracteatus. Leguminibus reniformibus, subsessilibus, marginatis, reticulato-venosis, 2-spermis. — Crescit in sabulosis maritimis Timor. Floret Septembri. Circa Oyba.

*Dalbergia* Linn.

289. ***D. Timorensis*** DC. prod. 2. p. 417. Herb. Timor. p. 148. — Icon mihi.

290. ***D. lanceolaria***? Linn. — D. elliptica mihi. D. lanceolata Zp. D. paniculata Roxb. W. et A. Stamina aequaliter diadelpha; flor. albi, antherae rubrae. — Caule alte scandente, crasso, foliolis 9 — 13 alternis, brevi petiolatis, elliptico-obovatis, obtusis, glabris. Racemis axillaribus terminalibusque, folio brevioribus. Pedicellis, calycibusque villosis. Legumen ovali-lanceolatum, reticulatum, glabrum, sutura seminifera anguste alata, 1—2-sperma.

291. ***D. venusta*** Zp. — De plant vroeger door my als D. Timorensis beschouwed. Stamina monadelpha flores albidi. Calyx rubens. Caule volubili, foliolis 9 — 11, oppositis, lanceolatis obtusis glabris nitidis, racemis axillaribus foliorum longitudine, flores parvi. Crescit ad margines fluviorum circa Koepang.

292. ***D. pubinervis*** Span. — Stamina diadelpha (1—9) flores rosei facie eorum Lablab vulgaris. — Caulis volubilis rufescens verrucosis, ramulique ferrugineo-tomentosi, foliolis 11 op-

positis, elliptico-ovatis, abrupte acuminatis basi rotundatis, supra glabris, nitidis, subtus glaucescentibus, parallelo-venosis, venis, petiolis, pubescentibus, margine membranaceo. Paniculis axillaribus ad folii longitudinem expansis. Legumina pollicaria, ovata, sutura anguste alata, 1-sperma. In fruticetis montanis. Circa Koepang, floret Octobri.

*Pterocarpus* Linn.

293. ***P. indicus***? Willd. — Foliolis 7—9 alternis, ovatis, acutis glabris, nitidis, infer. minoribus, junioribus, rotundatis. Racemis paniculatis, terminalibus axillaribusque. Pedunculis ferrugineo-subvelutinis. Stam. 10 aequaliter diadelphis. Legumin. suborbiculatis sericeo-velutinis, stylo laterali mucronatis; floret Decembri. — Nomen Kayoe mera.

*Entada* Adans.

294. ***E. pusaetha*** DC. prod. 2. p. 425. In montanis Timor.

295. ***E. monostachya*** DC. prod. 2. p. 425. Idem.

*Inga* Plum.

296. ***I. monilifera*** DC. prod. 2. p. 440. Herb. Timor. p. 131. — My onbekend.

297. ***I. pterocarpa*** DC. prod. 2. p. 441. — My onbekend.

298. ***I. pubigera*** Zp. — My onbekend.

299. ***I. umbellata*** Willd. — DC. prod. 2. p. 439. — W. et A. n. 834. Timor, Poeloe Samann, Poeloe Kambing etc.

*Desmanthus* Willd.

300. ***D. acinaciformis*** Span. Icon. n. 60. D. pusillus Zp. Caule basi lignescente, ramulis glabris 4-quetris, prostratis, foliis partialibus, 2 propriis, 10-jugis, foliolis glabris lineari-oblongis, acutiusculis, rubro marginatis, spicis axillaribus, solitariis folio longioribus, subglobosis, flor. aureis. Stipulis ovatis, longiter acuminatis. Calycibus subimbricatis, cuspidatis. Leguminibus compressis, falcato-ensiformibus

utrinque acuminatis margine callosis, rubentibus 4—5-spermis.

301. *D. trispermus* Span. Icon. n. 61. Verzonden met de tekening, doch de beschryving is verloren gemaakt.— De plant is gevonden en het gebergte land van Oyniesoe, op Timor.—

*Adenanthera* Linn.

302. *A. pavonina* Linn. Herb. Timor. p. 132. Rumph. 3. t. 109.

*Acacia* Neck.

303. *A. farnesiana* Linn. Herb. Timor. p. 133. Vachellia farnesiana W. et A. n. 841.

304. *A. quadrilateralis* DC. Herb. Timor. p. 132. — A. polyantha Zp. — *Kibesa* Timor.

305. *A. lebbekioides* DC. Herb. Timor. p. 133.

306. *A. tomentella* Zp. — A. horrida mihi. Caule scandente aculeato. Ramulis lineatis maxime aculeatis, aculeis uncinatis. Paniculis, petiolis, fulvo tomentosis, foliis bipinnatis, pinnis 15—20-jugis, foliolis multijugis linearibus, minimis, glabriusculis, glandula oblonga ad basin petioli communis, et 3 inter pinnas extimas. Floribus in capitula globosa collectis. Capitulis paniculatis. Calyx ruber. Legum. lato-linearia, compressa, juniora purpurea, semina nigricantia. — Var. pauciflora. Crescit circa Namsay, mantatu etc.

307. *A. laxiflora* DC. Herb. Timor. p. 132. — My onbekend.

308. *A. arcuata* Decaisne. Herb. Timor. p. 133. — My onbekend.

*Parkia* R. Br.

309. *P. biglandulosa* W. et A. n. 865. P. Roxburghii. Herb. Timor. p. 131.

*Guilandina* Juss.

310. *G. Bonduc* Ait. H. Kew. G. Bonduc minus DC. Rumph. 5. t. 48. 49. f. 1. Herb. Timor. p. 134.

*Caesalpinia* Linn.

311. *C. ferruginea* Decaisne. Herb. Timor. p. 134. C.? Kilaroe mihi. — *Kilaroe*, Timor. Legumen indehiscens lignosum utrinque acuminatum margine dilatato-subalatum, intus spongiosum 3—4-loculare, 3—4-spermum, semina compressa. Floret Augusto, Septembri.

312. *C. Nuga* Ait. hort. Kew. — Herb. Timor. Rumph. 5. t. 50.

313. *C. Sappan* Linn. Herb. Timor. p. 135.

*Poinciana* Linn.

314. *C. pulcherrima* Linn. Herb. Timor. p. 135. Kambang trang doenia, Timor.

*Mezoneurum* Desf.

315. *M. glabrum* Desf. Herb. Timor. p. 135. — Volgens Zippelius moet de M. pubescens van Desf. en nog een, die hy M. intermedium genaamd heeft, op Timor voorkomen.

*Tamarindus* Linn.

316. *T. indica* Linn. Herb. Timor. p. 135. Rumph. 2. t. 23.

*Cassia* Linn.

317. *C. fistula* Linn. Herb. Timor. p. 135.

318. *C. megalantha* Decaisne. Herb. Timor. p. 136. C. javanica Linn. variet. mutabilis Zp. *Boeboenie*, Timor.

319. *C. alata* Linn. Herb. Timor. p. 136. Rumph 7. t. 18.

320. *C. Tora* Linn. Herb. Timor. p. 136. Rumph. 5. t. 97. f. 2.

321. *C. occidentalis* Linn. Herb. Timor. p. 137.

322. *C. timorensis* DC. Herb. Timor. p. 137. Caule arboreo, ramulis et petiolis rufo-villosis, glandulis nullis; foliis 14 — 18-jugis, foliolis oppositis, elliptico-oblongis utrinque obtusis mucronatis, subtus reticulato-venosis, villosis margine rufo-ciliatis. Antherae 7 oblongae subaequales fertiles, 3 abortivae minimae. Calycis sepala obtusa. Racemi axillares folio multo breviores. Leguminibus planis compressis.

323. *C. angustissima* Lam. Herb. Timor. p. 137.

324. *C. Sophora* Linn. Rumph. 5. t. 97. f. 1.

325. *C. nictitans*? Linn. Caule suffruticoso, ramulis procumbentibus, teretibus, villoso-hirsutis, foliolis 10—16-jugis, oblongo-linearibus, falcatis (cultriformibus), mucronatis, glabris, lineari-venosis, glandula stipitata infra infimum par, stipulis lineari-subulatis. Pedicellis brevibus, solitariis aut geminis, supra axillaribus, villosis, bracteatis, floribus 5-andris. Legum. pilosis. — Spanoghe.

326. *C. atroviridis* Span. Caule arboreo pulchro, ramulis glabris, foliis 10 — 13-jugis, foliolis lanceolatis obtusiusculis mucronatis basi oblique rotundatis, subtus pallide glaucis, supra et ramulis atroviridibus, utrinque glabris, petiolis brevibus, pubescentibus. Petiolo communis, 1-glanduloso. Flores in terminali racemo, ochroleuci, sepala obtusa, fil. 6-fertilia, 2 longiora. Legumen lineari-oblongum subcompressum. — In montanis Timor, floret Aprili.

327. *C. exaltata* Rwardt.

*Cynometra* Linn.

328. *C. cauliflora* Linn. — Rumph. 1. t. 62. — In hortis cultis.

329. *C. ramiflora*? Linn. C. bijuga Span. — W. et A. n. 907.

*Bauhinia* Linn.

330. *B. purpurea* Linn. Herb. Timor. p. 138. B. platyphylla Zp.

331. *B. timorana* Decaisne. Herb. Timor. p. 138. B. tenuis. Mihi Icon. 36. (B. racemosa Lam. B. pauciflora Vahl. W. et A. n. 912.)

332. *B. ampla* Span. Icon. n. 29. Caule arboreo, erecto, inermi; foliolis concretis, indivisis, cordato-rotundatis, vel ovatis, acuminatis, glabris, 7-nerviis supra lucidis, subtus, inter nervos, minute reticulatis, 3—5-poll. longis, 3—4½ latis, floribus racemoso-paniculatis. Calycibus extus sericeis, pariter longitudinaliter rumpentibus. Petalis lilacinis, imo intus ochraceo variegatis, staminibus 10 fertilibus, fil. et stylo atropurpureis. Antherae albae. Legum. glabris, latissimis, semipedem longis et 3 poll. latis. — In sylvis montanis Timor; floret Januario etc.

Salicarieae Juss.

*Ammannia* Houst.

333. *A. indica* Lamk. } Herb. Timor. p. 125. — My
334. *A. microcarpa* DC. } onbekend.

*Pemphis* Forst.

335. *P. acidula* Forst. — Herb. Timor. p. 125. Rumph. 3. t. 84.

*Lawsonia* Linn.

336. *L. alba* Lamk. — Herb. Timor. p. 125. Rumph. 4. t. 17.

*Grislea* Loefl.

337. *G. tomentosa* Roxb. Herb. Timor. p. 125. Lythrum punctatum mihi. Acistoma coccineum Zp.

*Lagerstroemia* Linn.

338. *L. floribunda* Jacks.

Rhizophoreae R. Br.

*Rhizophora* Linn.

339. *R. Candelaria* DC. — Herb. Timor. p. 124. R. apiculata Bl. Rumph. 3. t. 71. 72.

340. *R. Timorensis* DC. Herb. Timor. p. 124. — My onbekend.

*Bruguiera* Lam.

341. *B. Rheedii* Bl. — Rumph. 3. t. 69. — Enumerat. p. l. Javae p. 92.

Combretaceae R. Br.

*Terminalia* Linn.

342. *T. Catappa* Linn. Herb. Timor. p. 129. T. moluccana Lam. Rumph. 1. t. 68.

343. *T. microcarpa* Decaisne. Herb. Timor. p. 129. T. intermedia, mihi.

*Lumnitzera* Willd.

344. *L. racemosa* Willd. W. et A. prod. fl. pen. Ind. 1. p. 316. — Petaloma albiflora Zp.

*Quisqualis* Rumph.

345. *Q. indica* Linn. — Rumph. 5. t. 38.

Memecyleae DC.

346. *Memecylon capitellatum*? Willd.

Myrtaceae Juss.

*Melaleuca* Linn.

347. *M. Leucadendron* Linn. Herb. Timor. p. 126. M. viridiflora? mihi. M. Cajuputo Roxb. Rumph. 2. t. 17. f. 1.

*Eucalyptus* L'Herit.

348. *E. obliqua* L'Herit. Herb. Timor. p. 126.

349. *E. alba* Rwardt. Blume bydr. p. 1101.

*Sonneratia* Linn.

350. *S. acida* Linn. Herb. Timor. p. 126. Rumph. 3. t. 74.

*Syzygium* Gaertn.

351. *S. Jambolanum* DC. — Deze boom is van Java ingevoerd, en weynige zyn op Koepang en daar alleene in

tuinen te vinden. Dezelfde boom na Samann overgevoerd, geeft daar kleine vruchten zonder pitten. — Met regt merkt Wight en Arnott in de prod. florae pen. Ind. dat de S. caryophyllifolium en S. Jambolanum dezelfde plant is, die door cultivatie eenige veranderingen hebben ondergaan.

352. *S. obovatum* DC. Herb. Timor. p. 127. — My niet bekend.

353. *S. Timorianum* Decaisne. Herb. Timor. p. 127. My niet bekend.

354. *S. rostratum* Bl. Cf. cum Calyptrantho rostrata. Timor Jamboe octoe.

355. *Jossinia lucida* DC. Herb. Timor. p. 127. do.

356. *Eugenia nitens* DC. Herb. Timor. p. 128. My onbekend.

357. *Jambosa vulgaris* DC. Herb. Timor. p. 128.

358. *J. malaccensis* DC. Herb. Timor. p. 128. Myrtus macrophylla Spr.

359. *J. samarangensis* DC. Herb. Timor. p. 128. Myrtus timorensis Zp.

*NB.* Ik heb nog opgetekened *Myrtus javanica* Spr. en *M. obtusissima* Bl. Deze zyn waarschynlyk andere plantes dan die reeds boven beschreeven zyn door Decaisne.

*Barringtonia* Forst.

360. *B. speciosa* Linn. Rumph. 3. t. 114.

361. *B. acutangula* Gaertn. — Rumph. 3. t. 115. — Stravadium rubrum DC.

*Gustavia.*

362. *G. alata* Span. — Perigaria valida? Bl. — P. alata mihi.

363. *G. globosa* Span. — P. globosa mihi. — Myrtus alata Zp.

*Punica* Tourn.

364. *P. Granatum* Linn.

*Psidium* Linn.

365. *P. pomiferum* Linn. — Rumph. 1. t. 48.

Onagrariae Juss.

*Jussiaea* Linn.

366. *J. repens* Linn. — Herb. Timor. p. 124.

367. *J. villosa* Lamk. — Herb. Timor. p. 125.

Cucurbitaceae Juss.

*Zanonia* Linn.

368. *Z. timorana* Span. Icon. n. 55. — Flores dioeci. — Fem. calyx superus, limbo 5-fido, laciniis minutis, acutis, reflexis. Corolla rotata, 5-petala. Petalis rotundatis. Styli 3, persistentes, exserti. Fructus cylindraceus, stylo persistente coronatus, 3-locularis, polyspermus. Semina superne membranaceo-alata (circ. 12). — Flor. mascul., corolla, calyx maris (minuta). Antherae 5, in 1 columnam unita. — Frutex scandens, ramis angulatis, pubescentibus, petiolis teretibus, foliis cordatis angulatis, longe acuminatis, denticulatis, supra glabris, subtus in venis pubescentibus. Pedunculis axillaribus ramosis, pedicellis umbellatis. Crescit prope Namsay; floret Febr. etc.

*Lagenaria* Seringe.

369. *L. vulgaris* Ser. — Cucurbita idolatrica Willd. Rumph. 5. t. 144. Laboe ayer.

*Cucumis* Linn.

370. *C. dissectus* Decaisne. Herb. Timor. p. 121. — My onbekend.

371. *C. sativus* Linn. — Wight et Arn. p. 342.
372. *C. Melo* Linn. — W. et A. p. 341. } In cultis.

*Luffa* Tourn.

373. *L. acutangula* Roxb. — Herb. Timor. p. 122. Rumph. 5. t. 149. — In cultis.

374. *L. vittata* Zp. — My niet bekend.

375. *L. foetida* Cav.! L. pentandra Roxb. — Rumph. 5. t. 147.

*Bryonia* Linn.

376. *B. scabrella* Linn. — Herb. Timor. p. 122.

377. *B. vittata* Zp.

378. *B. ruderalis* Zp.

379. *B. arguta* Zp.

*Coccinia* W. et A.

380. *C. indica* W. et A. Prod. fl. pen. Ind. 1. p. 347. — Rumph. 5. t. 166. f. 1. Momordica bicolor. Bl.

*Sicyos.*

381. *S. hederifolius* Decaisne. Herb. Timor. p. 122.

*Momordica* Linn.

382. *M. Charantia* Linn. Herb. Timor. p. 123. Rumph. 5. t. 151.

383. *M.* . . . .

*Trichosanthus* Linn.

384. *T. tricuspidata* Lour. Bl. bydr. p. 935.

385. *T. asperifolia* Zp.

*Cucurbita* Linn.

386. *C. farinosa* Bl. bydr. p. 931. Rumph. 5. t. 43. In cultis.

387. *C.? Citrullus* Linn. Rumph. 5. t. 146. f. 1. In cultis.

Papayaceae Agardh.

*Carica* Linn.

388. *C. Papaya* Gaertn. Rumph. 1. t. 50.

Passifloreae Juss.

389. *Passiflora Timoriana* Span. Icon. n. 76. Dezelfde plant is ook naderhand op Sumatra gevonden door de Hrn. Korthals, en is waarschynlyk de *P. moluccana* van Rwdt., op Timor vond ik hem in het zuidelyk gedeelte van het eiland by Oynisoe.

390. *Disemma Hebbertiana* DC. Herb. Timor. p. 123. Is my onbekend.

391. *Modecca populifolia* Zp.

Portulaceae Juss.

*Trianthema.*

392. *T. polyandrum* Bl. Herb. Timor. p. 120.

393. *T. pentandrum* Linn. Herb. Timor. p. 120. — My niet bekend.

*Portulaca* Tourn.

394. *P. quadrifida* DC. Herb. Timor. p. 120. P. diptera Zipp.

395. *P. macrorhiza* Zp. My niet bekend.

396. *P. helianthemoïdes* Zp. My niet bekend.

*Glinus* Linn.

397. *G. dictamnoides* Linn. Herb. Timor. p. 121.

398. *G. astrolasion* Zp. — My niet bekend.

399. *Suriana maritima* Linn. Herb. Timor. p. 121. Ik heb deze plant niet aangetroffen.

Crassulaceae DC.

*Kalanchoe* Adans.

400. *K. acutiflora* Andr. Zp.

Umbelliferae Juss.

401. *Hydrocotyle asiatica* Linn. Rumph. 5. t. 169. f. 1.

402. *Anethum graveolens* Linn. Herb. Timor. p. 92. A. Sowa Roxb.

403. *Daucus Carota* Linn. Herb. Timor. p. 92. — In cultis.

404. *Petrosclinum sativum* Hoff. Herb. Timor. p. 92. — In cultis.

Araliaceae Juss.

*Panax* Linn.

405. *P. scutellarioides* Rwdt. Rumph. 4. t. 31. — In hortis.

406. *P. pinnatum* Lam. P. bandanense Zp. — In hortis. Rumph. 4. t. 32.

*Hedera* Linn.

*Sciodaphyllum* R. Brown.

407. *H. verticillata* Span. — Sciodaphyllum verticillatum Span. — Caule fruticoso, scandente, foliis longe petiolatis, verticillatis 6 — 7-nis, ellipticis glabris, tenuiter venosis. Panicula terminalis multiflora, floribus umbellatis, 4, 5, 6-andris. — Crescit in montanis Timor; floret Augusto.

Loranthaceae Rich. et Juss.

*Viscum* Tourn.

408. *V. compressum* Poir. Herb. Timor. p. 87. My niet bekend.

409. *V. orientale* Willd. Herb. Timor. p. 87.

*Loranthus* Linn.

410. *L. indicus* vel *longiflorus* Desr. Herb. Timor. p. 88. Vroeger door my opgegeven als L. praelongus Bl.

411. *L. obtusatus* Zp. — L. fuscus? Bl.

412. *L. triflorus* Span. — Foliis oppositis, lanceolatis coriaceis glabris, floribus spicatis, spicis terminalibus, pedunculis 3-floris, floribus 6-andris, flavis. Supra arbores circa Koepang; floret Majo.

( CONTINUABITUR. )

# OBSERVATIONES PHYTOPHYSIOLOGICAE

AUCTORE

*J. MUENTER.*

---

## Cap. I.

## DE CAULIS INCREMENTO IN LONGITUDINEM.

Permultae de voluminis plantarum accrescentia observationes accuratissime institutae docuerunt et extra omnem dubitationem posuerunt, eam substantiis vegetabilibus, tum in extremis rhizomatibus, truncis, ramis, tum et in radicibus, appositis fieri. Quae ratio voluminis accrescentis „incrementum in longitudinem sive terminale" nuncupari solet. Neque minus incrementum quoddam corporis vegetabilis peripherici s. in crassitudinem plantarum physiologia demonstrat, cujus rei tot et tam accuratae exstiterunt disquisitiones, ut de plantis certe dicotyledoneis vel nova exploratione vix novi quidquam detegas. De incremento autem plantarum terminali non idem contendi posse videtur, etiamsi ad hanc quoque quaestionem solvendam permagno disquisitionum numero gaudemus.

Scriptores illi, qui institutiones de physiologia plantarum ampliores composuerunt, nobis ea quidem tradiderunt, quae de ratione incrementi illius terminalis experimentis suis alio-

rumque edocti observaverant, tamen rem haud supervacaneam me aggredi duco, fusius ea tractando, quae hucusque ex accuratiori physiologiae plantarum studio profecta eoque certo explorata habemus, quod eo gravius fore arbitror, quum falsae ex imperfecta rei disquisitione opiniones exortae late increbruisse veramque rei naturam obscurasse videantur. Quocirca radicibus omissis partium plantae epigaearum incrementum terminale nunc diligentius perscrutari in animo est.

Inter omnes constat St. Hales*) primum locum, quo partes centrales systematis truncalis epigaeae incrementa sua capiant, perscrutatum fuisse. Quem ad finem ramo cuidam novello Vitis viniferae decem signa iisdem intervallis 5‴ mens. Par. in $3\frac{1}{2}$ internodiis intulit et auctumno subsequente ea magis minusve dilatari conspexit; ultimum exempli causa internodium ab eo obsignatum ejusmodi erat:

| | Vere | Auctumno |
|---|---|---|
| a—q | 2 ‴p. m. | 5 ‴p. m. |
| q—p | 5 — | 6,5 — |
| p—o | 5 — | 7,0 — |
| o—n | 5 — | 8,0 — |
| n—b | 0,8 — | 1,8 — |

a. basis internodii; b. apex ejusdem.

Eadem est ratio altiorum internodiorum, numeris tantum auctis. Ex quibus observationibus manifestum fit, totum ramum novellum progressionibus crevisse et singula internodia eodem modo se habuisse i. e. quaevis pars consimili ratione aucta eo magis accreverat, quo altior erat. Ill. Treviranus**) contra affirmat: „Hales fand im Herbste, dass

*) Vegetable statiks London 1727. Deutsch 1748. p. 186.

**) Phys. d. Gew. Bd. II. p. 166.

lie ersten Absätze sich nicht merklich verlängert hatten, desto mehr aber die folgenden und dass diese Verlängerung den *obern* und *untern* Theil jedes Absatzes fast gar nicht, desto mehr aber den mittleren betroffen hatte." Quod inde concludere nequeo. Post Hales cel. du Hamel du Monceau*) ad hanc partem physiologiae plantarum animum advertens ex crebris suis experimentis hoc nobiscum communicat: „Zum Exempel, ich theile einen Trieb von der Rosskastanie, sobald er 2‴ lang ist, in Linien und bemerke die Abtheilungen mit gefärbtem Firniss. — Wenn ich einige Zeit nachher den mit Firniss bemerkten Trieb wieder betrachte, so sehe, dass die an seinem Anfang befindliche Zeichen sich nicht vielmehr entfernen, da doch die am obern End sich noch beträchtlich von einander begeben." Quibus aliisque his similibus observatis hanc optimo suo jure fert sententiam: „So lange die Triebe noch ganz weich sind, so verlängern sie sich auch in ihrer ganzen Länge; die Verlängerung aber vermindert sich so, wie sich der Holzkörper bildet oder verhärtet, und die Verlängerung hört bei gänzlicher Verhärtung völlig auf." Aliud experimentum instituit in recenti planta seminali Aesculi Hippocastani, de quo sic dicit: „als diese $1\frac{1}{2}$ Zoll hoch war, theilte ich den Raum zwischen a und b in 10 gleiche Theile, die ich mit sehr feinem, in die Rinde gesteckten Silberdraht bemerkte. Den folgenden Herbst hatten sich diese Drähte alle von einander entfernt, aber so, dass die untersten gegen a nur wenig, die obern aber gegen b sich weiter von einander begeben hatten. — Diese Erfahrung beweist, dass die jungen, noch weichen Stämme in ihrer ganzen Länge sich ausdehnen, vielmehr aber gegen das End, wo der Stamm länger weich geblieben ist, als ander-

*) Naturgesch. d. Bäume, übers. von Schöllenbach. 2 Theile Nürnb. 1765. 4. Bd. II. Bch. IV. p. 36.

wärts. — Es nimmt also die Verlängerung so ab, wie sich die Verhärtung des Stämmleins vermehrt." Quae bene observata ac conclusa Ill. *De Candolle**) eo inducunt, ut arbitretur: „Dass sich die Stengel und Zweige während des ersten Jahres ihrer ganzen Länge nach ungefähr gleich stark verlängern" (!). De scapo Hyacinthorum du Hamel**) hunc in modum disserit: „sie dehnen sich in der ganzen Länge aus und hauptsächlich an den zwei Enden. Hiervon werde ich vielleicht künftig Gelegenheit zu reden haben." Aegre fero, me nuspiam accuratiorem hujus rei disquisitionem invenisse, quam valde desideraham.

Quae disquisitiones per longum tempus sufficerunt, neque unquam accuratius perpendebantur. Ventenat***) dimetiebatur quidem scapum Fourcroyae giganteae, sed eo tantum comprobavit, plantas periodice crescere, de loco autem incrementi nihil docuit. Tunc Cotta †) primus pervestigationem rursus suscepit, ramumque novellum Aesculi Hippocastani metiens, quem in quatuor partes aequales diviserat, invenit: „die anfangs gleichen Abtheilungen bekommen mit fortschreitendem Wachsthum des Zweiges ganz verschiedene Grössen, und die äussersten werden länger, als die dem alten Holze näher liegenden, so dass nach geendigter Wachsthumsperiode die oberste Abtheilung länger, als die zweite, diese länger, als die dritte ist." Rami plurium annorum crescere destiterunt et vel multis annis post eandem mensuram retinuerant.

---

*) Organ. végét., übers. v. Röper. Bd. I. p. 172 u. 207.

**) l. c. p. 135.

***) Bull. de la Société philomatique I. p. 651.

†) Naturbeobachtungen über die Bewegung und Function des Saftes. Weimar 1806. 4. p. 62.

Accuratior quam omnes, qui ipsum antecesserant, hac de re est ecl. *Chr. F. Meyer**), qui observationes suas bene institutas tam fuse literis tradidit, ut te, L. b., ad eas ipsas non relegare non possim. Mensuravit autem ille caulem Phaseoli communis, Pisi sativi, Cucumis sativi, Solani tuberosi et in plantis annuis et biennibus hoc observavit: „dass das Längenwachsthum vorzüglich nur in den jüngsten Trieben, und zwar in dem *der Endspitze zunächst* befindlichen statt findet, dann aber nach und nach aufhört, und schon von dem 3. oder 4. Blatte an gänzlich aufhört." Ad rationem plantarum perennium cognoscendam mensuras instituit in Aesculo Hippocastano, Spiraea opulifolia, Viburno Opulo, Tilia vulgari et Syringa vulgari, at nimis longis intervallis, iisque reperit: „1) dass an den äussersten oder diesjährigen Trieben der Erfolg ganz derselbe, wie bei den einjährigen Gewächsen war, nur mit der Modification, dass das Wachsthum derselben von der Endknospe an weit schneller absetzte" et 2) dass an den vorjährigen und noch ältern Trieben kein Längenwachsthum mehr stattfand." Observationibus suis de radicum accrescentia terminali additis egregie hoc notat **): „Die Stengeltriebe der Grasarten und alle Gewächse, die, wie solche in Knoten und Gelenke abgetheilt sind, verlängern sich vorzüglich an den *über den Knoten* befindlichen Theilen." Qua gravissima observatione nimium neglecta alius, nominis affinitate gaudens se hanc naturae legem primum invenisse gloriatus est, palmamque immeritam inventi tulit.

At utcunque res se habet, his duobus plane diversis crescendi modis a Meyero detectis nituntur ambae sententiae

---

*) Naturgetreue Darstellung der Entw., Ausbild. und des Wachsthums d. Pfl. Lpz. 1808. 8. p. 245 sqq.

**) l. c. 250.

illae, quibus omnes fere physiologi nunc assentiuntur; nihil autem lucri disciplina naturalis inde retulit, aliis unam, aliis alteram sententiam, altera plane neglecta silentioque obruta, amplectentibus. Ita proxime in medium prodiit J. J. P. Moldenhawer*) argumentis ex anatomia repetitis demonstraturus, substantiam internodiorum Zeae Maydis, supra nodum molliorem, magis teneram et recentiorem esse, infra autem duriorem fieri. Eodem modo Cassini**) invenit: „dass jedes Internodium vorzüglich an seinem untern Ende zunimmt, oder dass sein oberer Theil, welcher das Blatt trägt, früher gebildet oder grösser geworden ist, als der untere, dessen Ausdehnung die Zunahme in die Länge bewirkt, so z. B. ist es an den Internodien der Ephedra und der Caryophylleen leicht zu sehen, dass der untere Theil weicher und jünger ist, als der obere. Dasselbe Gesetz findet sich bei den Gramineen wieder; vielleicht ist es allen Stengeln gemein, und rührt von der ernährenden Wirkung des Blattes auf den dasselbe tragenden Merithallus her."

Cui sententiae et ipse Ill. E. Meyer***) accedit. Mensuravit internodia Dianthorum et Narcissorum, de quibus in celeberrimo suo libro: „Die Metamorphose und ihre Widersacher", haec habet: „Das Resultat war der Hauptsache nach immer dasselbe, die untern Grade erreichten schon in gleichen Zeitabschnitten eine grössere Länge, als die oberen, und dieser Unterschied ward noch beträchtlicher dadurch, dass jene noch geraume Zeit lang fortfuhren sich zu strecken, nachdem diese schon damit aufgehört hatten. Das Gesetz des Längenwachsthums ist demnach: *unter sich* oder von

*) Beiträge zur Anatomie der Pfl. Kiel 1812. 4. p. 6 u. p. 185.

**) Mémoire sur la Phytotomie Journ. de Phys. Mai 1821. Uebers. in De Cand. Organogr. von Röper p. 173.

***) Linnaea VII. p. 453—455.

*oben nach unten* zu wachsen." Tunc*): „So wächst das Internodium abwärts, und scheint nur desshalb aufwärts zu wachsen, weil es seinen Befestigungspunkt an seinem untern Ende hat." — „Also die ganze Pflanze wächst dadurch, dass sich ein Glied auf dem andern bildet, aber *nicht* das einzelne Internodium." —

Omni nostro jure aegerrime ferimus, opiniones illas parum ponderis habuisse ad physiologiam plantarum rectius pertractandam, sed vix opinor fallimur, si causam hujus neglectus specificatione observationum a Meyero plane omissa extitisse arbitremur, nisi conclusiones ipsas consuetis sententiis plane contrarias, quin infestas, quas meas reddere ipse nolim, accusare velis. Quid autem causae erat, quod Ill. Meyer contrarias tam gravium virorum, qui ipsum antecesserant, observationes silentio praeteriit? Neglectum non judicamus refutatum.

Illustrissimi Meyer sententiam suam esse affirmat Ill. Bischoff**). Num ipse experimenta instituerit, ex iis, quae affert, non satis apparet; testes non memorat tamenque definite et animo fixo proponit: „Dass das Ansetzen neuer Elementarorgane nicht von unten nach oben, sondern von oben nach unten vor sich geht, so dass in jedem jüngern Interfoliartheile die obersten Theile die ältern, die untern die jüngern sind, und demnach die Bildung derselben von dem Blattgrunde aus abwärts geht, bis zu den zunächst unterhalb stehenden Blättern; — daher findet man auch bei vielen krautartigen Stämmen, z. B. bei den Nelken, den Gräsern und Schafthalmen die Interfoliartheile an ihrem untern Ende weicher, zarter und meist bleicher gefärbt, als am obern." —

*) l. c. p. 455.

**) Lehrbuch der Botanik Bd. II. p. 349 — 350.

Idem autem Bischoff non attingit res suae opinioni contrarias. Ex quanam causa?

Denique Ad. Steinheil*) theoriae, quam modo laudavimus, aeque tenax aliarumque sententiarum negligens firma voce affirmat: „le mérithalle simple s'accroit de haut en bas; le scion de bas en haut." Subsequenti tamen pagina idem affirmat, pariter in Opuntia, Melocacto et Cacalia: „le développement marche de bas en haut"; neque tamen *verum* suspicatur, haud dubie nimio theoriae suae multis paginis prolixissime pertractae amore seductus.

Exactissimae disquisitiones eximii nostri recentioris plantarum physiologiae auctoris Hl. Link**) contra primae effecerunt, incrementa plantarum inde ab imis partibus sursum fieri; alias autem opiniones plane falsas rejecerunt. Memoria quidem ac manu nos omnes tenemus egregios illos libros, attamen ne quis, quod multum facit ad rem, desideret, observationes illius viri doctissimi hic apponam. Fecit enim in caule plantae junioris Solani tuberosi haec signa:

In caule plantae junioris Solani tuberosi.

| Exper. I. | post VIII hebd. |
|---|---|
| ab 6‴ | 5‴ |
| bc 8 | 8 |
| cd 12 | 12 |
| de 6 | 102 |

*a* basis. *c* fastigium totius caulis.

In caule juniore Lupini Cruikshank.

| Exper. II. | post IV hebd. |
|---|---|
| ab 3‴ | 2‴ |
| bc 42 | 47 |
| cd 3 | 9 |

*a* solum. *d* fastigium.

*) Observations sur le mode d'accroissement des feuilles. Ann. de Sc. nat. Sér. II. Tom. VII. p. 291.

**) Elem. phil. bot. Ed. alt. Tom. I. p. 288 et 290.

| In alia planta ejusdem speciei. | | | In tertia planta ejusdem speciei. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Exper. III. | | post IV hebd. | Exper. IV. | | post IV hebd. |
| ab | 3‴ | 3‴ | ab | 3‴ | 3‴ |
| bc | 40 | 56 | bc | 35 | 46 |
| cd | 3 | 12 | cd | 3 | 11 |

In Phaseolo communi et Piso sativo similia instituit experimenta eodem successu. Inde concludit Ill. Link: „incrementum caulis in longitudinem continuum fit in extremitate superiore."

Quam et ipsam tuetur sententiam Beat. Meyen*), immatura morte literis ereptus, auctor ille egregio ingenii acumine eximius, verumque semper libero animo perscrutans. Cujus observationes etsi non satis speciales sunt, ipse tamen testis optime intellexi, quam vere ille dissernerit: „Ein jeder Theil des Stammes dehnt sich nach gewissen Graden aus, welche nach der Spitze zu immer grösser werden, bis die Blüthenknospe dem ferneren Wachsen eines Astes ein Ende macht, oder bis derselbe vollkommen ausgewachsen ist." — „Hauptsächlich verlängert sich der Stamm an der Spitze, aber auch die darunter liegenden Theile, so lange der Stamm noch nicht vollkommen verholzt ist, jedoch um so weniger, je näher der Basis desselben." — Quod quamquam verissime dictum, tamen de uno solo vegetationis genere valet, neque haec opinio unice rata ac legem universalem continens haberi debet.

Ipse cel. Schleiden**) fortuito, uti videtur, auctores modo laudatos sequitur, loquens: „Bei der Axe schreitet die Zellenbildung von der Basis zur Spitze fort, beim Blatte ist es umgekehrt, daher hier die bildende Thätigkeit am frühesten in der Spitze erlischt."

---

*) Neues System d. Pfl. phys. Bd. II. 1838. p. 350.

**) Bot. Notizen in Wiegmann's Archiv. 1839. Bd. I. p. 217.

Nec non Illustrissimi Mohl *): „Vegetatio terminalis filicum etc.", dignus mihi videtur, quem afferam, quum sententia, quam modo perlegimus, verae vegetationi terminali accedat, eique affinis atque amica appareat.

Utriusque illius sententiae primariae Ill. Treviranus **) plures insuper auctores testesque citat, non autem, quam ipse veram ducat, clare indicat, magis autem Illustrissimi E. Meyer sententiae arridere videtur, quamquam addit: „Es erhellet aus der bisherigen Untersuchung, dass der Gegenstand, was die Ausdehnungsweise der Internodien und Blätter betrifft, einer genaueren Bestimmung durch Versuche noch bedürfe." Quod addidamentum mihi valde probatur, remque fusius, historia duce, pertractavi, ut, quid de ea actum sit, quidque agendum, satis eluceat. Jam vero ipsis factis et testibus juxta se positis res clarior redditur verumque quod mutuo auctorum neglectu et silentio vehementer obscurari coeptum est, facilius et citius in lucem emergit.

Quae quum ita sint, longa experimentorum hunc ad finem institutorum serie votum veterani illius summopere venerandi impleturus moneo, meis observationibus rem *non* eo perductam esse, ut eam numeris omnibus absolutam esse censeas, nam

1) hoc tantum studui, ut monstrem, quo loci accrescentia terminalis partium epigaearum centralium systematis truncalis incrementa sua capiat et
2) experimenta recentioribus legibus instituenda magnam seriem plantarum amplecti debent, quod unus solus, occasione justa destitutus, minime praestare potest.

---

*) Martius Icones selectae pl. crypt. Bras. et in Richard Grundriss der Bot., übers. von Kittel. 2e Aufl. p. 95 et in Linnaea Bd. XIV. p. 181.

**) l. c. Bd. II. p. 169.

Ipse tres tantum plantas observavi, Phascolum communem, Hyacinthum et Sagittariam sagittaefoliam. Internodia accuratissime adhibito circino in pares gradus dividebantur, puncta divisionis atramento distinguebantur et trunco crescente expallescentia denuo tingebantur atramento, quod plantis minime nocere videtur, quum minimae tantum cellularum partes punctis admodum contiguae flavae reddantur. Saepius me meas observationes repetiisse et accurata comparatione pervestigasse, facile mihi credas.

Exper. I. Hyacinthus orientalis. Scapi longitudo 18‴*) inde *a bulbo* (a) usque ad *imum florem* (g). Dividebatur in sex partes, 3‴ longa ut quaeque esset. Quodvis punctum una litera signabatur. Quo facto mensurae, ut supra commemoravimus, instituebantur. Plantae erant in conclavi + 12 — 15° R. temperiei mediae. Aestimabantur partes decumae. —

| | ab | bc | cd | de | ef | fg |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 23. Jan. 10 m.**) | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ |
| 25. Jan. 10 m. | 3,4 | 3,6 | 3,8 | 3,9 | 4,3 | 4,3 |
| 26. Jan. 10 m. | 4,1 | 4,2 | 4,7 | 5,1 | 5,6 | 5,6 |
| 28. Jan. 10 m. | 4,7 | 5,1 | 5,6 | 5,8 | 6,7 | 6,7 |
| 29. Jan. 10 m. | 5,1 | 5,4 | 5,7 | 6,1 | 7,0 | 7,4 |
| 30. Jan. 10 m. | 5,2 | 5,5 | 6,0 | 6,4 | 7,3 | 8,3 |
| 31. Jan. 11 m. | 5,4 | 5,7 | 6,0 | 6,6 | 7,4 | 8,4 |
| 2. Febr. 10 m. | 5,4 | 5,7 | 6,0 | 6,6 | 7,4 | 8,7 |
| 5. Febr. 10 m. | 5,4 | 5,7 | 6,0 | 6,6 | 7,4 | 8,7 |
| 15. Febr. 10 m. | 5,4 | 5,7 | 6,0 | 6,6 | 7,4 | 8,7 |

Punctum *a*, quod initio ultimum locum tenuit, die 30. 14‴ sursum elevatum reperiebatur, die 31. circiter 17‴.

*) Semel monuisse sufficit, lineas mensuram Rhenanam sequi.

**) 23. J. 10 m. cet. significat die vicesimo tertio decima hora matutina. mg. meridie, n. pomeridie, a. vespere.

Exper. II. Scapus Hyacinthi, 15‴ longus in quinque partes ita dividebatur, ut unaquaeque earum esset 3‴. Nota *a* significatur basis, quae proxime bulbum tangit, litera *f* is locus, quo infimus insertus est flos.

| | ab | bc | cd | de | ef |
|---|---|---|---|---|---|
| 23. Jan. 10 m. | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ |
| 25. Jan. 10 m. | 3,5 | 3,9 | 4,8 | 4,5 | 4,5 |
| 26. Jan. 10 m. | 4,0 | 4,5 | 5,5 | 5,2 | 5,2 |
| 28. Jan. 10 m. | 4,8 | 5,0 | 7,0 | 6,5 | 6,9 |
| 29. Jan. 10 m. | 5,3 | 5,6 | 7,5 | 7,3 | 7,5 |
| 30. Jan. 10 m. | 5,3 | 5,6 | 7,6 | 7,7 | 8,5 |
| 31. Jan. 11 m. | 5,6 | 5,8 | 8,1 | 8,0 | 8,6 |
| 2. Febr. 10 m. | 5,6 | 5,8 | 8,1 | 8,0 | 8,8 |
| 5. Febr. 10 m. | 5,6 | id. | id. | id. | id. |
| 15. Febr. 10 m. | 5,6 | id. | id. | id. | id. |

Die Jan. 31. locus, litera *a* significatus a basi sursum reperiebatur 17‴; die Febr. 2. locus *a* 19,5 provectior fuit.

Exper. III. Eadem ratio est scapi Sagittariae h. e. eae partes, quibus infimi inserti sunt flores, etiam tum augescunt quum mediae crescere jam desierunt. Eodem modo basis scapi se habet. Specificationem experimenti omittere mihi liceat.

Exper. IV. Jam quum harum observationum summam satis memorabilem et suo in genere propriam esse intelligerem, denuo mensuram totius longitudinis scapi inii, idque ita, ut plantae admodum novellae unam alabastrorum seriem inde a basi usque ad florem terminalem resecando cauto demerem.

*a* et seriore tempore *m* esto scapi basis; *h* locus insertionis floris terminalis; *d*, *e*, *f*, *g* notanto locos resectorum florum.

| | mn | ab | bc | cd | de | ef | fg | gh |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 31. Jan. 11 m. | — | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,7‴ | 2,8‴ | 2,8‴ | 2,8‴ |
| 2. Febr. 10 m. | — | 3,5 | 3,4 | 3,1 | 3,8 | 3,0 | 3,0 | 3,0 |
| 5. Febr. 10 m. | 3,0 | 4,3 | 4,3 | 3,4 | 4,2 | 3,2 | 3,2 | 3,0 |
| 14. Febr. 10 m. | 29,2 | 16,3 | 17,3 | 8,3 | 7,0 | 3,5 | 3,2 | 3,0 |
| 14. Febr. 10 m. | 40,0 | 16,5 | 18,0 | 12,0 | 11,0 | 4,0 | 3,2 | 3,0 |
| 24. Febr. 10 m. | 43,0 | 16,6 | 18,0 | 12,0 | 11,5 | 4,5 | 3,2 | 3,0 |
| 28. Febr. 10 m. | 45,0 | 16,8 | 18,2 | 12,0 | 11,5 | 4,5 | 3,2 | 3,0 |
| 4 Mart. 10 m. | 53,0 | id. | id. | id. | id. | id. | id. | id. |
| 18. Mart. 10 m. | id. | id. | id. | id. | id. | id. | id. | id. |

Sane discrepat paululum, quod ex prima et secunda observatione discimus, ab eo, quod tertia docet. Neque tamen id ex alia re fluxit, nisi quod mensiones non quotidie repetitae sunt. Itaque duae priores accuratius docent, quod tertia obiter quasi significat. Inde autem haec mihi videntur sequi:

1) Initio *omnes partes*, quae aut arte gignuntur aut sponte sua proveniunt, velut pedunculorum insertio incrementa capiunt.

2) Omnes partes crescunt continuata quadam progressione. Infimae partes ad maximam longitudinem perveniunt et breviore quidem temporis spatio, quam supremae.

3) Supremae omnium primae augescere desinunt, tum quae deorsum sequuntur reliquaeque ad eum usque scapi locum, ubi infimi flores sunt. Qui locus satis longum tempus incrementa capit et ad majorem pervenit longitudinem, quam inferiores.

4) In Hyacintho igitur duo loci sunt, qui omnium primi in longitudinem crescere desinunt.

*a*) suprema pars floriferi scapi,

*b*) media pars scapi floribus destituti.

Atque incrementum hujus mediae partis, quae jam mature quasi quiescit neque sursum deorsumque vertit, per longius tempus durat.

### *Phascolus communis.*

Exper. I. Octavum plantae internodium. Lit. *a* significatur basis, *c* fastigium internod.

| | 9. Aug. | 11. Aug. | 12. Aug. | 13. Aug. | 15 Aug. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 8 m. | 7 m. | 10 m. | 10 m. | 10 m. |
| ab | 3‴ | 6,5‴ | 6,5‴ | 19,6‴ | 21,3‴ |
| bc | 3 | 6,5 | 10,8 | 22,0 | 37,0 |

Exper. II. Ejusd. pl. internodium quintum. *a* basis. *c* fastigium.

| | 9. Aug. | 11. Aug. | 12. Aug. | 13. Aug. | 15 Aug. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 8 m. | 7 m. | 10 m. | 8 m. | 10 m. |
| ab | 4,5‴ | 11,3‴ | 12,5‴ | 12,5‴ | 12,5‴ |
| bc | 4,5 | 11,0 | 17,0 | 18,5 | 18,5 |
| cd | 4,5 | 11,0 | 19,2 | 34,2 | 36,8 |
| dc | 0,8 | 2,0 | 3,0 | 4,6 | 5,5 |

Exper. III. Ejusdem plantae internodium secundum. *a* basis. *c* fastigium internod.

| | ab | bc | cd | dc | dm | mc |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 28. Jul. 4 n. | 5,5‴ | 5,5‴ | 5,5‴ | 3,5‴ | — | — |
| 29. Jul. 6 m. | 7,5 | 8,4 | 8,8 | 6,6 | — | — |
| 29. Jul. 4 n. | 8,1 | 10,8 | 10,4 | 8,0 | — | — |
| 30. Jul. 6 m. | 8,1 | 12,6 | 17,0 | 12,6 | — | — |
| 30. Jul. 12 mg. | 8,1 | 13,5 | 19,1 | 14,2 | — | — |

| | ab | bc | cd | de | dm | me |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 30. Jul. 6 A. | 8,1‴ | 13,5‴ | 20,1‴ | 17,0‴ | — | — |
| 31. Jul. 6 m. | 8,1 | 13,5 | 21,0 | 21,0 | — | — |
| 1. Aug. 7 m. | 8,1 | 13,5 | 21,0 | 32,2 | — | — |
| 2. Aug. 8 m. | 8,1 | 13,5 | 21,0 | 39,5 | s. 20,0 | 19,5‴ |
| 2. Aug. 4 n. | 8,1 | 13,5 | 21,0 | 41,3 | s. 20,0 | 21,3 |
| 3. Aug. 7 m. | 8,1 | 13,5 | 21,0 | 42,3 | s. 20,0 | 22,3 |
| 4. Aug. 7 m. | 8,1 | 13,5 | 21,0 | 42,6 | s. 20,0 | 22,6 |

*NB.* Pars d — e significata, die 2 Aug. m., ita in longitudinem creverat, ut eam in duas dividerem, unde intelligitur d — m partem non amplius adauctam esse, crevisse autem m — e partem.

Jam vero ex triplici hac observationum serie haec mihi videntur concludenda esse:

1) Unumquodque internodium principio ubique extenditur augeturque.

2) Quae inferiori nodo proximae sunt, partes a — b, primum incrementum capere desinunt semperque retinent, ad quam pervenerunt longitudinem. Has partes sequuntur eae, quae sursum proximae sunt; has, quae sequuntur etc.

3) Divisio infima manet minima, etiamsi ab initio cum caeteris parem longitudinem habeat; pars a — b principio 5,5‴ ad longitudinem pervenit 8,1‴. Contra b — c ad longitudinem 13,5‴. Inde apparet internodiorum incrementum progressione fieri sursum versus adaucta.

4) Postquam igitur internodii basis pridem ad summam longitudinem pervenit, in superiore parte incrementum durat.

5) Quae de tribus internodiis dixi, haud dubie etiam ad reliqua referri poterunt et tum etiam valebunt.

## Cap. II.

## PETIOLORUM INCREMENTUM IN LONGITUDINEM.

Quum nusquam de petiolorum incremento in longitudinem mensuras factas invenerim, ipse eas inii, ex quibus duas hic communicabo observationes, quae non vereor ne falsa lectorem doceant.

Dividebatur autem petiolus communis Phaseoli communis et petiolus Sagittariae sagittaefoliae ea ratione, quam supra dixi, earumque haec mensura facta. Pet. Sag. sag. *a* fastigium, *d* et seriore tempore *g* basis.

| | ab | bc | cd | de | ef | fg |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 2. Aug. 8 m. | 5,0‴ | 5,0‴ | 5,0‴ | — | — | — |
| 4. Aug. 7 m. | 7,6 | 8,2 | 8,2 | 8,6‴ | 8,6‴ | 8,6‴ |
| 5. Aug. 12 mg. | 10,0 | 12,3 | 13,3 | 9,9 | 8,8 | 8,8 |
| 6. Aug. 12 m. | 11,2 | 15,0 | 13,6 | 10,2 | 9,2 | 8,8 |
| 7. Aug. 4 n. | 13,0 | 15,8 | 13,6 | 10,2 | 9,2 | 8,8 |
| 8. Aug. 12 mg. | 15,0 | 16,5 | 13,6 | 10,2 | 9,2 | 8,8 |
| 9. Aug. 12 mg. | 15,0 | 16,5 | 13,6 | 10,2 | 9,2 | 8,8 |
| 11. Aug. 7 m. | 16,0 | 16,5 | 13,6 | 10,2 | 9,2 | 8,8 |
| 15. Aug. 10 m. | 17,0 | 16,5 | 13,6 | 10,2 | 9,2 | 8,8 |

*NB.* Die IV. Aug. nova pars infra *ad* partem, *dg* dico, dividebatur, et ab eo tempore mensura partis *ab* iniri poterat. Infra *g* locum denuo nova pars provenerat, quam tamen non notis distinxi, quod plantam foliis nudare nolebam.

Sagittariae igitur petiolus ab initio omnibus partibus crescit, primum mediae in longitudinem crescere desinunt, quum contra fastigium et basis augescere pergant.

Exper. II. Petiol. comm. Phas. comm. *a* basis, *c* fastigium i. e. locus, quo petiolulus folii medii, petiolo insertus est.

| | ab | bc | bm | mn | nc |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. Aug. 8 m. | 2,0‴ | 2,0‴ | — | — | — |
| 2. Aug. 8 m. | 2,8 | 3,2 | — | — | — |
| 3. Aug. 7 m. | 3,8 | 4,3 | — | — | — |
| 4. Aug. 7 m. | 4,4 | 6,0 | — | — | — |
| 5. Aug. 12 mg. | 5,3 | 8,3 | — | — | — |
| 6. Aug. 12 mg. | 5,6 | | 5,6‴ | 5,6‴ | 1,2‴ |
| 7. Aug. 4 n. | 5,6 | | 5,6 | 7,3 | 1,6 |
| 8. Aug. 12 mg. | 5,6 | | 5,6 | 9,3 | 2,2 |
| 9. Aug. 12 mg. | 5,6 | | 5,6 | 11,8 | 2,2 |
| 11. Aug. 7 m. | 5,6 | | 5,6 | 13,0 | 2,5 |
| 12. Aug. 10 m. | 5,6 | | 5,6 | 15,3 | 2,8 |
| 15. Aug. 10 m. | 5,6 | | 5,6 | 16,2 | 3,0 |

*NB.* Quum accurate nosse cuperem, ubi petiolus cresceret in longitudinem die 6. Aug. *bc* partem in partes *bm*, *mn* et *nc* divisi atque ita accuratius inquirere poteram.

Ex his sequitur prorsus aliam et diversam rationem esse petiolis Phaseoli comm. atque Sagittariae. Ab initio singulae quaeque partes extenduntur in longitudinem et progressione quidem crescente; tum infimae partes loco insertionis proximae crescunt, post has, quae superiores sunt partes et postremo is locus, qui basi laminae (folii) proximus est.

---

Itaque ex his, quas attuli, quaestionibus haec fere sequuntur:

1) *Tria* tantum ad hunc usque diem genera diversa incrementi in longitudinem partium caulinarum proposita et explicata sunt, neque in tanta rerum varietate veri est absimile, plura etiam exstare. Inde patet, nos nondum

eo usque intelligentiae penetrasse, ut generalem quandam legem et normam proponere possimus.

2) Omnes, quae hucusque datae sunt observationes, quod nondum plane cumulateque institutae sunt, tantum abest, ut clare aperteque incrementum in longitudinem doceant, ut ne meae quidem ad cognitionem rei valde memorabilis multum conferant. Novae igitur instituendae sunt disquisitiones.

3) Observabantur autem adhuc non aliae nisi hae plantae. Equisetaceae, Filices; Gramineae, Amaryllideae, Asphodeleae, Dioscorinae, Alismaceae, (Bromeliaceae?); Coniferae, Caryophylleae, Solaneae, Leguminosae, Hippocastaneae, Ampelideae, Cucurbitaceae, Cacteae, Compositae. Vides exiguam hanc esse plantarum partem.

4) Eadem ratio, certe similis, incrementi in longitudinem videtur esse in scapo, trunco et in petiolis.

5) Eae plantarum partes, quae ligneae factae quasi consenuerunt certe summam extensionem adeptae sunt, non amplius augescunt nec extenduntur, id quod jam du Hamel invenit.

6) Unum quodque internodium et quodcunque in forma simile est, e. g. scapus, petiolus aliquamdiu omnibus partibus extenditur, plerumque tamen diversis rationibus et paulatim, non subito.

7) Postquam una pars absoluta est et quasi quiescit, remanet plerumque et durat in altera incrementum in longitudinem. Cujus rei imprimis ratio habenda est, nisi falsa proferre velis.

8) Jam vero in aliis plantis *ita* rem se habere patet. *Inferiores* internodii partes primum desinunt extendi crescentibus etiamtum superioribus, donec hae quoque perfectae sunt. Deinde, quod de uno internodio valet, valet

etiam de reliquis atque una eademque omnium internodiorum ratio est, quatenus truncum efficiunt.

9) Aliae autem pro tempore, quo omnes partes simul extenduntur, ita se habent: *Mediae* partes primum desinunt augescere, basi et fastigio etiamtum crescentibus. Tum primum desinit fastigium, crescente basi. Postremo haec quoque desinit.

10) Denique aliae ita se habent: *Superiores* partes internodii primum desinunt, inferioribus etiamtum crescentibus, et quidem eadem ratione, qua Phaseolus, sed vice versa, unde Viri Ill. *E. Meyer* et *Steinheil* contenderunt, *omnes* plantas deorsum versus crescere! Quod falsum esse facile intelligitur. Nam quod plantae deorsum versus crescere videntur, id non ex alia re oritur nisi quod superiores internodiorum partes prius desinunt crescere, dum inferiores generali illi et necessariae legi „quam diutissime crescendi" obtemperantes per aliquod temporis spatium pergunt augescere.

## Cap. III.

## DE RAMORUM NOVELLORUM INCREMENTO IN CRASSITUDINEM.

Quamquam non in animo erat, denuo in rem inquirere, de qua et dicta sunt permulta et fortasse plura etiam dicentur, nunc tamen non possum facere quin observationem quandam in medium proferam, quam nec notatam usque inveni et cujus explicationem et mihi et omnibus rerum peritis gratissimam fore scio ac confido. Loquor de internodiorum crassitudine rami novelli plantarum perennium. Quodsi primis Maji diebus et seriore etiam tempore internodiorum crassitudinem observaveris, eam invenies fastigium ramuli versus imminutam.

Qua de causa observavi seriem specierum generis, Acer, Aesculus, Pavia, Syringa, Fraxinus etc. et communicabo nunc mensuram rami novelli Aesculi carneae, quam inii 4. Majo 1840.

| | |
|---|---|
| Media pars internodii superioris anni 1839 | 4,5‴ |
| Annulus cicatricum squamarum gemmae | 4,5 |
| Internodium inter annulum squamarum et supremum squamarum par | 4,2 |
| Internodium inter supremum squamarum et imum foliorum rami par | 4,0 |
| Internodium inter imum et secundum fol. par | 3,0 |
| Internodium inter secundum et tertium fol. par | 2,0 |

Inde patescit, ramorum novellorum internodia sursum versus crassitudine imminui. Quod damnum, quamquam posteriori tempore satis compensatur et quasi exaequatur, saepe tamen vel proxime sequente anno conspici potest.

E. c. Ramus anni antecedentis Syringae vulgaris.

| | Diam. max. | Diam. min. |
|---|---|---|
| Media pars imi internodii | 2,4‴ | 2,4‴ |
| Superior pars ejusdem | 3,3 | 2,8 |
| Media pars secundi internodii | 2,1 | 2,0 |
| Superior pars ejusdem | 3,0 | 2,4 |
| Media pars tertii internodii | 1,5 | 1,5 |
| Superior pars ejusdem | 2,8 | 2,4 |

Idem observavi in Pavia et Aesculo.

Causam autem hujus rei non diffiteor me adhuc ignorare. Nam quas de genesi et incremento ramorum hornorum instituti quaestiones, eae nondum ad finem perductae sunt. Dolendumque quod alibi frustra auxilium petitur, quoniam summi hujus disciplinae antistites et quasi antesignani parum in ea re elaboraverunt eamque justo plus neglexerunt.

## Cap. IV.

## DE INCREMENTO, QUOD PLANTAE PER HIEMEM CAPIUNT.

Diu multumque quaesitum est, crescantne plantae per hiemem necne. De qua re constat primum quaesivisse doctissimum illum du Hamel. Qui quum auctumno Inglandis ambitum mensus esset, postea sibi videbatur observasse eam per hiemem, incrementum cepisse. Idem in novellis arborum truncis ante primum frigus novas radiculas provenisse vidit. Audi ipsum. Dicit*): „Wenn man die Knöpfe durch alle Wintermonate und im Frühling untersucht, so sieht man, dass die darin enthaltenen Theile sich heimlicher Weise entwickeln, und sich anschicken bei Oeffnung der Knöpfe an das Tageslicht zu kommen." Deinde**): „Ich liess daher den Winter durch alle Monate Bäume ausgraben, und fand wirklich, dass nach Frosten, die nur etwas stark gewesen, viele Wurzeln abgestanden waren, und dass bei *gelinder Luft* sich *neue* entwickelten, welche die andern überflüssig ersetzten. De eadem re De Candolle ***): „Die Knospen, inquit, nehmen im Winter ein wenig zu; dieses könnte aber nicht stattfinden, wenn eine lebensthätige Bewegung in dieser Jahreszeit nicht ein wenig fortdauerte." — Ill. Treviranus rem in ambiguo relinquit, dicit enim†): „Es giebt keine Gränze, wo das blosse Nachlassen der Vegetation aufhört und

*) l. c. Vol. I. p. 133.

**) l. c. Vol. I. p. 109.

***) Pfl. phys. übers. von Röper. Vol. I. p. 424.

†) Phys. d. Gew. Vol. II. p. 147.

völlige Ruhe eintritt." Contra cel. Ohlert *) plane assentitur sententiae, quam proposuit du Hamel, quamquam, si rem simpliciter spectaveris, propterea dubius haesitabis, quod incrementum non fieri posse dicunt, nisi calore et humore. Jam quum plerosque inter se dissidere viderim, ipse in eam rem inquirendum mihi esse putavi. Haec autem inveni: Partes ligneas factas non amplius crescere, ex gemmis autem ramos novellos protrudi et nasci, et ipse supra ostendi et diu notum erat. Gemmae autem quod facillimam mensionem admittunt, non dubitabam eas observare neque falsus esse mihi videor. Itaque d. 18. m. Novembr. a. 1838, quum primae nives caderent et jam per plures noctes frigora pruinaeque regnassent, longitudinem et crassitudinem quinque gemmarum Aesculi Hippocastani metiebar idque in quinque diversis arboribus. Has autem tribus diebus observavi satis longo temporis intervallo inter se distantibus.

| | 18. Novbr. 1838. | | 4. Jan. 1839. | | 10. Mart. 1839. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Diam. long. | D. transv. | D. long. | D. tr. | D. long. | D. tr. |
| 1) | 16,1‴ | 6,0‴ | 16,1‴ | 6,0‴ | 16,1‴ | 6,0‴ |
| 2) | 12,8 | 5,5 | 12,8 | 5,5 | 12,8 | 5,5 |
| 3) | 13,5 | 5,3 | 13,5 | 5,3 | 13,5 | 5,5 |
| 4) | 16,5 | 7,5 | 16,5 | 7,0 | 16,3 | 7,0 |
| 5) | 12,7 | 6,0 | 12,5 | 5,5 | — | — |

*NB.* Gemma quinta die 10 Mart. non poterat inveniri, quoniam nota, qua singulas quasque distinxeram, deperdita erat.

Apparet autem intra quatuor mensium spatia has gemmas in longitudinem non crevisse. Quin diametros transversalis crassitudinis videtur imminuta esse, nisi forte in metiendo lapsus sum. Temperatio autem coeli media per hos menses haec fuit: Mens. Novbr. hor. 2. meridion. + 3,5° R., m. Decbr. h. 2. merid. + 1,9° R., m. Jan. h. 4. merid. + 1,3° R.,

*) Linnaea 1837. p. 623—640.

m. Febr. h. 2. merid. + 2,7° R., m. Mart. h. 2. merid. + 2,6° R. et quum ne minimum quidem incrementum oculis potuerit perspici, jure mihi videor concludere, hiemem nequaquam incremento favere, nisi media coeli temperatio mitior est ea, quam in hac mea observatione.

## Cap. V.

## DE FOLIORUM INCREMENTO.

De foliorum incremento quamquam et notiores sunt physicorum sententiae et minus inter se dissidentes, quam de petiolorum incremento, e re tamen esse puto, eas observationes, quae mihi ea de re innotuerunt, breviter enumerare et recensere, tum ut lectores praesentem harum disquisitionum statum cognoscant, tum et ipse, quae prius explicata et inventa sunt, respiciam. Ac primum quidem hac de re idem ille Steph. Hales*) disseruit. Hic sub veris initium Quercus folium quinque et viginti fibulis, quarum singulae quaeque 5‴ (ex mens. Par.) a se distabant, tabellae affixit mensionemque et tum instituit et postea. Utraque comparata haec invenit, ut ipsius utar verbis**): „Aus dieser Messung ist zu erkennen, dass die Blätter sich auf gleiche Weise ausdehnen, als die Reiser thun, nämlich dergestalt, dass jeder Theil ausgedehnt wird." Sed ipse non satis aptam idoneamque hanc observationem esse vidit iteratamque eam vult. Quod fecit, quem saepius nominavi doctissimus ille et sagacissimus du Hamel, qui quaestionibus de plantarum gemmis institutis, haec fere invenit**): „Alle Rippen, alle Zahnungen standen in den kleinsten Blättern ebenso, wie an den völlig ausgewachsenen, woraus man schliessen kann, dass die Blätter der

*) l. c. p. 193.

**) l. c. p. 135.

mehrsten Bäume sich in allen ihren Theilen ausdehnen. Es verhält sich aber nicht eben so mit den Blättern von allen Pflanzen, denn die Zwiebelpflanzen dehnen sich fast nur allein mit demjenigen Theile aus, der an der Zwiebel steht. Dass dieses so sei, kann ich versichern, indem ich an Zinkenblättern, die nur erst das Viertel von ihrer Grösse hatten, Zeichen mit gefärbten Firnis gemacht. Diese Zeichen waren alle 2‴ von einander, wobei ich bemerkte, dass die *an der Spitze* des Blattes *beständig blieben*, die weiter unten gemachten Zeichen entfernten sich ein wenig von einander, desto weiter aber, je näher sie an der Zwiebel waren; die allermeiste Entfernung geschah ganz nahe an der Zwiebel."

Eodem modo De Candolle *) folium Hyacinthi metiebatur, observabatque id non extendi nisi in basi, superiora autem signa iisdem intervallis a se distare. Postea quaerit ille: „Verhält es sich ebenso mit den gewöhnlichen Blattstielen und mit den Nerven, welche nur Zweige der Blattstiele sind? Ich bin geneigt, dies zu glauben, allein versichern kann ich es, aus Mangel hinlänglich beweisender Versuche, nicht."

Etiam Mulder**), Viri Illustrissimi, observationes in foliis Uraniae speciosae institutae eo ducebant, ut incrementi ex tempore varietas (periodicitas) verisimilis esse videatur, quamquam nondum explicatum erat, quae potissimum pars in longitudinem cresceret.

Quas mensuras***) Vir excellentissimus *Nees ab Esenbeck* instituit, eae docuerunt, foliorum incrementum Pancratii maritimi certis temporum spatiis (periodice) fieri.

---

*) Organ. végétale v. Röper Tom. I. p. 306.

**) Bydragen tot de Natuurkundige Wetenschapen IV. 1829. p. 251 — 262 et 420 — 428.

***) Flora 1835. Bd. II. p. 411.

Idemque docuit Ill. E. Meyer*) in Amaryllide Belladonna et in Cerealibus, simulque quam vim in crescendo calor haberet.

Contra splendidissimam lucem toti rei affundunt praeclarae observationes Viri Ill. Link, cujus facere non possum, quin ipsa verba apponam**): „Longe aliter, inquit, res sese habet in foliis. Signa ut feci in foliis Amaryllidis formosissimae et quidem: 1) pollicem a vagina ad basin, 2) 2 pollices a No. 1., 3) pollicem a No. 2 quod simul 2 lin. ab apice remotum erat. Post 6 hebdomades vidi: 1) 5 poll. a vagina ad basin remotum, 2) 2 poll. 2‴ a No. 1, 3) 1 poll. a No. 2 et 2‴ ab apice. Simili modo in folio Hyacinthi tria signa feci 2 lin. a vagina ad basin et 2‴ ab invicem distantia. Omnia a basi removebantur, non vero ab apice et easdem retinebant distantias. In hisce foliis nervi erant paralleli, sed idem accidit in foliis nervis lateralibus praeditis. Signa 3 feci in nervo primario paginae inferioris Pyri baccatae lin. 2 ab invicem distantia et 2 lin. ab apice, nam basis minus bene observatur. Post aliquod tempus signum primum a secundo parum remotum erat, secundum vero a tertio ad lin. 4, tertium prope apicem remansit. In nervo laterali signa eodem modo facta hoc modo sese habuerunt: primum a secundo parum remotum est, multo magis secundum a tertio, et-ultra tertium margo auctus erat. — Ex his patet folia secundum omnes directiones increscere."

Deinde Ilustrissimi Trevirani mensurae, quas iniit in Hyacinthorum et Narcissi Tazettae foliis, commemorandae

*) Linnaea 1829 und Verhandl. d. Gartenbau-Vereins zu Berlin. Vol. V. p. 110.

**) Elem. phil. bot. Ed. alt. Vol. I. p. 292.

sunt. Hic invenit *): „dass die weitere Entwickelung vom obern Theile gegen den untern fortschreite." Deinde Illustrissimi Mulder quandam observationem laudat, quam explicare nequeat, nisi ex magna extensione mediarum partium folii. Denique idem annotat: „Auch an halb entwickelten Blättern von Laub- und Lebermoosen sieht man die Zellen im vordern Theile bereits ausgebildet, während sie gegen die Basis noch in der Anlage sind."

Meyen**), v. cel. cujus nuperam mortem nondum eluximus, observationes in Avena sativa institutae erant propterea, ut varia crescendi tempora ostenderentur; neque ab aliis discrepant.

Omnibus his fusius eadem de re exposuit Ad. Steinheil***), cujus inventa breviter referam. Steinheil non semper foliis signa infixit, sed plerumque in observando ea, quae forte oculis sese objicerent, respicere solebat. Itaque ad dentes, labeculas, insectorum pabula petiolorumque insertionem in foliis compositis aliaque complura animum advertit. Et quum plerumque bis tantum observaret, breviore longioreve temporis spatio, non accurate enotato tempore, nihil aliud ex ejus observationibus intelligitur, nisi hoc, observata folia crevisse et certa quidem ratione. Ipse quidem accuratiores constituerat facere observationes, idque „dans une saison plus favorable", sed prius quam id ratum faceret, videtur communi humanarum rerum necessitati succubuisse. Jam vero, quae invenit, haec fere sunt: „Nous en conclurons que l'accroissement a marché de la circonference vers le centre, comme dans l'Jacinthe il a eu lieu de haut en bas."

*) Phys. d. Gew. Vol. II. p. 168.

**) Neues System d. Pfl. phys. Vol. II. p. 352.

***) Observations sur le mode d'accroissement des feuilles. In Ann. d. sc. nat. 1837. Série II. Tom. VIII. p. 265 et 289 etc.

Magnolia tripetala et Gincko triloba contra „le développement a marché de bas en haut." — Deinde „la forme générale des feuilles composées, nous confirme encore dans l'idée, qu'elles s'accroissent de bas en haut; — les feuilles simples s'accroissent de haut en bas." Quin dicit „et elles sont composées, quand elles présentent ce mode d'accroissement, quelque simples qu'elles puissent être en apparence." — „Les feuilles palmées semblent tenir le milieu entre ces deux premières espèces." „C'est une erreur de croire, que la formation d'une feuille marche d'un bord à l'autre." (Quis hoc dicat?) La feuille différe du scion parce que son accroissement est terminé qu'il n'a lieu qu'en largeur et en longeur et pas en epaisseur." „Il y a ainsi entre le mérithalle isolé et le mérithalle multiplié les mêmes différences qu'entre la feuille simple et la feuille composée. Il est bien facile de comprendre pourquoi, dans le scion, l'accroissement est l'inverse de ce qu'il est dans chaque mérithalle. Ce développement partiel (du mérithalle) a lieu de haut en bas; mais comme le sommet est mobile et la base fixe, l'apparence est inverse et le sommet se trouve élevé par l'élongation de la base." Sed haec sufficiant.

Quantopere denique et has et aliorum observationes aut comprobare aut refutare possim, haec facta docebunt:

Exper. I. Folium Hyacinthi. Lit. *a* significatur basis, lit. *l* fastigium folii.

| | ab | bc | cd | de | ef | fg | gh | hi | ik | kl |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 23. Jan. 10 m. | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ |
| 25. Jan. 10 m. | 3,2 | 3,2 | 3,5 | 3,4 | 3,2 | 3,2 | 3,3 | 3,0 | 3,0 | 3,0 |
| 28. Jan. 10 m. | 3,2 | 3,3 | 3,5 | 3,5 | 3,2 | 3,2 | 3,3 | 3,0 | 3,0 | 3,0 |
| 2. Febr. 10 m. | 3,4 | 3,4 | 3,5 | 3,6 | 3,2 | 3,2 | 3,3 | id. | id. | id. |
| 20. Mart. 8 m. | 4,6 | 4,0 | 3,5 | id. | id. | id. | id. | id. | id. | id. |

Insuper nota *a* die 28. Jan. 10 m. 6,5‴ elevata inveniebatur.

— — 2. Febr. 10 m. 12,0‴ — —

— — 5. Febr. 10 m. 13,0‴ — —

— — 20. Mart. 10 m. 33,6‴ — —

Exper. II. Fol. Hyac. *a* basis, *l* apex folii.

| | ab | bc | cd | de | ef | fg | gh | hi | ik | kl |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 30. Jan. 10 m. | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ | 3,0‴ |
| 2 Febr. 10 m. | Eadem ratio. | | | | | | | | | |
| 5. Febr. 10 m. | 3,2 | 3,2 | 3,2 | 3,2 | 3,1 | 3,1 | 3,1 | 3,1 | 3,1 | 3,1 |
| 14. Febr. 10 m. | 4,0 | 3,6 | 3,3 | 3,6 | 3,2 | 3,2 | 3,1 | 3,1 | 3,1 | 3,1 |
| 24. Febr. 10 m. | 4,5 | 4,0 | 3,6 | 3,6 | 3,2 | 3,2 | 3,1 | 3,1 | 3,1 | 3,1 |
| 4. Mart. 10 m. | Prorsus eadem ratio. | | | | | | | | | |
| 20. Mart. 10 m. | | | | | | | | | | |
| 26. Mart. 10 m. | | | | | | | | | | |

Sed die 14. Febr. 10 m. nota *a* ex basi ad 10 ‴ sursum elevata erat.

24. Febr. 10 m. — — 18,0‴

4. Mart. 10 m. — — 25,0‴

20. Mart. 10 m. — — 33,6‴

26. Mart. 10 m. — — 36,0‴

Exper. III. Folium Croci sativi. *a* basis supra vaginas, *c* apex folii.

| | 29. Jan. 10 m. | 31. Jan. 10 m. | 2. Febr. 10 m. | 5 Febr. 10 m. | 14 Febr. 10 m. |
|---|---|---|---|---|---|
| ab | 2,0‴ | 2,7‴ | 4,3‴ | 6,7‴ | 16,1‴ |
| bc | 2,0 | 2,0 | 2,2 | 2,5 | 2,5 |

At etiam infra notam *a* recens pars orta erat, cujus mensuram nullam egi.

Exper. IV. *A.* Folium Sagittariae sagittaefoliae. *a* locus, quo petiolus cum costa sursum ascendente media cohaeret; *f* apex ejusdem.

| | 8. Aug. 12 mg. | 12. Aug. 1. mg. | 13. Aug. 7 a. | 15 Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 3,4‴ | 5,8‴ | 5,8‴ | 5,8‴ |
| bc | 3,4 | 5,8 | 5,8 | 5,8 |
| cd | 3,4 | 5,8 | 5,8 | 5,8 |
| de | 3,4 | 5,1 | 5,1 | 5,1 |
| ef | 3,4 | 4,8 | 4,8 | 4,8 |

Exp. IV. *B.* *a* punctum insertionis petioli et costae lateralis descendentis; *b* apex lobi inferioris sinistri.

| | 8. Aug 12 mg. | 12 Aug. 1 mg. | 13. Aug. 7 a. | 15 Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ag | 7,8‴ | 11,5‴ | 11,5‴ | 11,5‴ |
| gh | 7,8 | 10,5 | 10,5 | 10,5 |
| hi | 7,8 | 10,5 | 10,5 | 10,5 |
| ik | 5,0 | 6,1 | 6,1 | 6,1 |

Exp. V. Fol. Sagitt. Costa media sursum ascendens; *a* basis, *f.* apex lobi superioris.

| | 12. Aug. 3 n. | 14. Aug. 6 m. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|
| ab | 3,2‴ | 4,3‴ | 5,1‴ |
| bc | 3,2 | 4,0 | 4,8 |
| cd | 3,2 | 4,0 | 4,5 |
| de | 3,2 | 4,0 | 4,0 |
| ef | 4,7 | 6,5 | 6,5 |

Ex quibus observationibus appositis haec concludere posse mihi videor:

1) *Singulae* folii partes ab initio *una* extenduntur.

2) Distantia binarum notarum impari modo procedit et in Hyacintho quidem et Croco, quos exempli causa affere liceat, inferiores folii partes magis in longitudinem porriguntur, quam superiores, etiamsi primo aeque longae erant.

3) In Sagittaria imprimis partes in disco folii i. e. partes proxime punctum insertionis petioli et laminae maxime in longitudinem extensas observamus.

4) Hyacinthi et Croci folia nova cellularum formatione in basi persistente propterea insignia videntur, quod, quamquam partes notatae mox in longitudinem produci desinunt, longiora tamen fiunt; certis autem argumentis probare non possum.

5) Supremae folii partes primo, inferiores autem deinde in longitudinem crescere desinunt; quod meis observationibus jam demonstrari potest.

---

His absolutis nihil jam restat, quam ut observationes meas de incremento foliorum dicotyleorum proponam; sed quum eae nondum eo pervenerint, ut inde certi quidquam in veram literarum gratiam et commodum, quales nunc habemus, colligi possit, non eas nisi limina et initia accuratiorum disquisitionum dijudicatas velim, quas suo tempore in publicum emittere nos juvabit.

Exp. I. Folii terminalis Phaseoli communis diameter longitudinalis, cujus basis litera *a*, ejusque apex litera *b* significatur; diameter transversalis maxima laminae unius, cujus basis costa media *c*; laminae margo *d*; petiolulus *fg*.

| | | ab | cd | fg |
|---|---|---|---|---|
| 30. Jul. | 8 m. | 5,0‴ | 1,3‴ | — |
| 31. Jul. | 7 m. | 9,5 | 2,8 | — |
| 1. Aug. | 8 m. | 12,5 | 3,6 | 2,2‴ |
| 2. Aug. | 8 m. | 15,5 | 4,5 | 2,5 |
| 3. Aug. | 7 m. | 17,8 | 5,6 | 3,0 |
| 4. Aug. | 7 m. | 23,0 | 7,4 | 3,7 |
| 5. Aug. | 12 mg. | 26,0 | 8,2 | 3,7 |
| 6. Aug. | 12 mg. | 28,5 | 9,2 | 4,6 |

| | ab | cd | fg |
|---|---|---|---|
| 7. Aug. 4 n. | 31,0‴ | 11,0‴ | 5,5‴ |
| 8. Aug. 12 mg. | 33,5 | 11,4 | 6,0 |
| 11. Aug. 11 m. | 38,5 | 14,5 | 7,5 |
| 12. Aug. 11 m. | 41,0 | 15,0 | 8,3 |
| 15. Aug. 10 m | 42,0 | 16,0 | 8,5 |

*NB.* Ambae laterales folii partes omni tempore eandem latitudinem habebant.

Exp. II. Folium laterale dextrum Phaseoli communis; *ab* diameter longitudinalis s. costa media, cujus basis *a*, et *b* apex esto. — *cd* diam. transversalis maxima partis dimidiae dextrae. *c* costa media; *d* margo laminae. — *ef* diameter transversalis maxima partis dimidiae sinistrae; *e* costa media, *f* margo laminae.

| | ab | cd | ef |
|---|---|---|---|
| 30. Jul. 8 m. | 4,2‴ | 1,5‴ | 1,5‴ |
| 31. Jul. 7 m. | 6,0 | 2,8 | 2,8 |
| 1. Aug. 8 m. | 9,5 | 3,4 | 2,8 |
| 2. Aug. 8 m. | 11,8 | 4,3 | 2,8 |
| 3. Aug. 7 m. | 14,2 | 5,3 | 3,0 |
| 4 Aug. 7 m. | 17,0 | 6,4 | 4,3 |
| 5 Aug. 12 mg. | 19,2 | 7,8 | 4,8 |
| 6 Aug. 12 mg. | 22,0 | 8,9 | 5,6 |
| 7 Aug. 4 n. | 24,0 | 9,4 | 6,2 |
| 8 Aug. 12 mg. | 27,0 | 11,0 | 7,0 |
| 11 Aug. 10 m. | 31,0 | 13,0 | 8,0 |
| 12. Aug. 1 mg. | 33,0 | 15,0 | 8,8 |
| 15. Aug. 10 m. | 34,0 | 17,0 | 9,2 |

Ex his duabus observationibus haecce apparent:

1) Folium Phas. comm. per longum temporis spatium in omnibus suis partibus extenditur.

2) Folium dimidiatum non tam in statu embryonali oritur, sed tempore multo seriori, ubi folium jam mensurari potest. Utrumque folii terminalis dimidium sibi constat et respondet; folium vero laterale, quamquam ab initio aeque latum, incremento dimidii alterutrius quiescente inaequale fit.

3) Incrementum diversis diebus diversum, id quod sine ulla dubitatione ex calore, vitalitate et periodicitate deducendum est. Equidem modo exacerbationem, modo remissionem esse facile crediderim.

Exp. III. Costa media folii terminalis Phas. comm. notis signabatur. Lit. *a* basis, *c* apex esto.

| *A.* | 9. Aug. 8 m. | 12. Aug. 10 m. | 13. Aug. 7 a. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 1,6‴ | 2,1‴ | 3,0‴ | 3,8‴ |
| bc | 1,6 | 4,0 | 5,5 | 7,0 |
| cd | 1,6 | 4,0 | 5,0 | 6,5 |
| de | 1,6 | 2,8 | 3,5 | 3,5 |

*B.* Lit. *a* basis; lit. *f* apex folii esto.

| | 8. Aug. 12 mg. | 12. Aug. 11 m. | 13. Aug. 7 a. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 2,0‴ | 4,6‴ | 5,6‴ | 6,5‴ |
| bc | 2,0 | 4,4 | 5,0 | 6,0 |
| cd | 2,0 | 4,0 | 4,5 | 5,2 |
| de | 2,0 | 3,0 | 3,5 | 3,8 |
| ef | 0 | 1,0 | 1,0 | 1,0 |

Exp. IV. Diameter maxima transversalis folii terminalis signabatur et metiebatur.

*a* costa media. *d* margo folii.

| | 9. Aug. 8 m. | 12. Aug. 10 m. | 13. Aug. 7 a. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 1,3‴ | 2,8‴ | 3,0‴ | 3,5‴ |
| bc | 1,3 | 3,5 | 4,0 | 4,5 |
| cd | 1,3 | 2,5 | 2,6 | 3,2 |

Exp. V. Diameter longitudinalis folii lateralis.
*a* basis; *d* apex folii.

| | 9. Aug. 8 m. | 12. Aug. 10 m. | 13. Aug. 7 A. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 1,6‴ | 4,0‴ | 6,7‴ | 7,0‴ |
| bc | 1,6 | 3,2 | 5,4 | 6,0 |
| cd | 1,6 | 3,0 | 3,2 | 3,7 |

Exp. VI. Diameter transversalis maxima folii lateralis.
*a* costa media; *d* margo folii. Latum dimidium.

| | 9. Aug. 8 m. | 12. Aug. 10 m. | 13. Aug. 7 A. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 2,0‴ | 2,5‴ | 3,0‴ | 3,8‴ |
| bc | 2,0 | 3,0 | 3,8 | 4,3 |
| cd | 2,0 | 3,1 | 3,5 | 4,3 |

*a* costa media, *c* margo folii. Angustum dimidium.

| | 9. Aug. 8 m. | 12 Aug. 10 m. | 13. Aug. 7 A. | 15. Aug. 10 m. |
|---|---|---|---|---|
| ab | 1,6‴ | 3,0‴ | 3,6‴ | 4,0‴ |
| bc | 1,6 | 2,0‴ | 2,5 | 2,8 |

Quae experimenta quamquam imperfecta neque ad finem perducta sunt, hoc certe effecerunt:

1) Omnes partes folii, longitudinem aeque ac latitudinem, eodem tempore, diversa autem ratione dilatari. Sive: pari tempore impari spatio dilatari.
2) Dilatationis finem in extrema folii parte incipere et versus basin pergere videri, quod quidem aliis adhuc observationibus decernendum restat.
3) Ambas folii partes a media costa in utrumque latus accrescere.

---

Antequam autem finem facimus, causae breviter enumerandae sunt, propter quas, observationes modo allatae imperfectiores factae sunt.

1) Observationes non satis diu continuatae sunt. (Mense enim Augusto itinere quodam impeditus fui.)

2) Temere non certam quandam diametrum, sed fortuito oblatam, in metiendo adhibui, quum multo melius Ill. *Link* costas laterales metiendas proponat et commendet.

3) Omnes laterales costae, utroque latere costae mediae, notandae sunt notis, si folii partes dimidiae impares fiunt.

4) Observatio eodem semper tempore fixo, et quidem mane ac vespere, fiat, quum notissimum sit, plantam interdiu magis accrescere, quam noctu.

5) Temperies coeli et humor aëris observetur, plantis crescentibus.

6) Caveamus, ne nos praetereat quomodo et quo tempore incrementum paullatim desinat.

7) Denique observationes instituendae sunt in perplurimis foliis diversae formae et diversarum plantarum.

En vota, quae quamvis ipse implere proh dolor! non potuerim, palam eloqui necessarium duxi. Aliorum enim erroribus nostros evitare edocemur.

# CATALOGUS PLANTARUM,

QUAS

## IN ITINERE PER CAUCASUM, GEORGIAM, ARMENIAMQUE ANNIS MDCCCXXXVI ET MDCCCXXXVII.

COLLEGIT

DR. *CAROLUS KOCH*,

JENENSIS.

Priusquam ad ipsam rem, quam hoc libello tractare in animo est, accedam, paucis monebo de situ et natura earum regionum, quas potissimum licuit mihi peragrare et accuratius cognoscere.

Isthmus caucasicus a parte, quae in occasum solis spectat, nigrum, ad orientem autem caspicum mare habet fines. Mediam hujus terrae partem constituit mons ille late patens, cui nomen est Caucasus. Ad septentriones ille in desertas sese subducit regiones (kaukasische Steppen), ad meridiem contra cum armenis et achalzichicis montibus conjungitur. Via, quam dicere solent militarem, per medium Caucasum pergit, eumque dividit in occidentalem et orientalem partem. Priorem maxime elegi, quam perlustrarem, ideirco acquiescam in hac describenda. Haec Caucasi pars non procul ab ostio

fluminis Kuban oritur, hinc ad latus maris nigri usque ad fines Abchasiae cursum quasi suum persequitur, deinde ad orientem solem sese dirigens, diversas suas partes in Elbro atque in montibus glacialibus fluminis Rion colligit, atque ita nunc tria juga sibi invicem parallela format, quae tamen omnia rursus confluunt in eum locum viae illius militaris, quem dicunt Tscherestisub (clivus christianus, Kasbek a Rossis vocatum). Valles a tribus illis montium jugis constitutas incolunt Ossi, qui ipsorum terram, ut accuratius exposui in scriptionibus illis, quae inscriptae sunt miscellanae (Miscellen; herausgegeben vom Dr. Friedrich Bran. Jena), in diversos dividunt pagos. Ad septentriones Ossiae finitimus est late patens ille pulcherrimus Circassiae pagus, quem vocant Kabardah: ad meridiem autem postrema montium Ossiae parte, occidentalis initium capit Georgiae provincia Kartalinia. Quodsi a montibus glacialibus Rionis (Riongletscher) ulterius pergas ad occasum solis, ad vallem pervenies fluvii Ingur, quem Suani incolunt. Ab illis montibus, quos modo commemoravi, ad septentriones, peculiaris cujusdam nationis Karatschaiorum sunt domicilia, ad orientem solem sedes habent suas Balkari, ad occasum denique Abchasi cismontani habitant, quorum sedes ad septentriones ulterius sese extendunt. Ad meridiem Suanorum, in valli Rionis, qui ad occasum primum solis fluit, septentrionalis tractus Imerethiae, Radscha, in valli contra Zcheniskale (equi fluvii), septentrionalis Mingreliae tractus saltuosus, Letschkum, positi sunt. Infra Radscha jam incipit Imerethia, quae ad partem orientalem Ossiae est vicina. Inter montes Achalzichicos atque occidentalem Caucasum ad latus Ponti euxini magna est planities, vetus illa Colchis, sylvis obsita, amplectens regiones, quae nunc dicuntur Mingrelia et Guria et praeterea Imerethiae partem quandam. Flumen Zcheniskale, cum reliquit Letschkum, dividit Mingreliam, provinciam peculiari cuidam principi su-

ditam, ab Imerethia. Flumen Rion, quod oritur in illa regione, quae vocatur Radscha a septentrionibus ad meridiem versus, partem Imerethiae septentrionalem usque ad caput hujus terrae, Kutais, perfluit atque inde cursum tenens prorsus occidentalem, planitiem permeat. Ad septentriones hujus fluminis Mingrelia, ad meridiem Guria sita est.

Imerethia ad orientem sese extendit usque ad montes, qui Caucasum conjungunt cum Achalzichicis montibus. Georgia, quam Rossi vocant Grusiam, a Caucaso medio ad meridiem sita est in media parte Isthmi ipsa, atque nunc ex tribus constat provinciis, ex occidentali scilicet Kartalinia, orientali Kachetia et meridionali Somchetia, ex agro capitis Tiflis in media Georgia sito et ex tribus sic dictis distantiis. Kartaliniam montibus sylvisque refertam perfluit flumen Kur, quod in Achalzichicis montibus oritur. Caput est Gori. Kachetia, cujus partem, quae in meridiem regio deserta Upadar, eam autem, quae in septentriones spectat, lata vallis fluminis Alasan occupat, ad meridiem dividitur a tribus distantiis late illa patente regione Karaia, hominibus prorsus vacante, ad septentriones contra terrae Lesgorum in monte Caucaso ipso sitae fines dant. Tertia provincia Somchetia, cui etiam nomen Armeniae minoris attribuerant, montibus sylvisque abundans, praeter parvulum tractum Trialethi, qui ad meridiem versus finitimus est Kartaliniae, ad orientem solem Achalzichi, quatuor majores continet tractus, quorum primus septentrionalis est Bortschalo. Hic monte Achsibijut dividitur ab alia parte, quae vocatur Lori. Mons Besobdal separat hunc tractum a tertio Bambaki; atque hunc montes Ilwenses a quarto tractu, qui vocatur Schuragel. Ager Bortschalensis longe maximus late extenditur a parte orientali ad meridiem, atque finitur distantia, quae vocatur Kasachi. Alagaes altus mons, priori tempore ignivomus, cum aliis montibus nulla parte cohaerens separat tractum Schuragel a provincia rossica Ar-

menia, flumen Arpatschai contra eundem tractum a provincia (Paschalik) turcica Kars. Tres distantiae inter Kachetiam et Armeniam sitae, Kasachi, Schamschadil et Elisabethpol nominantur. Ego nonnisi primam eamque occidentalem invisi distantiam.

Armenia finitima est Somchetiae et tribus distantiis, ad septentrionalem partem eamque Araxis dividit a Persia, Ararat autem et montes, qui ulterius ad occidentem solem pergunt, a territorio (Paschalik) Bajasid. Ad orientem versus initium capit provincia Karabagh, ad occidentem contra Armeniam flumen Apatschai dividit a provincia Kars. Caput Armeniae Eriwan vocatum est, prope quod clausterium antiquissimum Etschmiadsin situm. Hujus provinciae pars septentrionalis montosa est, meridionalis autem planitiem quam flumen Araxis permeat, magnam format.

---

## I. RANUNCULEAE.

### *a.* Paeoniaceae.

1. *Paeonia officinalis* L. In pratis montosis provinciae Armeniae.

### *b.* Helleboreae.

2. *Nigella foeniculacea* DC. Prope vicum Kulp, (in Armenia ruthenica trans Araxin sita) et prope vicum Daratschitschagk (mons floribundus).

3. *Nigella arvensis* L. Prope Kulp.

4. *Nigella verrucosa* C. Koch. (Nigellaria). Glaberrima, ramosa; antherae breviter aristatae; capsulae ad apicem connatae, verrucosae et impresso-punctatae; styli longiores oblique patentes, ex apice solum revoluti. Ibidem.

5. *Nigella sativa* L. Ibidem.

6. *Aconitum nasutum* Fisch. Frequenter in montibus ossicis et armenis.

7. *Delphinium divaricatum* Ledeb. In castello Tiflisiano frequentissime.

8. *Delphinium hybridum* Steph. (Fisch. et Mey. in enumer. Hohenackeri plant. prov. Taluesch pag. 147). Prope vicum Daratschitschagk (in Armenia montosa boreali).

9. *Delphinium hybridum* Steph. *β.* albiflorum DC. In Armenia frequenter.

10. *Delphinium elatum* L. (Koch. synops. fl. germ. p. 22.) E. armenum C. Koch.; 6—8 pedale; racemi saepe bipedales; bracteae glaberrimae; sepala ex parte ciliata. — In fruticetis Armeniae borealis frequentissime et saepe frutices magnitudine superans. D. specioso MB. varietati *δ.* D. elati L. simile sed diversum.

11. *Delphinium flexuosum* MB. In Armenia.

12. *Delphinium Ajacis* L. frequentissime per Georgiam et Armeniam.

13. *Delphinium camptocarpum* Fisch. et Mey. In Armenia trans Araxin sita.

14. *Helleborus orientalis* Gars. Frequentissime in Caucaso.

15. *Trollius somchcticus* C. Koch. Sepala patula 8; petala 12 et ultra staminibus longiora; styli ex apice subrecurvi, subbreviores, concolores. T. caucasico Stev. et patulo Sibth. similis, sed differt numero et magnitudine petalorum sepalorumque. In monte Besobdal, medio inter tractus Lori et Bambaki, altit. 6—7000 ped.

16. *Caltha palustris* L. Per Georgiam frequentissime, saepeque foliis subpedalibus instructa.

*c.* Anemoneae.

17. *Thalictrum clatum* Jacq. In Armenia boreali frequentissime.

18. *Anemone albana* Stev. *β.* flore albo. In tractu somchetico Lori.

19. *Anemone albana* Stev. *γ.* flore caeruleo. Ibidem.

20. *Anemone pratensis* L. In tractu (Tscherkessico) kerketico Cabardah.

21. *Anemone narcissiflora* L. *β.* villosissima. In Armenia.

22. *Anemone apennina* L. In tractu Bortschalo frequenter crescens.

23. *Anemone ranunculoides* L. In tractibus Lori et Bambaki.

24. *Adonis aestivalis* L. Saepissime per totam Georgiam, Armeniamque. Varietas ramosissima A. autumnali simillima prope urbem Eriwan et clausterium Etschmiadsin frequentissime.

*d.* Ranunculeae.

25. *Ranunculus aquatilis β.* capillaceus. C. A. Mey. in fl. alt. II. pag. Frequentissime per totam Armeniam.

26. *Ranunculus illyricus* L. In Armenia.

27. *Ranunculus oxyspermus* Willd. In Armenia ad montem Alagaes, medium inter Armeniam et tractum Schuragel.

28. *Ranunculus elegans* C. Koch. R. constantinopolitanus C. A. Mey. Verz. kauk. Pfl. p. 202. nec d'Urv. (Hecatonia DC.) Caulis multiflorus; folia dissimilia, adpresse pilosa: radicalia membranaceo-vaginata, longe petiolata, inciso-tripartita; caulina tripartita, laciniis linearibus, subsessilia; pedunculi teretes; receptaculum glabrum; sepala reflexa. Frequentissime in provincia Somchetia et in vallibus et in montibus.

*β.* Cauli humillimo, paucifloro. In locis siccis lapidosisque tractus Schuragel et provinciae turcicae Kars.

29. *Ranunculus oreophilus* MB. (R. Villarsii DC.) In tractu Radscha.

30. *Ranunculus caucasicus* MB. Frequenter per Caucasum et Armeniam borealem.

31. *Ranunculus napellifolius* DC. Fortasse R. caucasici varietas humilis et solum diversus caulibus magis pilosis et laciniis foliorum angustatis. Convenit cum illo marginibus foliorum subcartilagineis, pedunculis teretibus et receptaculo piloso. Neutiquam cum R. acri L. aut polyanthemo L. conjungendus. In alpibus somcheticis.

32. *Ranunculus polyrrhizos* Steph. Planta caucasica foliis subcarnosis et sepalis glaberrimis a planta altaica solum differt. In alpibus somcheticis.

33. *Ranunculus nemorosus* DC. In tractu Radscha et in Ossia.

34. *Ranunculus repens* L. *β.* glaberrima, margine foliorum albo-cartilagineo. In Somchetia et Armenia frequentissime.

35. *Ranunculus sceleratus* L. Frequentissime ad lacum Balaeston prope castellum Poti in Mingrelia et in Armenia ubique.

36. *Ranunculus arvensis* L. Frequentissime per totam Armeniam.

37. *Ranunculus lomatocarpus* Fisch. et Mey. In Imerethia et Mingrelia frequentissime.

38. *Ceratocephalus orthoceras* DC. Frequenter in Armenia.

39. *Ficaria ranunculoides* Mnch. Frequentissime per Georgiam.

40. *Ficaria fascicularis* C. Koch. Radix crasse fibrosa, fasciculata; folia subrotundo-ovata, subcrenata; scapus biquadriflorus. Longe differt inprimis calyce semper trisepalo

ab illa specie, quam cl. *Fischer* in DC. prodr. Tom. I. sub voce Ficariae glacialis descripsit, ego vero oculis nondum vidi. In alpibus Ilwensibus.

II. BERBERIDEAE.

41. *Berberis vulgaris* L. In tractu Radscha.

III. PAPAVEREAE.

42. *Chelidonium majus* L. Ubique.

43. *Hypecoum pendulum* L. Ad castellum album in tractu Bortschalo situm.

44. *Glaucium corniculatum* Pers. *β.* tricolor Bernh. In Armenia.

45. *Glaucium luteum* Scop. Ad littora maris nigri orientalia.

46. *Roemeria hybrida* DC. In Armenia trans Araxin sita.

47. *Papaver dubium* L. *β.* laevigatum MB. Capsula brevior, subovata nec oblonga. In Ossia et Radscha ad rivos et fluvios.

48. *Papaver commutatum* Fisch. et Mey. Per Armeniam frequenter.

49. *Papaver commutatum* Fisch. et Mey. *β.* minimum. Planta 2—3pollicaris. In desertis Araxis.

50. *Papaver hybridum* L. In tractu Bortschalo. Differt planta georgica a germanica specie capsula oblongo-clavata, setis creberrimis longis et erectis obsita.

IV. CISTEAE.

51. *Helianthemum vulgare* Grtn. *γ.* obscurum DC. In Armenia boreali.

52. *Helianthemum vulgare* Grtn. *δ.* grandiflorum All. In Ossia, Radschaque frequenter.

V. VIOLEAE.

53. *Viola occulta* Lehm. In tractubus Bambaki et Schuragel.

54. *Viola tricolor* L. In Armenia et Schuragel.

55. *Viola tricolor* L. *β.* arvensis L. Frequentissime in Caucaso, Georgia et Armenia.

56. *Viola Allionii* Pio.? In Ossia.

57. *Viola* an n. sp.? Radix multiceps; caulis brevissimus, subnullus; folia magna, 2 — 3 poll. longa, 1 — 1½ poll. lata, cordato-ovata s. oblonga, crenata, pilis adpressis obsita; petioli longi, 2 — 5-pollicares, alati, pilis brevibus horizontaliter patentibus instructi; stipulae parvae, linearilanceolatae, integerrimae, pilosae; pedunculi filiformes, bipollicares, horizontaliter pilosi, in medio bracteis oppositis perparvis instructi; flos mihi ignotus; capsula subrotunda, pilosa, seminum subpressione tuberculata, sepalis multo brevioribus, ovali-oblongis, pilosis basi instructa; semina glaberrima, plurima, brunneo-flava, ad basin appendice lata, subplana, horizontaliter patente instructa. — In Armenia.

58. *Viola hirta* L. *β.* campestris MB. Saepissime in Georgia.

59. *Viola collina* Bess. Prope urbem Tiflis lecta.

60. *Viola somchetica* C. Koch. (Subgenus Violidium C. Koch: Petala intermedia lateraliter patentia; stylus rectus; stigma bilobo-patellare). Folia cordata, acuta, glaberrima; petioli alati; flores parum longiores; bracteae lineares. In monte Besobdal.

## VI. FUMARIACEAE.

61. *Fumaria Vaillantii* Lois. Ad ruinas Ani in provincia turcica Kars sitas et in Somchetia.

62. *Fumaria parviflora* Lam. In Armenia.

63. *Corydalis angustifolia* MB. In tractubus Bortschalo et Schuragel.

64. *Corydalis Marschalliana* Pers. In tractu Bortschalo altit. ped. 5—6000.

65. *Corydalis alpina* C. Koch. (subgenus Corydalium C. Koch: Radix tuberosa; caulis simplex; folia duo opposita). Sola adhuc hujus subgeneris.

## VII. CAPPARIDEAE.

66. *Cleome iberica* DC. Prope Tiflin.

67. *Cleome virgata* Stev. In tractu Radscha.

## VIII. CRUCIFERAE.

### *a.* Raphaneae.

68. *Crambe orientalis* L. In Armenia.

69. *Raphanistrum innocuum* Sm. Ad littora maris nigri orientalia frequentissime.

### *b.* Brassiceae.

70. *Eruca sativa* L. Ad littora maris nigri orientalia frequentissime.

71. *Diplotaxis biloba* C. Koch. Caulis basi ramosus, foliosus; folia subhispida, petiolata, pinnatifida, pinnataque, pinnis in superiori margine paucidentato-incisa; siliquae (immaturae) longae, patentissimae, brevissime pedunculatae, apice late et profunde bilobae; sepala externa apiculato-aristata. In Armenia prope claustrum Etschmiadsin.

72. *Sinapis arvensis* L. Per Georgiam et Armeniam frequentissime.

73. *Sinapis arvensis* L. *β.* orientalis L. Solum paene a priori siliculis hispidis diversa. In Armenia.

74. *Brassica campestris* L. In Armenia frequenter.

75. *Brassica Napus* L. In Ossia.

76. *Guentheria elongata* Andrz. In Armenia trans Araxin sita.

### *c.* Zilleae.

77. *Calepina Corvini* Desv. In Somchetia frequenter.

*d.* Sisymbreae.

78. ***Malcolmia africana*** RBr. In Armenia frequenter.

79. ***Hesperis inodora*** L. In Armenia boreali.

80. ***Hesperis Steveniana*** DC. In Armenia frequenter.

81. ***Hesperis sibirica*** L. In Armenia.

82. ***Drabopsis*** C. Koch. Plantae annuae aut biennes; racemi radicales; calyx patulus; corolla erecta; stamina tetradynama; glandulae valvares 4; stigma truncatum, sessile; siliqua plana, enervis; semina bi-quadriserialia; funiculus longissimus; dissepimentum enerve. Genus subgeneri Drabellae simillimum, sed siliquis perlongis, non siliculis instructum. A subgenere Arabidopsi (generis Sisymbrii) longe differt seminibus 2 — 4-serialibus. — ***Drabopsis verna*** C. Koch. Planta humillima 1 — 1½ poll. magna. Frequentissime in tractu Schuragel sed in gramine occulta.

83. ***Sisymbrium Loeselii*** L. In Georgia Armeniaque frequenter.

Caulis humilis, decumbens, nec scandens. Tota planta pilis rigidis patentibus hispida. Corolla autem et capsula glabrae. Illa $^1/_2$ poll. longa, lutea. Fauces nudae. Folia rigida, subrotunda, parce aut non dentata, obtusa, subtus hispida. Petioli folio multo breviores. Pedunculi validi, oppositi alternive, folium aequantes aut superantes. Descriptio Retziana cum icone, et descriptio Thunbergiana hanc speciem diserte exponunt.

2. *Thunbergia Drègeana* N. ab E.; volubilis, pubescens, foliis cordato-hastatis triangularibus acutis angulato-dentatis hirtis, petiolis exalatis folium subaequantibus, pedunculis folio longioribus, calycibus 12—14-fidis, bracteolis integerrimis.

Inter frutices circum „Enon" ad flumen „Zondagsrivier" (Uitenhage) alt. II. Novembri c. fructu; inter arbores et frutices ad flumen „Katrivier" prope castellum Beaufort, alt. II. Jul. deflorata (Terra Caffrorum), tum ad „Philippstown" in sylvis montanis alt. III. circa fontes „Katrivier" fluminis (Ceded Territory). Junio c. fr. mat. (Ecklon) ♄.

Similis maxime *Thunbergiae alatae Hook.*, a qua differt imprimis: petiolis angustis nec alatis, pubescentia sparsa

rigidula nec sericante, foliorum sinu baseos latiori, angulis laterum magis patentibus, capsulis glabris.

Tribus III. *ECHMATACANTHI* N. ab E. l. c. p. 75.

*Subtribus II.* RUELLIEAE N. ab E. l. c.

Dipteracanthus N. ab E.

Capsula 12-sperma, inferne compressa, flores solitarii vel fasciculati, axillares, foliaceo-bibracteolati. *N. ab E. in Wall. Fl. As. rar. p.* 75. *Endl. gen. p.* 699. *n.* 4043.

1. *Dipteracanthus pilosus* N. ab E. Caule fruticuloso erecto a basi ramosissimo, foliis ovatis subcordatis obtusiusculis obtusisve supra lineolatis subtus ad venas inque margine et ramorum geniculis hispido-ciliatis, floribus axillaribus solitariis pedicellatis, bracteolis ovalibus petiolatis ciliatis.

Ruellia pilosa *Linn. Willd. sp. pl. III.* 1. *p.* 371. *n.* 32.

In saxosis loco „Kopje" dicto haud procul a flumine „Koegarivier" alt. III.; in collibus inter „Bosjesmannrivier" et „Karrogarivier" et in monte „Bothasberg" alt. III. IV. (Uitenhage) atque ad flumen „Zwartkopsrivier" juxta praedium Pauli Maré, alt. I. (Uitenhage), simili quoque situ alt. II. ad flumen Katrivier ad castellum Beaufort (Terra Caffrorum) alt. II. Floret fructumque perficit a Julio usque in Martium.

Flores in foliorum superiorum axillis, minime terminales, nisi ab observatore fugacissimo visi. Corolla angusta, $^1/_2$ poll. longa et ultra, limbo in nostris destructo. Stamina aequalia, per paria basi connata; antherarum locellus alter demissior. Capsula 8 — 12-sperma. Rami flexuosi, graciles, tetragoni, sulcis oppositis alternatim profundioribus. Folia semipollicaria, pleraque ovata basi obtusa aut subcordata, chartacea, utrinque venis 2 — 3, in costa margineque albohirta, obtusiuscula, nonnulla subrotunda et obtusissima, supra

grosse lineolata et fere glabra. Pedunculus petiolo brevi paulo longior. Genicula setulis cincta; ramuli autem superius glabri, nec nisi inferius hirtuli.

2. *Dipteracanthus cordifolius* N. ab E. Caule suffruticoso ramoso pubescente, foliis cordato-ovatis obtusis ramisque undique pubescentibus, floribus axillaribus pedunculatis, bracteolis ovalibus petiolatis.

„Uitenhage" loco non accuratius indicato.

Species a *Dipteracantho piloso* distinctissima: foliis undique cum caule patente-pilosis, magis cordatis (infimis subrotundis), corollis magis hirtis, antherarum locellis parallelis aequalibus.

### Ruellia Linn.

Capsula 6 — 8-sperma, a basi seminifera, tetragona. Corolla infundibuliformis, tubo sensim in fauces dilatato. Antherae muticae. Spicae breves foliaceae. *N. ab E. in Wall. pl. As. rar. III. p.* 75. *Endl. Gen. p.* 699. *n.* 4047.

1. *Ruellia cirsioides* N. ab E. Foliis oblongo-lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis subcrenulatis subtus pubescentibus costa valida ramisque dense hirtis, capitulis axillaribus terminalibusque ovatis, bracteis magnis imbricatis reticulatis setoso-ciliatis, corolla parva tubulosa.

In confragosis rupestribus alt. II. ad pedem montium Chumi prope castellum Beaufort ad flumen Katrivier (Terra Caffrorum). Julio cum fructu fere maturo. ♄. (Ecklon).

Fruticulus memorabilis, procumbens, adscendens, ramosus, spithamaeus, ramis flexuosis dense hirsutis. Folia (Apargiae) 4 — 5 poll. longa, 10 — 11 lineas lata, obtusiuscula, basi cuneatim attenuata in petiolum, chartacea, viridia, obsolete repando-crenulata, minutim lineolata, supra (costam si excipis), glabra, subtus pilosula, venosa, costa, praesertim basin versus, crassa et hirta. Spicae capitatae, axilla

res minores, terminales majores ($1\frac{1}{2}$ poll. longae), brevipedicellatae, bracteis 2 oppositis paulo minoribus suffultae. Bracteae communes florum exteriores, sive involucrales, 6—8 imbricatae, $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ poll. longae, oblongae, spinoso-acuminatae margineque dense setoso-ciliatae, pallidae, venoso-reticulatae, glanduloso-punctatae, glabrinsculae, costa crassa ferrugineo-hirta. Bracteae interiores minores, membranaceae, lanceolatae, acuminatae ciliolatae. Calycis laciniae usque ad basin fere discretae, subaequales, subulatae, setaceo-acuminatae, membranaceae, ciliatae. Corolla parva, 3 lineas longa, tubulosa, glabra, 15-nervis; limbi laciniis brevibus aequalibus obtusis apice glandulosis (?) peracta anthesi cohaerentibus, quo facto corolla, inferius ab uno latere increscente capsula disrupta, calyptrae ad instar capsulae vertici inhaeret. Stamina quatuor, aequalia; filamenta basi per paria contigua, glabra, faucibus inferne inserta, apice incurva; antherae bilocellatae, locellis parallelis, altero paulo demissiore basi submucronato; margines suturarum hirtae. Capsula crassa, 5 lin. longa, subtetragona, mucronata, laevis, glabra, lutea, valvularum dorso medio sulcato, ad basin ferme bilocellata et inde a basi 6-sperma. Retinacula valida et semina compressa.

2. ***Ruellia nana*** N. ab E. Foliis oblongo-lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis crenulatis glabris costa valida sparsim pilosa, ramis hirtis, capitulis ovatis axillaribus oppositis nutantibus, bracteis magnis imbricatis reticulatis subciliatis, corolla infundibuliformi-campanulata.

In ripa dextra fluminis „Zwarte Key Rivier" (Tambukiland) in campis Mimoseis, alt. III — V. Floret et fructificat Novembri et Decembri. ♃. Ecklon.

A ***Ruellia cirsioide*** differt: foliis glabris, sola costa media subtus paucis pilis conspersa nec dense tomentoso-

hirta, et floribus duplo majoribus infundibuliformibus, limbi laciniis ovatis obtusis sat conspicuis. — Planta spithamaea. Folia fere 2 poll. longa, 1/2 poll. lata. Capitulum vix pollicare.

Asystasia Blume.

Capsula longo tractu a basi asperma, compressa, in superiori parte tetrasperma. Corolla infundibuliformis. Antherae erectae, locellis parallelis. Calyx quinque-partitus. — Spicae aut racemi laxi, secundi, bracteis bracteolisque parvis. *N. ab E. l. c. Endl. Gen. p.* 701. *n.* 4057.

1. *Asystasia capensis* N. ab E. glabra, caule erecto ramoso tetragono, foliis oblongis a basi subcordata angustatis obtusiusculis supra minutim lineolatis margine scabris, racemis terminalibus solitariis brevibus (secundis ut in omnibus hujus generis), bracteis calycibusque subulatis.

Ruellia cordifolia *Thunb. Fl. Cap. II. p.* 480. *n.* 5?

In collibus inter flumina „Bosjesmanrivier" et „Karregarivier" (Albany) alt. II. et ad castellum Beaufort in finibus Terrae Caffrorum (Ceded Territory) alt. II. Octobri cum floribus. 4. (Ecklon.)

Species, ab Asiaticis hujus generis speciebus satis distincta foliis a basi fere triangulari-attenuatis, basi latiuscule (nec profunde) cordatis, brevissime petiolatis (1 1/2 — 2 poll. longis, 1/2″ ad basin latis). Corolla 1/2 poll. longa, dense viscidulo-pubescens, coerulea (?).

Adnot. *Ruellia cordata Thbg.* (nec *Vahl*) ob folia „unguicularia" dubia est.

Chaetacanthus N. ab E.

Capsula oblonga, depresso-tetragona, rigidula, in medio tetrasperma. Calyx profunde quinquefidus, laciniis longis setaceis rigidis. Corolla infundibuliformis, tubo hinc gibboso, limbo aequali. Antherae cordatae, locellis subparallelis

basi muticis. — Flores axillares, sessiles, basi bracteolis duabus subulatis. *N. ab E. in Lindl. Introd. ed.* 2. *p.* 445. *Endl. Gen. p.* 699. *n.* 4042.

Genus proximum *Dyschoristae N. ab E.* in *Wall. Plant. As. rar. III. p.* 75. *n.* 11, diversum capsula in medio, nec basi, seminifera, calycis laciniis longissimis setaceis demum magis rigescentibus et pallentibus, staminibus duobus, reliqua ut taceam.

1. *Chaetacanthus Persoonii* N. ab E.

*α.* Foliis obtusis pubescenti-scabris.

Ruellia setigera *Pers. Syn. II. p.* 176. *n.* 9.

Ruellia aristata *Thunb. Fl. Cap. ed. Schult. II. p.* 479. *n.* 2.

*β.* Foliis obovato-cuneatis acutiusculis glabris.

*γ.* Grossus, calycibus ventricosis oblongis ovatisve (semipollicaribus), laciniis conniventi-parallelis aucto numero; ventre farcto planta quadam myceloidea candida; scilicet fibris simplicibus strictis fragilibus pellucidis granulis rotundis pellucidis diametro fibrarum paulo latioribus creberrimis conspersis. —

Var. *α.* In monte „Bothasberg" (cum var. *γ.*); ad flumen, „der grosse Fischfluss" dictum, et in collibus inter Bosjesmanrivier et Karregarivier alt. II. (Albany); in collibus calcareis ad flumen Zwartkoprivier ad praedium Pauli Maré; in sylvis primaevis ad „van Stadensrivier" „Curirivier" et in Krakakammae montibus alt. I. et ad Adow alt. III. (Uitenhage). (Ecklon.)

Var. *β.* In Terrae Caffrorum monte „Winterberg" alt. V et VI, et ad Philippstown iisdem in montibus (Ceded Territory, Ecklon). Floret a Martio in Octobrem. 4.

Fruticulus parvus, repens. Flores pubescentes, rosei?

Var. *β.* minor est, ramis magis coarctatis, floribus magis sparsis, calycis laciniis paulo brevioribus glabris.

*Subtribus III.* BARLERIEAE N. ab E. l. c.

Barleria Linn. *N. ab E. l. c. p.* 91. *Endl. Gen. p.* 701. *n.* 4061.

Sect. I. Propriae *N. ab E. in Wall. pl. As. rar. III. p.* 92.

a. 2. *Axilliflorae N. ab E. l. c.*

1. *Barleria obtusa* N. ab E. Fruticosa, hirta, subglandulosa, foliis ovalibus obtusis basi acutis petiolatis, pedunculis axillaribus brevibus, bracteolis linearibus recurvis, calycis laciniis majoribus aequalibus oblongo-linearibus obtusis nervoso-reticulatis, interioribus brevioribus linearibus angustis. ♄.

*α.* Pedunculis unifloris petiolum subaequantibus.

In dumetis montis „Bothas" haud procul a flumine, „der grosse Fischfluss", dicto, alt. II. III. (Albany). Ecklon. Februario, Martio et Aprili floret, Julio mense cum fructu maturo absque floribus inventa est.

*β.* Pedunculis trifloris aut cymoso-trifidis petiolo longioribus, caule foliisque magis hirsutis.

Circum fluvium „Zwartkoprivier" alt. I. ad praedium Pauli Maré cum var. *α.* (Uitenhage) Martio.

Affinis *Barleriis pilosae* et *longiflorae*, sed abunde distincta charactere hic adlato. — Variat: Calyce ob alteram laciniam latiorem bipartitam ad speciem quinquefido. Corolla infundibuliformis, coerulea, venis saturatioribus.

Sect. III. Prionites *N. ab E. l. c. p.* 93.

2. *Barleria pungens* L. Fruticosa, divaricata, bracteis bracteolisque lanceolatis apice spinosis spinuloso-ciliatis, foliis ovatis spinulose-mucronatis brevissime petiolatis pilosis, calycis laciniis exterioribus maximis ovatis spinoso-acuminatis denseque ciliatis 7-nervibus hirtis. *Thunb. Fl. Cap. II.*

*p.* 458. *Eklon. Herb. Cap. n.* 560. In districtu Cap.; in monte „Bothas", juxta flumen „der grosse Fischfluss" dictum, alt. III. (Albany); in collibus karroideis inter „Zwartkoprivier" et „Zondagrivier" flumina; ad praedium Pauli Maré juxta flumen „Zwartkoprivier" alt. I.; in jugo montium inter „Coega" et „Zwartkoprivier" alt. II.; in campis subarenosis ad flumen „Zwartkoprivier" alt. I.; in sylvis primaevis Krakakammae alt. I.; ad „Port Elizabeth"; ad Leuwenfontein inter Konab- et Katrivier flumina Uitenhage (Ecklon). Floret Februario et Martio, fructus maturat Julio et Augusto. ♄.

Differt a reliquis Prionitibus amplitudine laciniarum calycis exteriorum.

Corolla elongato-infundibuliformis, coerulea venis obscurioribus reticulata.

Variat foliis magis minusve villosis atque incanis.

3. *Barleria irritans* N. ab E. Fruticosa, coarctata, bracteis bracteolisque lanceolatis apice spinosis spinoso-dentatis, foliis caulinis ovato-oblongis spinuloso-denticulatis acuminatis apice spinosis, ramulorum ovatis mucronatis mucronato-denticulatis, brevissime petiolatis glabris nitidis (lineolatis), calycis laciniis exterioribus maximis oblongis spinoso-acuminatis et remote setoso-ciliatis septemnervibus scabris.

*β.* Calycis laciniis majoribus ex elliptico-oblongis, ramis magis divaricatis et flexuosis.

Var. *α.* in collibus graminosis Adovensibus inter Zondagrivier et Bosjesmanrivier flumina; solo karroideo ad Coegarivier trans montes „Winterhoeksbergen" alt. III. (Uitenhage).

Var. *β.* in jugo, deserto karroideo intercepto, alt. II et III, ad flumen „Rivierzondereind"; prope „Groenewaldts Plaats, Assagai-Kloof", et in jugis inde ad flumen „Breederivier" procurrentibus (Zwellendam).

Septembri cum floribus fructuque maturo. ♄.

Distincta species videtur. Fruticulus erectus, gracilis, inferne cortice albo glabro vestitus, superne coarctato-ramosus, ramis bifariam alternatimque strigiloso-vittatis. Folia minora quam in *B. pungente* (caulina inferiora circiter $^1/_2$ —$^2/_3$ poll. longa et ad basin 3 lin. lata, ramea breviora nec angustiora), tenuiora, petiolo paulo evidentiore praedita, mucronulato-denticulata, nec ciliata, glabra, evidentissime lineolata; majora ramorum principalium in acumen longius spiniforme attenuata margineque argutius spinuloso-denticulata. Bracteolae pauciores, quam in *B. pungente*, saepe duae tantum sub singulo flore. Flores gemini in pedicello brevissimo. Calycis laciniae majores pollicem longae et infra medium 3 lineas latae, leniter in acumen spinescens attenuatae, nitidulae, subtus scabrae, margine setis longis spinulosis patentibus distantibus ciliatae, haud evidenter reticulatae, rigidiores, (quae in *B. pungente* 9—10 lin. longae et 4 lineas latae, ovatae, cuspidato-acuminatae, margine setis brevioribus infirmioribus erecto-patulis ciliatae, hirtae, evidentius reticulatae ac tenuiores). Lacinia inferior paulo brevior, apice quandoque bifida. Descriptio *Barleriae pungentis* apud Thunbergium utrique convenit, ut aptius forsan nomen hoc triviale penitus supprimeres.

*Subtribus IV.* ACANTHEAE N. ab E. l. c.

Blepharis Willd. *N. ab E. l. c. p.* 97. *Endl. Gen. p.* 703. *n.* 4068.

1. *Blepharis saturejaefolia* Pers. *Syn. II. p.* 180. *n.* 5.

Var. *β.* bracteolis ovali-oblongis convexis apicem versus glochideo-ciliatis.

Acanthus integrifolius *Thunb. Fl. Cap. II. p.* 456.

In collibus graminosis Adovensibus alt. III.; in montibus fluminum „Van Stadensrivier" et „Kaurizrivier"; in Kraka-

kammae jugo alt. III et IV. (Uitenhage); tum in deserto, in ripa dextra fluminis „Zwartekeyrivier" alt. III et IV. (Tambukiland in campis Mimoseis). Floret a Decembri in Majum usque. ♄. Caulis filiformis, hispidus. Folia oblongo-lanceolata, subquaterna, hirta. Setae bractearum purpurascentes. Bracteolae infimae exiguae, subnudae. Flores lutei.

Acanthodium Delile. *Endl. Gen. p.* 703. *n.* 4072.

Staminum minorum locellus in connectivo recto elongato styliformi lateralis, stipitatus, connectivi longitudine. Spicae terminales, aut, propter ramulos brevissimos ad speciem axillares, bracteis imbricatis spinosis tectae, a basi florentes. Bracteolae oppositae, lineares. Perianthii lacinia superior et inferior oblongo-lineares, truncatae; laterales duplo breviores. Corollae labium quinquelobum.

1. *Acanthodium capense* Del. Fruticosum, erectum, foliis primariis spinescentibus, bracteis utrinque tri-quadrifariis, ramulis florentibus longiusculis.

Acanthus capensis *L. Thunb. Fl. Cap. II. p.* 455. *n.* 3.
Blepharis Capensis *Pers. Syn. II. p.* 180. *n.* 1.
Blepharis furcata *Eckl. pl. Cap. n.* 563.

*α.* Foliis axillaribus lanceolatis molliter spinosis, bracteis utrinque tridentatis.

*β.* Foliis axillaribus oblongis molliter spinosis bracteis utrinque quadridentatis.

*γ. Leucographus*, foliis axillaribus lanceolatis valide spinosis, spinis costaque albis.

*δ. Villosus*, bracteis villoso-canescentibus.

Ad praedium Pauli Maré in vicinia fluminis „Zwartkopsrivier" alt. I., in collibus karroideis ad flumina „Zondagrivier", „van Stadensrivier", „Curirivier" et in jugo Krakakammae (Uitenhage); in Karro prope „Gauritzrivier" fluvium (Distr. Georgi); in fruticetis montis „Konabshoogde" inter

„Konab" et flumen „Fischrivier", et ad castellum Beaufort in finibus Terrae Caffrorum (Ceded Territory) alt. II. (Ecklon.)

Var. δ. in fruticetis solo karroideo calcareo alt. II. inter Zondagrivier et Coegarivier flumina, Majo c. fl. et fr. (Ecklon.)

Floret per omnem fere annum. ♄.

Frutex humilis, rigidus. Folia primaria caulis et ramorum subulata, spinescentia, inferius utrinque dentibus 1—2 spinosis armata; superiora majora. Ramuli axillares aut abortivi aut breves, foliorum aliquot paribus in fasciculum confertis oblongis lanceolatisve petiolatis dentibus nonnullis (2—3 utrinque) parvis spinulosis praeditis. Flores lutei.

2. *Acanthodium sinuatum* N. ab E. suffruticosum, procumbens, foliis oppositis oblongis sinuato-pinnatifidis bracteisque ovatis nervosis valide spinosis incanis, ramo spicigero subradicali erecto.

In rupestribus alt. II. inter Grahamstown et montem Bothas (Albany), Julio cum floribus. ♄. Vidi exemplum unum (Ecklon). Distincta species, bracteis fere *Acanthodii Capensis*, sed floribus coeruleis *Acanthodii* procumbentis. Rami steriles, breves, procumbentes. Radix recta, perpendicularis.

3. *Acanthodium procumbens* Del. Fruticosum, procumbens, foliis oppositis lanceolatis bracteisque setaceo-ciliatis, ramulis spicigeris brevissimis.

Acanthus procumbens *Linn. Thunb. Fl. Cap. II. p.* 456.

Ad praedium Pauli Mare haud procul a flumine „Zwartkopsrivier" alt. I—III. solo argillaceo-arenoso. (Uitenhage). ♄. (Ecklon.)

Flores coerulei.

Dilivaria Juss. *N. ab E. l. c. p.* 98. *Endl. Gen. p.* 703. *n.* 4069.

*Dilivaria horrida* N. ab E. Fruticosa, foliis lanceolatis pinnatifidis squamoso-spinosis, spicis terminalibus axillaribusque conicis, bracteis palmato-spinosis.

In monte Kamiesberg alt. II — III. solo argillaceo (Namaqualand). ♄. Floret Novembri.

Species distinctissima. Differt a reliquis Dilivariis caule ramoso distorto foliis (Cardui nutantis) horrido, et bracteis spinosis, quae obovatae, septemnerves, nervis utrinque ternis subpalmatis medio solitario; e margine supero quinque excurrunt spinae validae subulatae, interjectis singulis minoribus. Superficies bractearum, uti et foliorum, minute strigilosa; spinae subciliatae. Bracteolae setaceae, calyce duplo breviores, ciliatae. Calycis laciniae duae majores, ovatae, nervosae, sericeo-ciliatae, quarum superior paulo major, acutiuscula, amplectens inferiorem bidentatam. Corolla fere *Acanthodii capensis*, paulo minor, lutea, labio quinquelobo. Stamina aequalia. Antherae aequales, basifixae, a tergo latereque (sterili) villosae. Capsula Dilivariae, sed basi disperma, ovata, compressa. Folia circiter $1\frac{1}{2}$ — 2 poll. longa, rigida, nitida, sessilia, basi utrinque brevi spatio decurrentia.

An genus proprium?

*Dilivaria ilicifolia* Juss. *N. ab E. in Wall. pl. As. rar. III. p.* 98.

Var. *Micrantha.* In districtu Uitenhage legit Wendemann. Vidi specimen I. A *Dilivaria ilicifolia* Ind. or. haud differt, nisi flore duplo minore.

*Subtribus V.* JUSTICIEAE N. ab E. l. c.

Rhytiglossa N. ab E. *in Lindl. Introd. ed. 2. p. 444. Endlicher Gen. p. 705. n. 4084.*

Stamina duo. Antherarum locelli oblique unus super altero positi, discreti, mutici. Labium inferius fornicatum, breviter trifidum, rugosum, limbo depresso. Capsula basi compressa, superne bilocularis; fundo tetraspermo. Spicae axillares vel terminales, bracteolis parvis, bracteis majoribus persistentibus.

Differt a *Gendarussa* antherarum locellis muticis magis transversis et palato labii regulariter rugoso; a *Beloperone* labio superiore incurvo palatoque. Locus in systemate post *Adhatodam.*

1. *Rhytiglossa ciliata* N. ab E. spicis axillaribus folio brevioribus pauciflоris.

Justicia capensis *Eckl. Herb. Cap. un. it. n.* 556. (Ex parte.)

Inter frutices in campis ad flumen „Zwartkopsrivier" solo argilloso cum ligno putrefacto mixto et in sylvis primaevis jugi „Olifantshoek" ad flumen „Bosjesmanrivier" alt. I. (Uitenhage.) ♄. (Ecklon.) Floret a Martio in Octobrem.

Frutex ramosissimus, erectus, flexuosus. Rami patentes, lineis quatuor excavatis praediti, superius imprimis pilis recurvis subseriatis vestiti. Folia (in nostris) unguicularia (primaria autem caulis desunt), ovata aut ovato-oblonga, utrinque pilosula, petiolata, petiolo ciliato; floralia minora, magis ciliata, approximata. Spicae parvae, axillares, folio breviores idve subaequantes, brevissime pedunculatae, ovales aut cylindricae. Bracteae membranaceo-marginatae, ciliatae; communis spathulata, calycem aequans aut excedens; propriae lineari-subfalcatae, calycem aequantes aut eo brevio-

res. Calyx profunde quinquepartitus, laciniis aequalibus lineari-lanceolatis acutis margine membranaceis ciliatis superiore angustiore. Corolla calyce duplo longior, purpurascens, glabra; labium superius fornicatum, apice bifidum, inferius late ovale, convexum in medio oblique rugulosum, apice breviter trifidum laciniis subaequalibus obtusis ciliatis. Filamenta basi barbata. Connectivum subsecuriforme. Capsula oblonga, glabra, calyce paulo longior, a basi ad $^1/_3$ sterilis compressa, ad fundum locelli tetrasperma.

2. ***Rhytiglossa origanoides*** N. ab E. spicis axillaribus terminalibusque paniculatis glanduloso-villosis confertis, foliis ovatis acutiusculis cauleque ramosissimo stricto hirsutis.

In sylvis primaevis jugi „Olifantshoek" ad flumen „Bosjesmanrivier" alt. I. Octobri cum fr. mat. ♄. Ecklon.

Forma fere *Origani vulgaris*. Pedalis et altior. Differt a ***Rhytiglossa Eckloniana*** caule rigidiori stricto, ramis minus divergentibus, crebris tamen, hirsutie densiori, foliis majoribus conformibus, spicis brevioribus densioribus, floribus contiguis, aliis axillaribus aliis terminalibus paniculam multifloram exhibentibus, bracteis oblongo-ovalibus, calycis laciniis brevioribus, capsula calyce duplo longiore, quae parum in illa est calyce longior.

3. ***Rhytiglossa Eckloniana*** N. ab E. spicis terminalibus subsecundis glanduloso-villosissimis laxis, foliis inferioribus ovalibus superioribus ovato-subrotundis decrescentibus, bracteolis lineari-lanceolatis.

In sylvis primaevis regionis „Olifantshoek" ad flumen Bosjesmanrivier, alt. I. (Uitenhage). ♄. (Ecklon.)

Fruticulus circiter pedalis, a basi patenti-ramossissimus, inferne teres et glaber. Rami pilis recurvis hirsuti lineisque longitudinalibus insculpti, gracilescentes. Folia inferiora circiter $^1/_2$ pollicem longa, petiolo aequilongo, ovalia aut sub-

ovata, acutiuscula, utrinque grosse lineolata, hirta, venis costalibus utrinque 3 — 4-nis, distinctis. In ramulis florentibus folia decrescunt, ex ovatis obtusisque evadunt subrotunda, petiolisque sensim sensimque minoribus praedita, subsessilia ad extremum apparent. Flores in apicibus ramulorum approximati, subsecundi. Bracteae oppositae, cuneiformes, acutiusculae, sessiles, calyces subaequantes, uti bracteolae et calyces pilis longis patentissimis capitulo glanduloso terminatis flavicantibus villosissimae, altera sterilis. Bracteolae et calycis laciniae lanceolato-lineares, acutae, subaequales. Corolla 5 lineas longa, incarnata, subtus ad nervos pubescens. Labia aequalia, ovata; superius obtuse bidentatum, latere reflexum; inferius ovale, brevi ab apice trifidum, laciniis obtusis conniventibus, media latiore; palatum transversim rugosum, trinerve. Antherarum loculi valde distantes. Capsula oblonga, acuta, compressa, ad $^1/_3$ a basi plana sterilis, hinc tretrasperma, laevis, glabra, utrinque ad suturam linea impressa notata.

Gendarussa N. ab E. in *Wall. pl. As. rar. III. p.* 76 *et* 103. *Endl. Gen. p.* 705. *n.* 4083.

Stamina duo. Antherarum loculi oblique unus super altero positi; inferior calcaratus. Labium superius fornicatum. — Inflorescentia; aut spica bracteolis parvis, bracteis vel parvis persistentibus, vel latioribus deciduis; aut flores axillares vel solitarii vel fasciculati, bibracteolati.

*Divisio C. Axilliflorae* l. c.

1. *Gendarussa Capensis.* Justicia Capensis. *Thunb. Fl. Cap. II. p.* 478. *n.* 1.

Calcar loculi inferioris loculi longitudine, subulatum. ♄.

Var. *α.* Foliis oblongo-lanceolatis (1 — 1 $^1/_2$ poll. longis) caulequc pubescenti-canis.

In collibus inter flumina „Bosjesmanrivier" et „Karregarivier" alt. II. et in monte „Bothasberg" ad flumen

„der grosse Fischfluss" dictum alt. III. (Albany). Octobri cum floribus.

*β. Obovata*; foliis obovatis, floribus oppositis subternis quaternisve, bracteola utrinque folio simili at minori suffultis.

Justicia n. 555. *Eckl. Herb. Cap.*

Inter frutices densos collium ad flumen Zwartkopsrivier alt. II. ibidemque ad praedium Pauli Maré alt. I. (Uitenhage). Ab Aprili in Septembrem. (Ecklon.)

Flores purpurei, pubescentes.

2. *Gendarussa cuneata* Vahl. Fruticosa ramosissima, glabra, novellis ramulis scabriusculis, ramis divaricatis, floribus axillaribus sessilibus solitariis alternis, bracteolis linearibus calycem aequantibus, locello antherarum infero calcarato, calcare subulato longo incurvo, foliis cuneiformibus sessilibus subaveniis crassis, inferioribus emarginatis superioribus plerisque obtuse mucronulatis. *Vahl. En. I. p.* 163. ♄.

*β. Hirtula*, pubescenti-hirta, corollae tubo brevi, bracteolis oppositis linearibus calycibusque ciliatis, locello antherarum infero calcarato calcare brevi truncato, foliis obtusis subsessilibus glabriusculis, ramis pubescenti-scabris.

In planitie inter montes Krakakammae et „Van Stadensrivier" fluvium, alt. II.; circa flumen „Zwartkopsrivier" ad praedium Pauli Maré, alt. I. (Uitenhage), Januario cum floribus. ♄. (Ecklon.)

A Gendarussa hyssopifolia differre videtur floribus sessilibus et foliis infimis emarginatis; sed multis etiam specimiuibus folia ad unum fere omnia integra sunt. Probabiliter *Gendarussa hyssopifolia β. longebracteata* ad hanc speciem pertinet.

Var. *β.* differt etiam foliis neutiquam emarginatis. An propria species?

3. *Gendarussa incana* N. ab E. Fruticosa, ramosa, rigida, foliis lineari-cuneatis acutiusculis sessilibus aveniis ra-

misque junioribus dense subtilissimeque cano-tomentosis, floribus axillaribus sessilibus alternis, bracteolis caducis, capsula coriacco-membranacea pallida opaca.

*β. Villosa*; foliis superioribus villis longis glandulosis conspersis.

In deserto Karro et circa „Graaf Reynet"; in Karro, prope castellum Beaufort, alt. II—IV. (Ecklon.) Ad Nieuwefeld in districtu Beaufort (Drège). Floret Aprili et Majo. ♄.

Var. *β.* In monte „Winterhoeksberg" alt. II et III., solo arenoso. Julio et Augusto. Specimen mancum. (Ecklon.)

Quod ad folia accedit *Gendarussae orchioidi*, sed differt integumento omnium partium cano, floribus sessilibus et capsula minore haud lignescente.

4. *Gendarussa hyssopifolia* N. ab E. Fruticosa, glabra, floribus axillaribus pedunculatis, pedunculo folio multo breviori uni-trifloro in medio bibracteolato, locello antherarum infero calcarato calcare subulato longo incurvo, foliis oblongo-lanceolatis obtusis in brevem petiolum attenuatis subaveniis crassis.

*α.* Bracteolis brevibus squamiformibus. ***Ecklon. Herb. Cap. un. it. n.*** 552. Justicia hyssopifolia ***Linn. Vahl. En. I. p.*** 162. ***R. et Sch. S. V. I. p.*** 164.

?*β. Longebracteolata*, bracteolis pedunculi spathulato-lincaribus internodio suo longioribus.

In collibus karroideis inter „Coega" et „Zwartkopsrivier" flumina (Uitenhage). Octobri. ♄.

Differt a cultis nostris Canariensibusque spontaneis bracteolis longis, quae in his fere squamiformes et subsequente internodio breviores sunt. Sed reliqua omnino congruunt. An potius ad *Gendarussam cuneatam* (n. 2.) referenda?

Fruticulus humilis, distortus, rigidus, valde difformis.

5. *Gendarussa orchioides* N. ab E. Fruticosa, ramosissima, ramis fastigiatis apice foliisque lanceolato-linearibus lanceolatisve sessilibus acutiusculis glaucis aveniis in juventute pruinoso-puberulis, floribus axillaribus alternis, pedunculo subunifloro in medio bibracteolato, capsula grossa lignescente.

*α. Angustifolia*, caule fastigiato coarctato gracili, foliis lanceolato-linearibus distantibus, floribus subsessilibus, bracteolis linearibus.

Justicia orchioides *Hort. bot. Vratislav. Vent. Jard. de Malm. t.* 51.

*β. Latifolia*, caule patulo rigido, foliis lanceolatis aut oblongo-lanceolatis magis approximatis, pedunculo folia aequante aut superante uni-bifloro, bracteolis brevibus ovatis oblongisve.

Var. *α.* juxta flumen „Olifantsrivier" et fontem „Brackfonteyn" (Clan Willian) solo arenoso Septembri et Octobri cum floribus.

Var. *β.* Cum praecedente, et in montibus „Kanaquas" alt. I. locis sabulosis Septembri cum flore fructuque. ♄. (Ecklon.)

16. *Gendarussa pygmaea* N. ab E. Fruticosa, glabra, floribus axillaribus pedunculatis, pedunculo uni-trifloro folio suo paulo breviori aut ejusdem fere longitudinis in medio bibracteolato, bracteolis ovatis brevibus, loculi antherarum inferioris calcare longo subclavato incurvo, foliis lanceolatis ovalibusve utrinque acutiusculis sessilibus aveniis crassis glaucis.

Inter frutices deserti Karroidei circa „Coega" et „Zwartkopsrivier" flumina (Uitenhage) alt. II. Octobri (cum *Gendarussa hyssopifolia β. longebracteata* promiscue).

Differt a *Gendarussa hyssopifolia* floribus duplo minoribus minus hirtis, calcare antherarum obtuso, foliis glau-

cescentibus duplo minoribus, (1 — 3 lin. longis) plerisque acutis superioribus magis distantibus magisque diminutis, quo denique efficitur, ut pedunculi folia aequent, quae his in locis magis latescunt et elliptica aut subovata inveniuntur, calycis laciniis brevioribus latioribus. — Bracteolae magis accedunt ad bracteolarum *Gendarussae hyssopifoliae* var. *α.* formam, quam ad illas var. *β.*, hinc vere media intercedit inter utrasque, quod ad folia ceterum magis inter sese, quam cum *G. orchioide*, congruentes.

7. *Gendarussa diosmophylla* N. ab E. Fruticosa, rigida, patenti-ramosissima, ramulis novellis strigiloso-vittatis, floribus axillaribus pedunculatis, pedunculo unifloro folium aequante inferius bibracteolato, bracteolis lanceolatis, locelli antherarum inferioris calcare obtuso, foliis ramorum ovatis subcordatis mucronato-acutis subdenticulatis sessilibus basi appressis apice recurvis crassis internodio brevioribus.

In regione fluminis „Zwartkopsrivier" ad praedium Pauli Maré, alt. I. (Uitenhage). ♄. Februario cum flore fructuque. (Ecklon.)

Omnium haec est rigidissima, caule ramisque crassiusculis pungentibus fastigiatis patulis. Folia inferiora oblonga aut ovalia; ramorum et ramulorum a 3 lin. longis, 2 lin. latis in $1^1/_2$ — 1 lin. longa, 1 — $^2/_3$ lin. lata decrescentia, apice mucronato-acuto patenti-recurva, viridia, obscure trinervia, glabra. Flores in superiorum foliorum axillis solitarii, pedicello crasso. Bracteolae setuloso-ciliatae, sicuti et calycis laciniae, quae lineari-subulatae rigideque acutatae. Corolla alba aut purpurascens, strigiloso-pubescens, 3 lineas longa. Labium superius ovatum, obtusum; inferius profunde trifidum, laciniis obtusis, media paulo latiori. Capsula 5 lin. longa, ultra medium compresso-sterilis, acuta, punctulato-aspera, lignescens at tenuior ac *G. orchioidis* capsula, nitida, rufescens.

8. *Gendarussa patula* N. ab E. Fruticosa, glabra, erecta, ramis omnibus oppositis patentibus viridibus, floribus axillaribus pedunculatis, pedunculo unifloro foliolum florale saepe aequante sub flore bibracteolato, bracteolis oblongis obtusis calycisque laciniis lanceolatis subtilissime pubescenti-subglandulosis, antherarum locello infero calcarato, foliis ramorum principalium oblongis in petiolum attenuatis triplinervibus, ramulorum saepe minimis obovatis retusisve distantibus, omnibus glabris (margine scabris) crassiusculis viridibus.

Justicia patula Lichtenst. *R. et Sch. S. V. I. p.* 164. *Willd. Sp. pl. ed. Dietr. I.* 1. *p.* 404. (Uitenhage). Fl. Augusto et Septembri. ♄. (Ecklon.)

Characterem, ut facilius dignoscatur, pluribus jam exposui. Virore ramorum distincta species, eleganter opposite ramosa, geniculis incrassatis, internodiis longis, Visci aliqua similitudine. Flores apertos non vidi.

9. *Gendarussa protracta* N. ab E. Suffruticosa, floribus axillaribus solitariis alternis sessilibus, corollae tubo angusto, bracteolis ovali-spathulatis, locelli antherarum inferioris calcare brevi acuto bifidove, foliis ovali-ovatove oblongis obtusis aut mucronulato-acutis longiuscule petiolatis glanduloso-hirtis, ramis elongatis strictis retrorsum hispidis, internodiis elongatis.

Justicia capensis *Thunb. Fl. Cap. II. p.* 178. (descr.)

Justicia capensis var. *β.* glandulosa *Willd. Sp. pl. ed. Dietr. I.* 1. *p.* 404. (nec descr.)

*β. Microphylla*; floribus subsessilibus, bracteolis linearibus, foliis ovato-ellipticis aut subrotundis obtusis retusisve in petiolum longiusculum acutatis geniculisque subciliatis.

*β. α. Laxior*; foliis omnibus distantibus praeter margines glabris, rarius retusis.

*β. β. Strictior*; coarctata, foliis ramulorum internodia subaequantibus subtus hispidulo-scabris saepe retusis subrotundis, caule etiam magis scabro.

Var. *α.* Inter frutices in campis ad flumen Zwartkopsrivier et in collibus ad Elizabeth alt. III. (Uitenhage); in montibus „Bosjesmanrivierhoogde" dictis, etiam in vicinia urbis „Grahamstown" (Albany) alt. II et III. et inter flumen, „der grosse Fischfluss" dictum, et Terram Caffrorum (Ceded Territory), alt. II.

Var. *α.* et *β. β.* promiscue.

Var. *β. α.* in vicinia missionis Balfourensis ad flumen Katrivier (Ceded Territory).

Var. *β. β.* in monte „Konabshoogde" prope Castellum Beaufort in finibus Caffrorum (Ceded Territory), alt. II. Floret et fructum fert, a Junio in Octobrem. ♃. (Ecklon.)

Differt a *Gendarussae Capensis var. β. obovata*: foliis internodiis duplo, quandoque et triplo brevioribus, saturate viridibus, et floribus tum in universum minoribus, tum ratione longitudinis, duplo angustioribus (probabiliter albis aut luteis). Folia pilis rigidulis glandulosis inspersa et parvis pustulis flavicantibus, absque ordine positis, asperula. Caulis magis vel minus hirsutus.

10. *Gendarussa leptantha* N. ab E. herbacea, pubescens, floribus axillaribus oppositis sessilibus, corollae tubo elongato filiformi, bracteolis ovalibus petiolatis, locelli antherarum inferioris calcare brevi obtuso, foliis ovatis obtusis petiolatis hirsutis, ramis diffusis.

In sylvis primaevis jugi „Olifantshoek" ad flumen „Bosjesmanrivier" (Uitenhage), alt. I. Septembri cum floribus fructuque. ♃. (Eckion.)

A *Gendarussa protracta*, sic uti ab omnibus confinibus, differt corollae tubo filiformi longe (¾ poll. fere longo).

Caulis $^1/_4$ pedem longus, a basi ramosus, diffusus, ramis longis adscendentibus, uti reliquis partibus omnibus pubescentia patente eglandulosa vestitis, ad genicula infractis. Folia $^1/_2$ — 1 poll. longa, petiolo 3-lineari. Bracteolae foliorum forma, at minores. Calycis laciniae parvae, setaceae, pubescentes. Corolla (purpurascens aut alba) pubescens; labia ratione tubi brevia; superius modice fornicatum, obtusum; inferius trifidum, laciniis subaequalibus oblongis obtusis. Capsula acuminata, pubescens, tetrasperma.

*Subtribus VI.* DICLIPTEREAE N. ab E. l. c. p. 76. *Endl. Gen. p.* 706. *n.* 4003.

Dicliptera Juss.

Corolla resupinata, bilabiata, labio supino tridentato, resupinato integro vel bidentato. Antherae muticae.

Capitula bracteis plurium ordinum quorum exteriores majores, cincta, in umbellas flabelliformes disposita *N. ab E.* l. c. *Endl.* Gen. p. 706. n. 4093.

1. ***Dicliptera Capensis*** N. ab E. pubescens, caule diffuso, foliis ovatis obtusis longe petiolatis, pedunculis axillaribus solitariis bi-trifidis folio brevioribus, bracteis obovato-subrotundis mucronatis basi cuneatis reticulatis quinquenervibus bi-trifloris.

Circa flumen Zwartkopsrivier ad praedium Pauli Maré alt. I. (Uitenhage). Martio cum floribus fructuque maturo. 4. (Ecklon.)

Propinqua ***Diclipterae bivalvi***; sed differt foliis triplo minoribus ovatis omnique habitu. Folia Origani, semipollicaria. Corolla pubescens, 4—5 lin. longa, purpurascens.

2. ***Dicliptera propinqua*** N. ab E. pubescens, caule diffuso basi repente, foliis ovatis obtusiusculis longe petiolatis, pedunculis axillaribus solitariis bi-trifidis folium subaequan-

tibus, bracteis ovali-subrotundis setaceo-cuspidatis basi acutis quinquenervibus parce venosis.

Ad „Coega" et trans montes „Winterhoeksbergen" in Karro (Uitenhage). Februario defiorata. ♃.

Differt imprimis a *Dicliptera Capensi* bracteis haud obovatis basi cuneiformibus et ex superiori fine rotundato obtusissimoque brevi mucronatis, sed leni arcu cuspidatis cuspide subulata et subpungente.

Peristrophe N. ab E. *in Wall. pl. As. rar. III. p.* 77 *et* 112. *Endl. Gen. p.* 407. *n.* 4095.

Corolla resupinata, bilabiata, labio supino tridentato resupinato integro vel bidentulo. Antherae muticae, bilocellatae, locellis angustis, uno oblique juxta alterum posito, post pollen emissum tortae. Capsula basi longe unguiculatim compressa. Dissepimentum adnatum.

Capitula involucro communi bivalvi inclusa, in umbellis flabelliformibus magis minusve compositis disposita.

1. *Peristrophe cernua* N. ab E. caule hexagono hirto, foliis ovatis acutis hirsutis, pedunculis axillaribus trifidis, capitulis tri-quadrifloris recurvis, involucro communi diphyllo capitulum haud superante cum bracteis florum inferiorum lanceolatis subulato-acuminatis involucrum 4 — 5-phyllum mentiente, calyce bracteas aequante.

Justicia Capensis. *Eckl. Herb. Cap. un. it. n.* 556. (ex parte.)

Inter frutices in campis ad flumen „Zwartkopsrivier" prope praedium Pauli Maré, alt. I. (Uitenhage), cum Rhytiglossa ciliata. Floret Octobri. ♄. (Ecklon.)

Flores incarnati(?). Capitula oblonga. Bracteae imbricatae, lanceolatae, acuminato-subulatae, scabrido-puberulae; interiores minores, quarum una communis esse videtur totius capituli, reliquae axis abortivi cum flore binisque pro-

priis. Abortientibus autem nonnullis e floribus inferioribus, horum bracteae bracteolaeque involucrum inde terminale polyphyllum fingunt, flores 2—3 undique cingens. Corolla 6 — 8 lineas longa, pubescens, resupinata. Antherarum loculi unus super altero positi, haud contorti videbantur. Capsula ad medium usque compressa et sterilis, superne tetrasperma, tenuioris texturae ac in reliquis, immatura scilicet, neque satis perfecta. Antheris peracta anthesi haud tortis a genere recedit.

2. *Peristrophe oblonga* N. ab E. Fruticosa, foliis lanceolato-oblongis repandis brevissime petiolatis, paniculis axillaribus oppositis terminalique di-trichotomis, floribus fasciculatis, bracteis parvis subulatis, labio superiori plano.

„Prope sedem" Chali „regis Caffrorum in montibus Chumi", alt. III. (Terrae Caffrorum). Junio cum fl. et fructu. ♄. (Ecklon.)

Similis *Peristrophae pubigerae* Ind. or. (*N. ab E. in Wall. Pl. As. rar. III. p.* 114.), sed diversa foliis multo minoribus et angustioribus ($1\frac{1}{2}$ poll. longis, 5 lin. circiter latis, quae illi 5 — 6 poll. longa et 2 poll. lata), nec basi et apice attenuatis sed utrinque obtusiusculis, multo breviori petiolo, caule etiam divaricato et magis diffuso, fructuque breviori.

*Adnot.* Species haec una cum affini *P. pubigera* Rhinacanthis propinqua est.

Hypoestes R. Br. *N. ab E. in Wall. pl. As. rar. l. c. Endl. Gen. p.* 707. *n.* 4097.

1. *Hypoestes aristata R. Br. R. et Sch. S. V. I. p.* 87. *Linn. Sp. pl. ed. Dietr. I.* 1. *p.* 437.

Inter frutices in praeruptis alt. I. montium fluminis „Van Stadensrivier" alt. III. et in collibus saxosis ad „Port Eli-

zabeth" alt. III. (Uitenhage) solo humoso e ligno destructo orto. Floret a Decembri in Aprilem. ♄. (Ecklon).

Flores incarnati.

2. *Hypoestes verticillaris* R. et S. Herbacea, divaricato-ramosa, villosa, foliis ovalibus utrinque acutis, spicis axillaribus suboppositis secundis basi compositis, involucri quadrifidi biflori laciniis muticis, lateralibus minoribus.

Hypoestes verticillaris ***R. et Sch. S. V. I. p.*** **140.** ***Mant. p.*** **129.** ***Sp. pl. ed. Dictr. I. p.*** 438.

Justicia verticillaris ***Linn. Thunb. Fl. Cap. II. p.*** 479.

In monte Bothasberg ad flumen „der grosse Fischfluss" dictum alt. III. (Albany); inter frutices circum silvas Adovenses; in Konabshoogde; ad praedium Pauli Maré juxta flumen Zwartkoprivier alt. III., in silvis primaevis montis Olifantshoek ad flumen Bosjesmanrivier et in Krakakammae jugo alt. I. (Uitenhage); in silvis montanis districtus Hassagaybosch. alt. III. Floret a Majo in Septembrem. ♃.

Flores non verticillati sunt, sed spicati, spicis axillaribus secundis, in axillis superioribus magis magisque confertis. Bracteolae parvae, lanceolatae. Corolla incarnata, labio inferiori trifido, laciniis obtusis, media latiori. Stamina recurva, filamentis inferne altero latere barbatis. Antherae in siccis amoene roseae. Capsula pubescens.

Variat floribus tetrandris, staminibus didynamis.

# Jahresbericht

für

# Die FLORA HERCYNIAE

oder

dritter Nachtrag des Prodromus,

von

*E. Hampe.*

---

Zweite Abtheilung.

Mit einem Schlusswort an den Hrn. Dr. *Wallroth.*

---

Nachdem ich nun Ihre Nachlese von 500 Gewächsarten im 6ten Hefte des 14ten Bandes dieser Zeitschrift durchgeblättert habe, finde ich mich bewogen, jede persönliche Beziehung für immer abzubrechen. Ich hatte mich im ersten Eifer verleiten lassen, Ihnen auf Ihre unerhörten Schmähungen zu antworten, jetzt bin ich zu der Ueberzeugung gelangt, es wäre weit besser gewesen, ich hätte Ihnen kein Wort erwidert, denn Ihre ungezügelte Sprache hatte dieses verdient.

Doch kann ich nicht unerwähnt lassen, dass Sie mit Ihrer Nachlese nicht rechtlich zu Werke gegangen sind. Sie

hätten sich eine Menge Wiederholungen ersparen können, wenn Sie mein Verzeichniss genau verglichen, und die durch diese Zeitschrift bekannt gewordenen Jahresberichte nicht ignorirt hätten, wenngleich ich aus verschiedenen Andeutungen in Ihrer Nachlese mit Sicherheit schliessen muss, dass Sie meine Nachträge für die Flora Hercyniae gekannt haben müssen. — Der Geist des Widerspruchs verleitete Sie, eine Menge untergeordneter Pflanzenformen in die Reihe der Arten zu ziehen; dieses kann nicht mit Ueberzeugung geschehen sein, oder man muss annehmen, dass Sie Ihre Meinung nach Gefallen abzuändern vermögen.

Den Rath will ich Ihnen noch geben, Ihren Spekulationsgeist sehr zu mässigen, wir werden doch nur eine Mücke sehen, wenn Sie sich bemühen uns einen Elephanten zeigen zu wollen. Bedenken Sie, dass ein Florist, bei aller Fähigkeit, nicht vergessen darf, treu und wahr zu sein, mit gesuchten Worten und herrischen Behauptungen wird man keine Glaubensgenossen sich erwerben; man will überzeugt sein, um so mehr, wenn der Glaube für Treue wankend geworden sein könnte.

Ueberschreiten Sie niemals die Grenze der Flora, denn eine Menge Ihrer Nachträge gehören nicht in den Kreis der Harzflora, sobald Sie die Linie anerkennen, welche in der Vorrede zu meinem Prodromus vorgezeichnet ist.

Beseitigen Sie den Leichtsinn, neue Gewächstitel einzuführen, welche die Synonymie beschweren; oder glauben Sie ein Vorrecht zu haben, die Benennung Anderer zu ignoriren, wenn der Titel Ihnen nicht ganz passend erscheint? — Dann ist es sehr gut, dass Sie als solcher Friedensstörer allein stehen. — Beobachtet man die Vegetation des Harzgebietes, ohne von der Ruhmsucht gestachelt zu werden, so wird man wohl besonderen Formen begegnen, welche anderwärts übersehen wurden, aber es leuchtet aus der ganzen Lage des

Harzes hervor, dass es eine grosse Merkwürdigkeit wäre, wenn der Harz eine besondere, ihm allein angehörige Gefässpflanze besässe. Ich verstehe nämlich darunter eine gute Species, die man durch constante Merkmale erkennt, nicht aber durch weitschweifige Diagnosen zu trennen gebieterisch vorschreibt. Nicht die Worte, nur die Sache selbst entscheidet. Dass Ihre Unart mich zu Boden geworfen, dürfen Sie nicht glauben, ich habe mich als treuer Wächter Hercyniens genannt, jetzt werde ich meine Aufmerksamkeit verdoppeln, da meine Gesundheit sich wieder befestiget.

Es ist wohl mein Vorsatz, ein treues Bild der Vegetation in einer Harzflora seiner Zeit zu geben; aber fern von aller Spekulation verfolge ich das mir gesteckte Ziel. — Darum wird es Ihnen wohl passen, eine Flora nach den vorhandenen Vorarbeiten zusammenzutragen. Sein Sie aber treu und aufrichtig, halten Sie sich streng in den Grenzen und führen Sie den Pflanzenfreund nicht irre, denn nur die Wahrheit wird Bestand haben.

Sie empfehlen mit herrischer Strenge die Productionen Ihrer Forschung, jedoch vermisse ich unter Ihren Fünfhundert — verschiedene Ihrer Pathen, als z. B. Encalypta clausa Wallr., Bryum umbrosum Wallr., Bryum gypsophilum Wallr.; befehlen Sie, dass wir mit stiller Feder darüber hinweggehen? Ausserdem sind Sie uns Aufklärung über Ihre, in der Flora Cryptogamica Germaniae P. 1. p. 44 unter Lunularia aufgeführte Entdeckung schuldig geblieben. Sie haben mich die fragliche Marchantia cruciata einst sehen lassen, und wenn dieses Gewächs auch nur eine Verkrüppelung einer kleinen Crucifera wäre, so steht es Ihnen zu, die Sache aufzuklären, denn irren ist menschlich.

Ihr Angebinde, die Primula Hampeana betreffend, muss ich ablehnen, selbst wenn jede Ironie fern bleiben könnte. — Ein Mann, welcher mit solcher Rücksichtslosigkeit mich be-

leidigte, wird es mir nicht verargen können, wenn ich jede Gunst von ihm mir verbitte. Dagegen erlaube ich Ihnen, über mich sich ferner nach Gefallen in den Ihnen beliebten Ausdrücken auszuschütten, wenn Ihnen die Achtung der Zeitgenossen gleichgültig ist. Niemals haben Sie von mir eine Entgegnung zu befürchten, ich werde mich allein auf die Sache selbst wenden, und dieses ist mein letztes Wort für Sie.

---

Es ist leicht vorauszusehen, dass durch die Zahl der Fünfhundert ein grosser Theil meiner Novitäten für den 3ten Nachtrag zum Prodromus der Fl. Hercyn. absorbirt wurde. — Um jeder Anklage zu begegnen, worum ich die Standorte der Pflanzen im Prodromus nicht angegeben habe, muss ich auf die Vorrede verweisen, zu welchem Zwecke jenes Verzeichniss erschienen ist; niemals war Heimlichkeit daran schuld, denn in der Chloris hanoverana und der Flora Halberstadensis excursoria finden sich die Angaben der Standorte, wenn von seltenen Pflanzen die Rede ist. — In meinen Nachträgen habe ich die Standorte der später entdeckten Pflanzen treu genannt, auch fahre ich immer damit fort, denn, aufrichtig gesagt, frei von aller Spekulation fühle ich mich verpflichtet, über die Lokalität genau zu berichten, um die Verzögerung bis zur Herausgabe einer Harzflora weniger fühlbar zu machen. — Jeder Pflanzenfreund wird stets bei mir sichere Auskunft erhalten, wo diese oder jene seltene Pflanze am Harze zu finden ist, es wird mir Vergnügen machen, zu dienen, wenn billige Rücksichten in Anschlag gebracht werden, wie ich der Scientia amabilis nur die Erholungsstunden widmen kann und darf.

Es folgen nun die Novitäten, welche mir noch übrig geblieben sind hier nachzutragen.

*Silene infracta* WK. = Silene nutans tota glabra, foliis basi tantum ciliatis; kömmt mit der Stammart an steilen Abhängen der Bodegebirge ziemlich verbreitet vor.

*Potentilla pilosa* Willd. Conf. Reichb. Icon. IV. fig. 321. = P. rectae var. alior. Am Ausgange des Bodethals, bei der Blechhütte an dem Hüttengraben.

*Ajuga pyramidali — reptans* — ein zwischen A. pyramidalis und reptans nicht häufig vorkommender Bastard auf freien Waldplätzen am Ausgange des Selkethals.

*Rapistrum rugosum* All. Auf Aeckern unweit Westerhausen, am Fischberge zwischen Esparsette.

*Erucastrum obtusangulum* Rchb. Zwischen Halberstadt und Wehrstadt, ebenfalls zwischen Esparsette (Hr. Dr. *Schatz*) vorkommend, und ohne Zweifel wie voriges mit der Saat eingewandert.

*Salix hippophaefolia* Thuill. Im Weidengebüsch bei Blankenburg.

*Salix lanceolata* Sm. = S. undulata var. ovariis glabris. An der Bode zwischen Quedlinburg und Neinstadt.

*Gymnostomum Donnianum* Sm. An feuchten Marmorfelsen am Kalkstein bei Neuwerk, ein bisher in Deutschland nicht aufgefundenes Moos.

*Gymnostomum rutilans* Hedw. An Felsen des Bodegebirges auf Erde.

*Weissia verticillata* Hd. An der Versteinerungsquelle bei Wiggersdorf, jedoch nur steril bis jetzt gefunden.

*Dicranum interruptum* Hd. Bei Blankenburg auf Sandstein, jedoch bisher nur steril gefunden.

*Barbula inclinata* Schw. An schattigen feuchten Stellen der Gypsfelsen bei Walkenried mit Preissia commutata minor v. gibbosa.

*Grimmia conferta* Fk. An Felsenwänden bei Hasselfelde in der Nähe des Teiches.

*Orthotrichum stramineum* Hornsch. An Bäumen des Ober- und Unterharzes.

*Fimbriaria fragrans* N. ab E. var. major. An steilen Gypsbergen, gegen Osten und Süden gelegen, in den Bergschluchten bei Steigerthal, in Gesellschaft mit *Grimaldia fragrans*, letztere jedoch nur steril von mir gesehen. Dabei die Bemerkung, dass diese Marchantien wenig, oder keinen Geruch haben. Wie es scheint, hat der Gyps und Kalk die Eigenschaft, den Geruch bei diesen Gewächsen zu zerstören, und um mich davon zu überzeugen, überstreuete ich die Grimaldia fragrans, welche ich bei Rübeland gefunden habe, und welche befeuchtet sehr starken Geruch verbreitet, mit geschlemmter Kreide, worauf fast aller Geruch verschwand. Diese Thatsache verdient weiter geprüft zu werden. — So auch bemerke ich hierbei gelegentlich, dass die Polygala amara, wenn solche unmittelbar den Gypsboden berührt, gar keinen Geschmack besitzt, jedoch in gleicher Lage im lockern Moose aufgewachsen intensiv bitter gefunden wird.

*Obs.* Divisionem Generis Zonariae a Greville factam non ita omnino adoptare volnerim. Fructificationis differentias adesse, quae distinctionem genericam urgent, negare nolnerim, sed aliis limitibus genera circumscribenda esse crediderim. Sori fructus concentrici et involucro tecti — character generis *Padinae* — paucis et P. pavoniae proximis speciebus tantum communes sunt. In Z. variegata, Z. flava, Z. interrupta DC., si zonae concentricae adsint, longe alius naturae videntur quam in Padinae veris speciebus, et sori ipsi per frondem sparsi sunt. In veris Padinae speciebus formantur zonae sequenti modo: apex frondis semper involutus est dum excrescit planta; cellulae superficiales lateris exterioris et ab apice involuto aversae certis distantiis in series concentricas pilorum articulatorum abeunt, intra quas sporae lineis quoque concentricis generantur; apex vero frondis involutus continuari pergit, basi sensim erigitur donec, distantia vulgari adepta, nova pilorum series generatur, et sic porro. Zonae autem concentricae in Z. flava et affinibus, quum adsint, cum fructu nihil commune habere videntur; sunt tantum vestigia diversorum evolutionis stadiorum, et continuationes

frondis ex illis quasi prolificationes surgunt; sporae per frondem sparsae sunt, et apex frondis numquam involutus obvenit, quo charactere frondes steriles utriusque generis statim dignoscendae sint. Structura quoque diversa; cellulae nempe superficiales in Padina ut in Dictyota sunt aequaliter undique approximatae et indivisae; in Z. flava et affinibus sunt cellulae superficiales in quattuor cellulas evidenter divisae, et partes illae quatternae, invicem summopere approximatae, a cellulis vicinarum serierum discretae apparent, unde frons in his ultimis speciebus evidentius radiatim quam concentrice zonata observatur. His ducti differentiis genus Padinae ad species: Pad. Durvillaei Bory, Pad. pavoniae, Pad. Commersoni et P. Fraseri reductum volucrim; nomen Zonariae Z. lobatae, Z. multipartitae Suhr, Z. variegatae, Z. flavae, Z. stuposae Br., Z. Diesingii et Z. interruptae (an etiam Z. squamariae et affinibus?) conservatum optarem. In Padina et Zonaria, qualia definivimus, sunt fructus si recte viderim ad inferiorem paginam frondis tantum dispositi, in Dictyota vero est utraque pagina soros generans. — Ceterum, ut in omnibus Algarum familiis, est structura fructus in diversis generibus totius familiae Dictyotearum initio eadem, sed situ et dispositione differunt genera, integumentique praesentia vel defectu varioque ejus ceterarumque frondis partium evolutione; et cum Filicibus hoc respectu potissimum comparandae. Haud itaque justo ita contrahuntur genera ut ab Endlichero factum fuerit; idem sequentibus principium omnes Fucaceas, omnes Laminarieas, omnes Florideas ad singula genera fere reducere licuerit. *Chorda* ad Dictyoteas ab auctoribus relata, meo judicio ad Laminarieas pertinet; differunt enim Dictyoteae a Laminarieis soris definitis — nec informibus vageque per frondem sparsis — filisque soros stipantibus articulatis, quae in nullo genere desiderari videntur, sporarumque forma ellipsoidea — nec pyriformi — qui-

bus omnibus Chorda Laminarieis maximopere adpropinquatur.

In Algis describendis Insularum Canariensium Cel. Montagne jam indicavit characteres Padinae tributos non omnibus speciebus convenire et vel ad vetus genus Dictyotae regrediendum monet, vel novum constituendum esse inter Dictyotam et Padinam intermedium, quod tamen ipse improbare videtur, cujusque constituendi „aliis linquit gloriam vanam." Forsan videremur observationes antecedentes ab Algologo Parisiensi mutuasse, sed sufficiat accuratius examen observationum, illius nostrarumque, ab hac imputatione nos liberandi. Sententia nititur illius tantummodo eo, quod nonnullis fructificatio zonata, aliis sparsa adest, et in Dict. atomaria, utramque conjunctam invenit. Et in structura frondis et in fructificatione nos differentiam exhibuimus, et praecipue ipsa vegetationis historia diversitatem condimus. D. atomaria, quae a Montagneo ad Padinam refertur, optime probat quam diversis principiis limites horum generum definivimus; nobis enim haec species, aeque ac D. adspersa, habitualem tantum cum Padinis similitudinem habere videtur, et cum Grevilleo meram Dictyotae speciem existimamus.

*Dictyota maculata nov. sp.* fronde subcaulescente dichotomo-fastigiata, segmentis alternis erectiusculis apice rotundatis, sinubus acutiusculis, soris maculaeformibus per discum frondis dense sparsis, margine integro nudo.

Zonaria marginata Suhr Eckl. n. 10. f. 6.

Hab. in mari Indico, *Wight* (*Hb. Hooker*!) ad C. B. spei, *Ecklon*.

Frons semipedalis et forsan major, basi in stipitem fere abiens, alterne dichotoma fastigiata. Segmenta 2 — 3 lineas lata, e sinubus parum obtusis erecto-patentia, apicibus rotundatis vel furcatis. Sori per totum discum et utramque

paginam sparsi sporas numerosas coacervatas foventes, marginem liberum linquentes.

Z. marginatae Ag. proxima, at dispositione et forma sororum fructus distinguenda; sunt nempe sporae illius in lineas duas margini parallelas dispositae, disco marginibusque nudis. Speciem *Suhrii*, ab Agardhiana ejusdem nominis diversam, ad nostram speciem pertinere vix dubitarem.

*Rhodomenia alcicornis nov. sp.* fronde plana avenia dichotomo-multifida, segmentis linearibus interiore latere a sinu rotundato distantibus arcuatis integris, exteriore erosis denticulatisque, apice multifidis, capsulis per frondem sparsis.

Hab. ad oras N. Hollandiae. (*Hb. Diesing!*)

Radix callus minutus verruculosus. Frons bipollicaris plana avenia dichotomo-multisecta. Laciniae sesquilineam latae versus apicem angustiores infra dichotomias lineares, ubi in plura segmenta frons dissecatur, subcuneatae, ex axillis plerumque obtusissimis basi divergentes superne arcuatim convergentes, interiore latere integrae, exteriore erosae vel dentatae, apice multifidae vel utrinque laciniatae. „Capsulae" per medium frondem sparsae hemisphaericae — una pagina prostantes ab altera planae — intra membranam exteriorem, cellulis concatenatis minutis verticalibus constitutam, sporas in cellulis strati interioris nidulantes numerosissimas, in glomerulos plures undique verrucosos denique digestas, continentes. Substantia Halymeniae, potius quam Rhodomeniae, et nisi obstaret structura fructus illius potius generis speciem putaverim. — Ad species polymorphas Sph. Lamberti vicinas proxime collocanda, aegrius characteribus distinguitur; substantia tamen et tenuitate frondis, laciniarumque forma dignoscenda.

*Rhodomenia cinnabarina nov. sp.* fronde subcarnosa plana expansa cinnabarina dichotomo-palmatidivisa et a

margine prolifera, axillis acutis, segmentis cuneato-linearibus margine crenulatis apice rotundato-obtusis.

Halym. cinnabarina Dies. mscr.

Hab. in mari Indico. (*Hb. Diesing*!)

Frondes 3 — 4-pollicares subcarnoso-membranaceae, cinnabarino-rubrae, a callo plures exeuntes, basi cuneatae, distantia semipollicari jam summam latitudinem semipollicarem — uncialem adeptae, dichotomae vel subpalmatae et a margine proliferae. Segmenta basi initio cuneata mox rotundata vel pedicello brevi ad marginem affixa, dein cuneato-linearia, apice rotundata et obtusa, marginibus crenulata, crenulis minimis. Cellulae superficiales minutae rotundatae, sine ordine dispositae.

Rh. corallinae proxima, sed magis irregulariter fissa, margine crenulato et prolifero axillisque magis acutis et colore omnino cinnabarino, distinguenda.

*Dictyomenia ecostata nov. sp.* fronde membranacea plana avenia irregulariter areolata, incisa vage pinnatilobata et a disco prolifera, foliolis oblongis, stichidiis lanceolatis in caespitulos per totam frondem undique sparsos collectis.

Hab. in mari Indico. (*Hb. Diesing.*)

Frons quadripollicaris fere unguem lata, chartaceo-membranacea, circumscriptione lineari-lanceolata vel oblonga, vage incisa seu fere pinnatilobata, apice apicibusque laciniarum rotundato-obtusis, a disco prolificationibus raris subconformibus, junioribus obovato-oblongis, avenia (prolificationibus tamen costa obsoleta percursis) irregulariter areolata, cellulis strati interioris permagnis per stratum exterius a cellulis minutis constitutum translucentibus. Stichidia in caespitulos per totam frondem ubique sparsos et usque viginta continentes collecta, lanceolato-linearia simplicia, duplici

serie sphaero sporas foventia. Chartae non adhaeret; Color fere Fuci fraxinifolii.

Species pulchra et in hoc genere ob magnitudinem et irregularitatem frondis defectumque costae insignis, nulla tamen de affinitate dubia linquens.

*Endocladia Gen. nov.* Frons teretiuscula ramosa subgelatinosa filis moniliformiter articulatis verticillato-ramosissimis a tubo axili articulato singulo exeuntibus constituta. Fructus . . . .

Caespes sesqui—biuncialis frustulis concharum lapillisque adnatus, madefactus ex livido-rubescens, exsiccatus quasi vernice brunnea obductus. Frons crassitie pennae passerinae subpinnato-dichotoma, inferne nudiuscula superne fere fastigiata, ramis patentibus subincurvatis acuminato-subulatis, spinulisque minutis fere punctiformibus in madefacta nigrescentibus, majoribusque in ramulos abeuntibus undique obsessa, intus filis ramosis tota constituta. Tubus centralis frondem percurrens duplici membrana constituitur, quarum interior lutescens articulata, articulis non regularibus sed longitudine diversis spatio pellucido discretis, exterior hyalina subgelatinosa. Fila ad geniculum quodque tubi centralis egredientia multo tenuiora patentia subregulariter articulata, articulis inferioribus cylindraceis nudiusculis, superioribus elongato-ellipsoideis ad geniculum quodque verticillo ramulorum nunc consimilium nunc singulo articulo constantium obsessis, versus peripheriam frondis ita fastigiatis approximatisque ut apices articulorum in superficie frondis quasi cellulae rotundatae per quattuor collectae apparcant. Fructus adhuc ignotus.

*Endocladia vernicata nov. sp.*

*Hab.* Speciem generis hucusque unicam, e Brasilia a *Sellow* reportatam, in collectione Amiciss. Diesing determinavi.

Genus meo judicio distinctissimum, nec affinitate dubium, licet fructus adhuc latent; ut autem melius intelligantur characteres, qui fructu deficiente cuidam parvi momenti forsan apparerent, et affinitas locusque in systemate clarius perspiciatur, sequentem generum affinium exhibeo dispositionem.

## *Cryptonemeae.*

| 1. Rivulares, viridi-violaceae. | 2. Marinae saepe olivaceae (plerumque parasitae). | 3. Marinae roseae (rupicolae). |
|---|---|---|
| *Chaetophoraceae.* | *Chordaricae.* | *Gloiocladeae Harv.* |
| 1. *Chaetophora.* | 1. *Corynephora Ag.* | 1. *Chaet. pellita Lieb.* |
| 2. *Draparnaldia.* | 2. *Myriocladia.* | 2. *Endocladia.* |
| *Batrachospermeae.* | | |
| 3. *Batrachospermum* / *Thorea.* | 3. *Mesogloia.* | 3. *Nemalion* / *Gloiosiphonia.* |
| *Lemanicae.* | | *Spongiocarpeae.* |
| 4.?? *Lemania.* | 4. *Chordaria.* | 4. *Polyides.* |
| | | 5? *Chactospora Ag.* |
| | | ?? *Catenella Grev.* |

Genera allata, licet diversissimis familiis ab auctoribus adnumerantur, in unam satis naturalem colligi posse videntur. In series tres abeunt, genera satis analoga in quaque exhibentes. *Chactophora*, *Corynephora* et *Chaet. pellita* (ad proprium genus a *Liebman* nuper elevata, ni nimium fallit memoria) a caeteris in eo differunt, quod axis ad punctum reductus fuit. *Draparnaldia*, *Myriocladia* et *Endocladia* a caeteris distant tubo centrali singulo — in *Draparnaldia* et *Endocladia* e singula articulorum serie constante, in *Myriocladia* a cellulis prismaticis contexto; fila secundaria in *Draparnaldia* et *Myriocladia* libera sunt, in *Endocladia* intra substantiam frondis contenta. *Batrachospermum* et *Thorea*, *Mesogloia*, *Nemalion* et *Gloiosiphonia* habent axin e filis centralibus numerosis formatum et peripherica fila invicem parum coalita; in *Chordaria* et *Polyide* denique fila peripherica aeque ac axillia in frondem fere consolidescunt.

*Scholia*: 1. *Batrachospermum*. Filum primarium hujus ab auctoribus ut solidum describitur; constat autem e filis tenuioribus contortis tubulosis subarticulatis simplicibus at ramos moniliformes (conjunctione plurium filorum centralium verticillatos) gerentibus. Gemmae? ad fila moniliformia sessiles ex numerosissimis articulis in globum coalitis constitutae hujus fructus esse videntur. Batrach. Kamtschaticum, filo centrali articulato singulo diversum, ad Draparnaldiam transferendum videtur.

2. *Thorea*. Ut Batrachospermum ita huic *quoque* filum primarium inarticulatum tribuitur. Si vero recte viderim est in hoc quoque genere filum primarium e filis tubulosis subarticulatis anastomosantibus contortisque formatum. Ex his egrediuntur fila peripherica, basi cellulis obovatis (an capsulis?) cincta.

3. *Mesogloia.* Genus hoc in plura dividere varii facti fuerunt conatus, omnes meo judicio parum felices. In Systemate Algarum pro diversitate coloris genera duo indicata, quae a Friesio et Harvey quoque stabilita fuerunt. Hic nomine Helminthaeladiae species olivaceas a Mesogloia distinxit, immo genera ita creata in diversas tribus disjunxit. In generibus novis definiendis diversitatem fructus addidit Celeb. Algologus, quae si existeret distinctionem generum non tantum probaret sed immo urgeret. Auctoritatem inter Algologos jure aestimatam lubenter quoque secutus fuissem, nisi suspicassem characterem Mesogloiae tributum a Mesogloia multifida esse desumtum, quae mea sententia ad Nemalion transferenda, et ita typum Mesogloiae haud consideranda sit. Si ceterum genus dividendum, nomen Mesogloiae speciebus olivaceis servandum esset, Mesogloia vermiculari typum Agardhiani generis constituente. Quod attinet mutationes a Celeberrimis Crouan propositas, nullomodo iis accedere voluerim. Auctorem „systematis Algarum", vituperant, quod in genus Mesogloiae species diversissimas et ad 3 — 4 genera diversa pertinentes conjunxerit, quodque ad probandum analyses quasdam specierum dederunt, si quid video, falsissimas. Ex analysi Rivulariae multifidae Mohr, quam injuria generis Agardhiani typum considerant, haud multum quidem colligere licet, natura tamen parum convenientem esse ex descriptione Nemalionis, cui illa pertinet patebit. Mesogloiam Hudsoni et M. capillarem ad Dumontiam Lam. revocant; sed pace celeberrimorum virorum dixerim, et structura et fructu a Dumontia filiformi, quae typus generis consideratur, longissime recedunt et Mesogloiis certe proximae sint. Mesogloiam coccineam denique fibris interioribus articulatis destitutam et structura et fructu cum Ceramieis convenientem dicant, unde illam nomine Dudresneyae ut novum genus prope Wrangeliam collocandum exhibent. M. coccineam autem fibris arti-

culatis longitudinalibus destitutam esse contradicere cogor; extra cellulas majores internum spatium occupantes est evidens stratum fibrarum Mesogloiae, et ex his exeunt fila transversalia hujus generis notissima; haec tamen invicem fere libera esse et muco fere nullo circumdata negare noluerim, et hoc respectu hanc speciem a ceteris Mesogloiis recedere; character vero cui distinctionem genericam fundarunt auctores allati nullomodo adest.

*Nemalion* distinguitur a Mesogloia strato medullari e filis subsimplicibus tenuissimis arctissime intricatis constituto, et filis moniliformibus multiplo densiore, quum contra in Mesogloia interiores cellulae admodum laxae sunt anastomosibusque conjunctae. In Nemalione adsunt gemmae iis quas in Batrachospermo supra descripsimus similes, quum contra in Mesogloia capsulae sic dictae inveniantur. — Ad Nemalion transferenda est Mesogloia multifida, quae et habitu et crescendi loco et structura et fructu cum N. Lubrico Dub. convenit.

*Gloiosiphonia.* Characteres a Berkeley generi adscriptos aliquantulum mutare vellem. Fructus, quos ei tribuit non inveni, sed contra gemmas in interiore ramulorum nidulantes numerosissimis cellulis (sporis?) constantes et morphosi filorum transversalium ortas observavi. Nec in interiore fronde tubus centralis proprie generi adscribendus est; spatium enim vacuum interioris frondis laxa dispositione filorum centralium oritur, membrana propria non circumdatur et laxioribus filis aliquando quoque occupatur. Ceterum et Anglicam et Scandinavicam plantam (*Gigartina lubrica Lieb.*) examinavi; habitu admodum dissimiles sunt, et species diversas esse facile suspicarem, sed characteres difficillime inveniuntur.

*Polyides* ab Algologis ad Florideas relatus vel in propria familia iis proxime positus — meo judicio melius Mesogloicis

adnumeratur. Frons duplici filorum genere constituitur, longitudinalibus nempe centrum occupantibus et per anastomoses conjunctis superne ramosis et fila transversalia peripherica emittentibus; fila peripherica sunt fastigiato-ramosissima obovoideo-moniliformiter articulata, articulis ultimis tenuioribus quasi extremum stratum constituentibus; sunt articuli hi ultimi magnopere prolongati, qui spongiolas fructus adeo mirabiles efficiunt. — Fructus ipsi a gemmis Batrachospermi Nemalionis et Gloiophoniae vix diversi mihi videntur; consimiles at minus compositi fructus in statu frondis vulgari quoque obveniunt. Et structura igitur et fructu a Mesogloieis vix magis distat Polyides quam Chordaria ab illis differt.

*Aegira*, genus Friesianum, analysi Lyngbyana, ut suspicor non omnibus numeris absoluta, tantum cognita, Mesogloicarum tribui quoque pertinere videtur; utrum vero genus proprium vel cuinam alii conjungendum sit dijudicare nequeam — quoad characteres Chaetophoram, quoad habitum Myrocladiam aemulat.

*Sphacellaria gracilescens nov. sp.* fronde stuposa caulescente ramosissima, ramis elongatis basi nudiusculis superne pinnatis, jugamento inter pinnulas fasciculatas simpliciusculas flexuoso.

*Sph. gracilescens Dies. mscr.*

Hab. ad oras Novae Hollandiae. (*Hb. Diesing.*)

Frons eximie stuposa, 4-pollicaris, per totam longitudinem ramis elongatis basi nudiusculis superne pinnatis obsita. Spinulae subulatae distichae *Spl. scopariae* in praesenti desiderantur, unde pinnulae simpliciusculae et omnes aequalem altitudinem adsequentes fere magis Sph. squamulosam Suhr aemulant. Articuli diametro breviores estriati.

*Bryopsis secunda nov. sp.* frondibus caespitosis infra medium ramosis circumscriptione lanceoideis, ramis omnibus

ramulosis, ramulisque subsecundis, infimis longioribus rami longitudinem non adsequentibus.

*Br. secunda nob. mscr.*

Hab. In mari mediterraneo ad Massiliam legi.

Frondes vix pollicares a centro communi caespitosae, basi vix nudae sed mox ramosae. Rami undique egredientes mox versus singulum latus unifariam versi, infimi (1 — 3) sequentibus aliquanto breviores, dein versus apicem continuo longitudine decrescentes unde frondes circumscriptione lanceolatae vel ovatae evadunt, omnes ramulosae, ramulis eodem modo dispositis simplicibus, nullis apicem ipsius rami supraeminentibus.

*Observatio.* Postquam primam dissertatiunculam scripseram, aliquot e recentioribus operibus videre contigit, in quibus genera et species nonnullae a nobis memoratae quoque obveniunt, quaeque animadversiones quasdem necessarias reddunt. In Otiis hispanicis Parkeri Webb invenimus *Callithamnion flexuosum Ag.**) ut speciem Griffithsiae descriptam, et opinionem prolatam in favorem sententiae Du-

*) Quod nomen attinet specificum a Schousboe datum, et a patre ut contenditur injuria mutatum, afferre sufficiat, specimina descripta a *Cabrera* et non a *Schousboe* transmissa fuisse; immo si assumere licuerit illum suam plantam ab hoc habuisse, dubium manet quonam nomine illam designaverit inventor. — Est enim in hujus collectione fere quaeque species tribus vel quattuor nominibus diversis insignita, et ex his unicum tantum usurpare licuit. Ceterum quod vitio vertitur Patri, idem sibimetipsi in sequenti pagina licuerit Cel. Montagne, nomen Griff. imbricatae in *Griff. Schousboei* mutans. — Nullam sane video rationem cur major licentia uni quam alteri permittatur — si jus prioritatis eo usque extenditur, ut nomen in collectione quodam semel datum sanctum conservandum foret ab illo, qui primus plantam descripserit. —

byanae, quae genera Ceramiorum fructificationis differentiis non esse condenda monet. — Quum ad hoc principium genera Ceramicorum determinare conatus sim, operam et oleum perdidisse, sententia ita contraria auctoris gravissimi suadere videretur, unde pauca in nostram defensionem afferre necessarium ducimus. Pendet opinio diversa ex illo quod Cel. Montagne fructus depictos ut fructificationem veram Griffithsiae existimaverit, quae cum in specie quoad alios characteres cum Callithamniis omnino conveniente obveniret, talem opinionem urgere quidem videretur; jam vero, si Algologum illustrissimum recte interpretaverim, eum fugisse videtur *Favellas* in Callithamnio quoque obvenire, et fructus depictos esse verum et normalem fructum, nempe favellas Callithamnii, quae differentia situs et defectu involucri jam a Griffithsiis distant, licet alia generum differentia Sphaerosporarum situ nititur. Favellae Callithamniorum filis involucrantibus aliquando quoque stipantur, sed involucro regulari et quasi heteronemeo non cinctae sunt, nec in apicem pedicelli terminales obveniunt sed in axillis plerumque sessiles sunt. Nullam itaque video rationem speciem allatam a genere Callithamnii removendi, et fundamento sublato consequentiae, quas Cel. Auctor inde trahere voluerit quoque dilabuntur. — *Griffithsia Schousboei* Mont. l. c., quantum ex figura data videre licet cum nostra *Gr. opuntia* ad unguem convenit. — *Gigartina Gaditana* Mont. l. c. a *Delesseria chordali Ag.* distinguere nequeam. — *Lictoria*, quam ut genus proprium fundavimus, a Cel. Montagne nomine *Asparagopsis* postea propositum fuit*). — Ad *Binderam* ut species forsan propria pertinet „*Cer. aculeatum Ag.*" Unio. Itiner. e mari rubro

*) Nostra dissertatiuncula jam mense Novembris ad imprimendum transmissa fuit; unde opinione de hac planta Celeberrimi Montagne, quam ipse Januario primum protulit et de qua primum mense

oriundum. *Aeque* hujus loci esse videtur ***Thamnophora hypnoides Bory*** apud Belanger p. 174, quod tamen ex descriptione data nulla certitudine statuere audemus. — Nostram speciem e C. B. spei quoque reportatam vidimus. — ***Callithamnion dasycladum nob.*** ad *C. myurum Suhr* Flora 1840 forsan referendum est.

---

Martio hujus anni per ephemerides nos certiores facti sumus, me non ductum fuisse animadvertere debui. —

# DE PLANTIS MEXICANIS

A

*G. SCHIEDE*, M. Dr., *CAR. EHRENBERGIO*

ALIISQUE,

COLLECTIS NUNTIUM ADFERT

*D. F. L. DE SCHLECHTENDAL.*

(CONTINUATIO v. LINN. XIV. p. 516.)

---

## AD CELASTRINEAS SUPPLEMENTUM.

*Evonymum mexicanam* Benth. (v. Linn. XIV. 511.) denuo accepimus a C. Ehrenbergio ad Omitlan, Paso nuevo aliisque locis collectam, arborem Decembri mense tam fructus maturos quam flores gerentem. Folia in his speciminibus minora saepius pollicem et pollicem cum dimidio longa interdum complicata et deorsum curvata. Fructus paulo minores, 3—4 lin. longi.

*Celastrus*? *aphylla* (an Colletia? multiflora Moç. et Sess., DC. pr. II. 29.). — Frutex 5-pedalis prope Jacualtepan Dec. leg. C. Ehrenberg. — Habemus ramum ramosissimum, ramulis crassis apice spinescentibus aphyllis, qui tubercula parva hemisphaerica gerunt, e quibus flores parvi breviter pedunculati erumpunt. Ramuli propullulantes folia ferunt parva subspathulato-linearia, acutiuscula, sensim attenuata

sessilia, ad 3 lin. longa, glabra, carnosula? e quorum mox deciduorum axillis tubercula illa floresque prodeunt. Pedunculi lineam longi. Calycis lobi lati obtusiusculi. Petala unguiculata, obovata plana vix lin. longa apice acute denticulata. Stamina cum petalis alternantia, primum intus curvata, dein erecta, petalis breviora, filamentis subulatis dimidiam lineam longis, antheris cordatis rotundatis. Stylus brevissimus simplex, stigmate terminali obtuso. Ovarium parvum fundo calycis immersum 4-loculare?, loculis monospermis. Forsan Mayteni species.

*Dulongia acuminata* HBKth. N. gen. et sp. VII. 78. t. 623. — Ad Oajaca lecta aderat inter plantas Schiedeanas.

## RHAMNEARUM CONTINUATIO,
v. Linn. XIV. p. 512—516.

Antequam in Rhamnearum ulteriori enumeratione progredimur, in duas illas, signo dubitationis cruciatas, elegantissimas species, quarum altera e semine enata jam horti nostri alumnus est, respiciendum erit. Herbarium Willdenovianum nuper inspicientes, sub numero 4645 *Rhamnum franguloidem* prope Actopan ab Humboldtio lectam reperimus, quam absque ulla haesitatione *Rhamnum Humboldtianam* habuimus simulque statuimus a nostro Rhamno Humboldtiana? (Linn. XIV. 513.) nullo modo esse diversam. Dein videre licuit cel. Zuccarinii fasciculum primum novarum vel minus cognitarum plantarum, in quo describitur et depingitur (p. 63. Tab. V. [s. potius Verhandl. d. phys.-math. Kl. d. bair. Ak. d. W. I. p. 351. t. XIV.]) *Karwinskia glandulosa*, novi generis species nova, quae mirum in modum cum nostris conveniens ad unam alteramve earum pertinet. Karwinskiae generis optime servandi species hoc modo erunt enumerandae:

1. *Karwinskia glandulosa* Zucc. Stipulis persistentibus, pedunculis axillaribus simplicibus unifloris; fructu mutico basi calycis suffulto.

2. *Karwinskia Humboldtiana* Nb. (Rhamnus Humboldtianus R. Sch., Kth., Linn. XIV. 513.) Stipulis deciduis, pedunculo axillari 1 — 2 (ad 6-) floro, fructu mucronato basi calycis suffulto. Habemus nunc quoque ad Zimapan lectam a b. Schiede fructiferam et florentem. Omnes recentiores collectores consentiunt fruticem esse, hinc arboreus status de quo loquitur Kunthius ex errore quodam forsitan pendet, puncta semipellucida in meis speciminibus nunc observavi, venarum et florum numerus e descriptione et icone major e specimine est idem.

3. *Karwinskia affinis* nb. (Rhamnus umbellatus? Linn. XIV. 514.) Stipulis deciduis, pedunculo axillari 1 — 3 floro, fructu mucronato, calyce integro suffulto. — Forma haec, quae ab antecedente vix diversa videtur, recedit ab ea: foliis paulo minoribus, venarum numero minori, venis cum nervo subtus prominentibus supra impressis, stipularum pulvinulo persistente, ramis magis nodosis.

Ad hanc nostram forsan spectat. *Rh. biniflorus var.*?, pedunculis 3-floris foliis oblongis ovatis v. ovalibus acutis v. obtusis cum mucrone, basi acutiusculis. Hab. Talisco. Hook. et Arn. Bot. of Beech. Voy. p. 283. propter calycis dentes sub fructu persistentes. Fructus quadrilocularis, loculamentis 2—3 abortivis.

4. *Karwinskia*? *umbellata* (Rhamnus umbellatus Cav.).

5. *Karwinskia*? *biniflora* (Rhamnus biniflorus DC.) vix forma propria. Quas omnes formas in unam eandemque speciem K. Humboldtianae nomine salutandam fore coercendas facile est creditu. Ejusdem generis esse videntur species tres subsequentes, ab antecedentibus satis distinctae, quarum pri-

ma fructifera tantum nota ad Karwinskias certius pertinet, duae reliquae autem habitu et florum structura cum antecedentibus ita connectuntur, ut ob fructum non rite cognitum vix dubiae sint.

6. *Karwinskia sessilifolia* n. sp. glaberrima, foliis oppositis sessilibus ellipticis subcordatis mucronatis, venis utrinque 13—17 subtus prominulis lineatis, stipulis deciduis, umbellis axillaribus 2—4-floris pedunculatis, calyce integro sub fructu globoso mucronato persistente. — Arbuscula. Ad Haciendam de S. Gabriel Novembri fructiferam leg. Schiede. — Ab omnibus foliis sessilibus illico discedit. Folia $1^1/_2$ — $2^1/_4$ p. longa, 10 — 15 lin. longa, utrinque obtusa, minimo acumine et parvo mucrone e medio nervo oriente saepissime instructa sunt; venae usque ad marginem procurrunt ibique antrorsum flexae marginem sequentes, cum proxima vena connectuntur. Stipularum cicatrices solae supererant utrinque ad basin foliorum. Pedunculus communis umbellae 3—4 lin. longus, pedicelli bilineares; calyx patens, laciniis triangularibus subulato-acutis intus bifoveolatis lineam longis. Fructus diameter 3—$3^1/_2$ lin. longus, minutissime (an exsiccatione?) tuberculatus, breviter mucronatus, sub cortice tenui fragili nucleum fovens globosum intus septo duplici in duos loculos saepe inaequales monospermos partitum, extus viridulum punctisque nigris adspersum et sulco per verticem eunte notatum; hinc bipartibilis videtur nucleus in coccos duos clausos intus planos extus convexos. Semina carie corrupta erant.

7. *Karwinskia? mollis* n. sp. Molliter dense subvelutino-pubescens, (cinerascens) foliis brevissime petiolatis oppositis ellipticis, utrinque obtusis, venis utrinque 12—16 lineatis margine subundulatis, floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis, fructibus globosis mucronulatis calyce persistente integro suffultis. — Frutex. Barranca de Sta Maria, in reg.

temp. Junio defloreutem leg. Schiede. — Rami teretes cicatricibus foliorum delapsorum nodulosi, epidermide nigricante lenticellis orbicularibus elevatis notata, juniores molliter dense pubescentes subtomentosi, seniores denique calvescentes. Folia brevissime petiolata (petiolo lineam 1—1½ longo) opposita, internodiis brevibus sejuncta, elliptica aut oblongo-elliptica, utrinque obtusa vel apice acutiuscula, venis utrinsecus 12—16 sibi oppositis cum nervo subtus prominentibus supra impressis, marginem attingentibus sub angulo acuto exeuntibus et in ipso margine ita connexis ut marginalem nervum ex arcubus compositum constituant. Longitudo foliorum ½—1¼ poll., latitudo 4—7 lin. Stipulae caducae 2 lin. et ultra longae, lineares acutae extus molliter denseque pubescentes cinerascentes, intus puberulae, ut in antecedente specie basin crassiusculam ad utrumque petioli latus relinquunt. Gemma axillaris acuta cinereo-dense pubescens. Pedunculi breves, ad 2 lin. usque longi, sursum leviter incrassati, cinerascenti-pubescentes, uniflori, num revera simplices h. e. nulli ramulo ut in prioribus speciebus impositi sint dubitandum. Calyx longius et totus persistens 5-partitus, laciniis fere subulato-acuminatis dein reflexis, linea media elevata intus notatis, hinc inferiore latiore parte fere bifoveolatis, apice elongato depresso-trigono-subulatis, linea illa inferne in processum minutum obtusum erectum terminata. Petala parva obcordata basi attenuata; stamina illa aequantia. Stylus brevissimus persistens apice bifidus. Fructus globosus, calyce suffultus (sed ei non adnatus), stylo apiculatus, glaber, cujus natura interna non patuit.

8. *Karwinskia*? *subcordata* n. sp., glabra, foliis brevissime petiolatis oppositis late ovatis, obtusis, leviter cordatis, venis utrinsecus suboctonis lineatis, margine subundulato; floribus pluribus (3—4) longius pedicellatis in pedunculo communi axillari brevissimo; fructibus ovalibus calyce persistente

suffultis, mucronulatis. — Inter Izmiquilpan et Zimapan leg. Schiede Junio flores fructusque juniores ferentem. — Frutex videtur cujus rami ramulique teretes, nodulosi, cinerei, glabri, lenticellis punctiformibus obsoletis instructi sunt. Folia opposita, internodiis brevibus sejuncta, brevissime petiolata (pet. lin. longo) ovata v. subrotundo-ovata, apice obtusissima vel acutiuscula, basi nunc leviter cordata nunc subcordata obtusa; nervus venaeque utrinsecus 8 — 9 in pagina aversa prominent, in supera haud immersa aggeres quasi elevatos formant sulcis interstitiorum sejunctos, folia hinc minus lineata apparent quam in praecedentibus. Venae venulis transversalibus reticulatis eleganter connectuntur et in margine arcuatim sese jungunt. Maxima folia 12 lin. sunt longa, 10 lin. lata, sed his minora frequentiora. Stipulae caducae ut in praecedentibus, lineares acutissimae vix $1\frac{1}{2}$ lin. longae. Gemmae acutae glabrae. In axillis foliorum nascuntur pedunculi solitarii perbreves, qui flores 3 — 4 inaequilonge pedicellatos et bracteolas lineares acutissimas suffulcientes gerunt. Pedicelli 3 lin. circ. longi superne incrassati. Calyx similis illi praecedentium specierum, laciniis 5, acute acuminatis intus linea elevata in caruncalam inferne excurrente notatis et hinc fere bifoveolatis, apice depresse trigonis sub fructu persistentibus. Petala minuta obovata cuneato-attenuata emarginata complicata margine tenuiora. Stamina brevia filamentis longius persistentibus subulatis, antheris late ovatis mucronulatis dorso affixis. Ovarium semiglobosum stylo brevissimo apice bifido. Fructus subgloboso-ovalis calyci integro insidens nec adnatus, stylo persistente mucronatus, nunc unicum nunc duo loculamenta intus continens, seminibus nunquam foeta in nostris speciminibus.

RHAMNUS Juss., Brongn. in Ann. d. sc. nat. X. p. 360.

*Rh.* (*Frangula*) *caprecaefolia* n. sp. puberula ramulis petiolis pedunculis calycibus foliorumque pagina aversa densius molliusque subferrugineo-pubescentibus, foliis petiolatis elliptico-ovatis breviter et obtusiuscule acuminatis, basi obtusis acutiusculisque, margine minute denticulatis supra subglabris, subtus ubi nervus venaeque utrinque subdenae prominent subtomentosis; florum hermaphroditorum umbellis pedunculatis sessilibusve in axillis foliorum atque in ramulis lateralibus; calycibus 5-fidis, petalis parvis obcordatis; baccis subglobosis 3-spermis basi orbiculari calycis suffultis. — Schiede legit in sylvis Jalapensibus Majo florentem, pr. Sosocola in conf. Jalapae Majo juniores fructus ferentem; in saxosis Malpays de Naulingo Aprili florentem; C. Ehrenbergius prope el Puente de dios Oct. fructibus maturis onustam. — Arbuscula decempedalis. Rami dein glabrescentes, mox obscuriores, mox pallidiores, cicatricibus foliorum anguste ellipticis gibbo suo prominentibus nodulosi, raris minutisque lenticellis adspersi, juniores magis pubescentes, apicibus gemmisque fere tomentosis. Folia alterna, petiolata, magna, petiolo usque ad 10 lin. longo, tereti supra leviter canaliculato; lamina maximorum ad 6 usque poll. extensa et $2\frac{3}{4}$ poll. lata, saepius vero minor $2\frac{1}{2}$, 3, 4 p. longa, late elliptica, interdum magis ovata, basi obtusa v. obtusiuscula, apice vix acuminata, acumine saltem obtusiusculo. Venae sub angulo acuto prodeuntes, levi arcu marginem attingunt, quem sequuntur ipsumque dein formant et hoc modo usque ad proximam venam perveniunt; venulae transversales reticulatim anastomosantes venas connectunt. Margo adpresse denticulatus, denticulis glandula parva terminatis. Flores umbellati, umbellis sessilibus pedunculatisve in axillis foliorum tam ramuli primarii quam ramulorum lateralium axillarium folio suo plerumque breviorum paucaque folia gerentium et non

raro umbella terminatorum, folio ultimo se non evolvente. Ramuli pedunculi et pedicelli 2 lin. plerumque longi cum calycis extera facie dense subferrugineo-pubescentia. Maxima florum pars decidit ita ut fructus fere solitarii reperiantur. Calycis laciniae triangulares acutae, linea media elevata intus quasi bipartitae, post anthesin deciduae. Petala cum laciniis alternantia iisque breviora obcordata, basi cuneato-stipitata; stamina brevia iis opposita. Stylus vix $^1/_2$ lin. longus ad medium usque trifidus, post anthesin deciduus, cicatricem convexo-orbicularem relinquens. Fructus junior obovato-globosus, apice subbicoccus v. subtricoccus, bi- v. trilocularis dissepimentis tenuibus; adultorum forma haud observanda erat carne molliori obtrita. Semina (Gaertn., nuculae Brongn.), 3 lin. longa, $2^1/_2$ superne lata, similia iis Rh. Frangulae, si tria adsunt compresso-subtrigona apparent dorso scilicet convexo latiore, faciebus duabus ventralibus planiusculis linea elevata (raphe) sejunctis. Integumentum duplex, exterius subcartilagineum, interioris membranacei umbilicum cartilagineum pallidum liberum emittens; massa grumosa (in siccis nigricans) inter integumenta. Albumen embryonem sacculi carnosuli adinstar arcte includit, cotyledonibus late obovatis carnosis planiusculis, radicula brevi mucronis sub forma basi exserta.

*Rh.* (*Frangula*) *mucronata* n. sp., ramulis petiolis nervo utrinque pedunculis calycibusque puberulis; foliis petiolatis anguste ellipticis, basi obtusiusculis apice acuminatis et mucronatis, marginis dentibus depressis glanduloso-mucronatis; pedunculis 1 — 2 axillaribus petiolos subaequantibus, calycibus fructiferis orbicularibus; fructibus globosis 3-spermis. — In reg. frig. pr. Chantla et pr. Agangueo. leg. Schiede Novbr. fructibus haud plane maturis. — Nulli descriptarum suae sectionis affinis videtur. Rami teretes, adultiores nigricantes glabri, lenticellis fere orbicularibus dilu-

tioribus, juniores cum gemmis, stipulis cito deciduis, petiolis, nervo medio, qui inprimis subtus in lateribus suis pilos producit), cum pedunculis et calycum externa pagina pubescentes, pilis minutis patentibus, in gemmis ubi densiores sunt subferrugineis. Venae in junioribus foliis subtus pubescunt et similis pubescentia totam paginam inferam foliorum juniori in statu forsitan obducit. Petioli 3 — 5 lin. longi, lamina 1 — $2^1/_2$ pollicaris 6 — 9 lin. lata. Folia nunc angustiora nunc paullo latiora, basi saepius obtusa apice acuminata, acumine acuto et mucronulo terminato, dentes marginis nunc crenaeformes apparent, nunc evidentiores, semper vero sunt depressi, apice intus flexo glandula minuta mucronato. Pedunculi in axillis foliorum superiorum solitarii gemini 2—3 lin. longi, sursum leviter incrassati, uniflori. Calyx sub fructu orbicularis; fructus haud plane maturus magnitudine circiter grani Piperis minoris, intus continens semina tria, quae fabrica sua ad illa Rh. Frangulae et praecedentis speciei accedunt. — Specimina haud bene servata sunt, unicum ad Chantla lectum paullulum differt petiolis aliquantulum longioribus.

*Rh.* (*Alaternus*) *serrata* HBKth. (Hb. Willd. n. 4637! specim. Humboldt.), ramulis petiolis nervo utrinque pedunculis puberulis, foliis brevissime petiolatis anguste ellipticove lanceolatis, argute denticulatis, floribus subracemosis in ramulis brevibus lateralibus foliosis axillaribus, calycibus 4-dentatis, dein dentibus serius decidnis orbicularibus; ovario 2-loculari, loculis 1-ovulatis fructibus globosis 2-spermis. — Ad S. Angel Majo fructus juniores ferentem leg. Schiede; pr. Mexico florentem, in montibus calcareis prope los Baños fructiferam („Arbuscula s. frutex 1—10-pedalis, fructibus rubris s. atropurpureis"), nec non in Barranca post Peñas casjadas Aprili. („Arbor.") leg. C. Ehrenberg. — Conjungimus specimina vario in statu lecta, quae primo intuitu magnam affi-

nitatem cum praecedente specie habere videntur, quare et novam addere diagnosin haud abs re fore credimus. Pubes debilior in gemmis stipulis calycibus vix reperitur. Folia innixa petiolo 1—1½ lin. longa, lamina usque ad 2½ p. longa, 8—9 lin. lata, basi saepius acutiora magisque attenuata quam apice, vix mucronulata, margo denticulis erecto-incurvis, apice glandulosis quasi, dense obtectus, nervus subtus prominet, venae majores, 6—8 utrinsecus vix in conspectum veniunt. Flores, una cum foliis in ramulis brevibus ex axillis foliorum nunc delapsorum nunc praesentium prodeunt, racemos fere efformant, quorum apices dein paullo longius crescunt perfectaque folia edunt, dum inferiora imperfecta remanent vel plane decidunt, hinc et fructus racemosi ad basin ramulorum apice foliiferorum apparent. Flores in axillis solitarii pedunculati, pedunculo filiformi serius crassiore. Calyx parvus sub anthesi 1½ l. circ. altus, laciniis 4 triangularibus acutis, quae medio nervo intus elevato duobusque submarginalibus obscurioribus instructae in adultiori fructu tandem decidere solent. Petala minuta obovata, subtruncata, biloba complicata; staminibus paululum calyceque multo breviora, antheris ovalibus. Ovarium in fundo calycis compresso-semiglobosum, biloculare, loculis 1-ovulatis; stylo brevissimo ad medium usque bipartito. Fructus suppetentes magnitudine granum Piperis minus aequabant, calyce suffulciebantur plerumque integro patente vel subdeflexo; carne sua aquam in qua coquebantur colore pulchre rubro tingebant. Nuculae duae latere interno subplanae, externo convexae sulcisque duobus obsoletis utrinque juxta medium dorsum decurrentibus saepius notatae, apice paulo crassiores quam basi dein rima longitudinali dehiscentes. Semen nuculae conforme dilutius laevius, in dorso sulcum profundum praebens ut in Rh. cathartica; embryo haud evolutus.

Magna certissime est affinitas hanc inter speciem Rhamnumque Alaternum ejusque affines ita ut hujus sectioni addenda sit. Fructus indoles cum illa Rh. catharticae haud adprime convenit, an vero cum illa Rh. Alaterni conveniat, nec propria investigatio, nec aliorum observationes docere potuerunt. Planta Humboldtiana sine dubio eadem.

COLUBRINA Rich., Brongn. in Ann. des sc. nat. X. 368.

Cel. Brongniart Rhamnearum genera illustrans et augens non omnes quas Candollius proposuit species ad genera sua reduxit, *Ceanothum buxifolium* a Kunthio ex imperio Mexicano descriptum silentio praetermisit, *C. Alamani* neglexit, *C. infestum* Colletiis affinem junxit. Quas omnes habitu et inprimis inflorescentia inter se differentes nec non ab veris Ceanothis recedentes deficiente fructu maturo ad genera sua ducere nequimus. Colubrinis igitur adjungimus, quarum duas habemus species genuinas.

* *ramis spinescentibus* (hinc Colletiis affines ex Brongn.).

C. *infesta*; Ceanothus inf. HBKth., DC. pr. 2. p. 31. — Inter S. Pedro Tlaolilpan et Huehuetoca reg. subfrig. Jun. flor. leg. Schiede, in planitie ad Pachucam Jul. Aug. fructus juniores fer. leg. C. Ehrenberg. „Frutex quadripedalis, floribus albis." — Species haec habitu sine dubio ad Colletias accedit: rami ramulique patentes apice spinescentes, qui spinarum axillarium nomine salutantur si breves reperiuntur; folia parva minutave subopposita (quae nulla linea elevata connectuntur) basi incrassatae gibbosae fuscae utrinque in stipulam strictam brevem subulatam fuscam excurrenti insidentia, flores denique axillares solitarii suadent Colletiam esse; dissuadent vero flores iis Ceanothi s. potius Colubrinae omnino similes. Planta nostra multo minus foliosa quam ab Kunthio depicta, folia enim apices spinescentes versus valde di-

minuuntur, gibbo illo fusco cum stipulis minutis semper praesente. Rami dein glabrescunt. Fructus 3- et abortu 2-coccus glaberrimus (siccus videtur) basi calyce suffultus cujus laciniae marcidae deflectuntur; loculi monospermi quomodo dehiscant nescimus. Stylus deciduus simplex.

*C. buxifolia*; Ceanothus buxif. HBKth., DC. prodr. 2. p. 32. — Mineral del Monte C. Ehrenberg leg. Frutex, ramis subflexuosis, ramulos breves laterales patentissimos apice spinescentes et basin versus uno alteroque ramulo abbreviato florifero aut foliifero instructos ex axillis foliorum suorum protrudentibus. Flores plures pedunculati ex axillis nascuntur squamularum in ramulis illis lateralibus, qui ad basin unum alterumve folium ferunt, quum vero maxima pars florum decidat, et unicus modo e quaque axilla fructum proferre soleat, fructus in racemo simplici, flores autem in racemo e fasciculis florum composito observamus. Fructus tricocci calyce circumscisso fulciuntur, immaturi carnosi videbantur. Stylus aliquantulum persistens simplex in tria stigmata patenti-recurvata divisus est.

*** ramis non spinescentibus.*

*C. Alamani*; Ceanothus Alam. DC. prodr. 2. p. 31! — Specimina Berlandieri ad Tampico collecta si comparamus cum Schiedeanis Papantlae Jan. lectis et eodem sub nomine jam prius divulgatis, folia in his animadvertimus duplo majora, minus dense tomentosa, lamina ad 2 poll. et paulo ultra longa, 6 — 10 — 15 lin. lata, petiolo 2 — 3 lin. Ex inflorescentia haec species ad plures Colubrinas pertinet.

*Colubrina Ehrenbergii* n. sp., foliis oppositis ovalibus ellipticisve utrinque acutiusculis trinerviis subtus cum ramulis pedunculis et calycibus tomentosis; venis dentibusque obtusis, apice subtus glandula notatis, paucis, his interdum subnullis; floribus 1 — 5 axillaribus pedunculatis, pedunculis

fructiferis deflexis, fructibus glabris ad medium usque calyce circumscisso inclusis. — Inter las Ajuntas et las Verdosas Jan., inter Amojaque et el puente de Dios Dec. fructiferam leg. C. Ehrenberg. — „Frutex 10-pedalis." — Rami teretes e cicatricibus foliorum et partium omnium ex axillis prorumpentium nodulosi, internodiorum longitudine maxime variabili, epidermide cinerascente reliquiis indumenti tecta, hinc in vetustiore parte magis albida in junioribus magis ferruginea, lenticellae in seriebus longitudinalibus dispositae: rimae parvae marginibus inerassatis ferrugineis. Folia petiolata opposita, ovalia v. elliptica, utrinque acuta, trinervia, interdum sub-5 nervia, nervis his cum venis majoribus paucis (utrinque 2—3) subtus prominentibus in extimo margine inter se connexis, venulis transversis crebris prominulis, margine dentato, dentibus obtusis nunc depressioribus magis in crenarum formam vergentibus, nunc erectioribus, glandula orbiculari convexa intense lutea sub quovis dente, pagina supera juniore puberula, seniore calva opaca, infera tomento tenui pallide ochraceo molli e pilis fasciculatis composito tecta. Foliorum lamina ad $2^1/_2$ p. longa et $1^1/_2$ p. lata, petiolus ad 4 lin. longus, teres, tomentosus. Pedunculi 1—5 subumbellati in brevissimo axi tomentoso axillari, dein sub grossificatione 6 — 8 lin. longi, cum calyce in statu juniore leviter tomentosi, seriore aetate calvescentes. Calycis tubus late obconicus, laciniis 5 late triangularibus acutis, intus linea elevata longitudinali percursis, tubo ultra lineam alto paululum brevioribus. Petala parva unguiculata, lamina ovali fere cucullata, stamina his anteposita vix breviora. Ovarium depresso semiglobosum, disco annuliformi cujus vestigia et in fructu conspiciuntur cinctum, stylo brevissimo, stigmatibus tribus acutis erectis, citius stylo deciduis, cujus infima pars truncata in fructu remanet. Fructus globosus diametro trilineari, ad medium usque calycis tubo nunc hemi-

sphaerico, nervis pluribus a pedunculo radiatim marginem elevatum petentibus notato immersus, supera sua libera parte sulcis 6 ab stylo radiatim decurrentibus notatus, styli basi apiculatus, fere glaber, in coccos tres dissiliens, interiore angulo sese aperientes, monospermos, semine atro nitido, obtuse trigono, latere extero latiore convexo, interiori utroque subplano, basi pro insertione funiculi emarginata. Delapsis coccis in apice pedunculi patella parva lineae diametro persistit.

*C. celtidifolia*, Ceanothus celtidifolius Linn. V. p. 602. n. 722. — In sylvis Jalapensibus Aug. fructibus maturis leg. Schiede.

CONDALIA Cav., DC. prodr. 2. 28.

*C. mexicana* n. sp., pubescens, foliis breviter petiolatis obovatis basi acutis apice mucronatis, floribus solitariis geminisve axillaribus. — Pr. Zimapan Junio m. fructiferam et simul floriferam leg. b. Schiede; in Barranca de Acholoya Sept. fructif. Cav. Ehrenberg, „frutex 8-pedalis, fructibus atropurpureis vel nigris." — Rami sub angulo recto patentes, apice in spinam validam 3—6 lin. longam nigricantem plerumque excurrunt, juniores pube brevi densiori molli fere cinerascentes sunt, seriore aetate glabrescunt, cortice rimuloso nigricante et cinerascente obducti. Folia parva (maxima cum petiolo canaliculato 5 lin. sunt longa, 2 lin. longa) breviter petiolata alterna, propter ramulos axillares haud evolutos rarius spina terminatos fasciculata, elliptica, obovato-elliptica, obovata, in petiolum acutata subcuneata, apice obtusa, mucronata, mucrone saepius acumini minuto insidente, plus minus pubescentia, coriacea, nervo subtus prominulo, venis vix in conspectum venientibus. Stipulae lineares, longe acuminatae, fuscescentes, extus pubescentes, petiolo lon-

giores, deciduae. Flores in ultimis ramulis lateralibus brevibus inermibus in omnibus fere axillis solitarii geminive subsessiles, parvi. Calycis pubescentis sub anthesi lineam alti tubus hemisphaericus intus disco vestitus ad marginem incrassatum stamina ferente, tenui, nequaquam cum ovario cohaerente; laciniae 5, aestivatione valvari, triangulares, acutae, nervo medio intus cristae in modum prominente et duobus submarginalibus notatae. Corolla nulla. Stamina cum calycis laciniis alternantia iisque minora, filamenta brevia subulata introrsum curvula; antherae subrotundo-cordatae, dorso affixae, in utroque loculamento sulco profundo exaratae. Ovarium liberum ellipsoideum, leviter pubescens, uniloculare, uniovulatum; stylus brevis simplex, stigmate terminali subcapitato. Fructus quos vidimus immaturos, 3 lin. longi erant, calyce integro suffulti, subcylindracei, apice acuti, stylo integro plerumque superati, intus sub carne crassiuscula nucleum includentes forma similem, satis durum sublignosum, unicum semen foventem.

*Obs.* Condaliae genuinae nec Cavanillesii iconem nec specimen videre licuit, sola igitur apud varios auctores repetita descriptione edocti non dubitavimus quin haec nostra planta nova ejusdem generis esset species, quae pluribus notis a stirpe Chilensi recedit, cujus characterem specificum hoc modo emendare placet:

*C. microphylla* Cav., glabra, foliis subsessilibus ovalibus acutis, floribus pluribus axillaribus pedunculatis, pedunculis vix folio longioribus.

Altera species Sprengeliana C. paradoxa multis dubiis premitur. Frustra enim inter Condalias quaerebatur in Herbario Sprengeliano, Antonii Sprengelii Dris. benevolentia mihi aperto, hinc ad aliud genus ab ipso auctore relata videtur.

Tertia ab eodem auctore proposita species est *Condalia spinosa* Spr. Syst. veg. Cur. post. p. 108, quam, in Herbario auctoris *Condaliae megapotamicae* nomine ornatam, secundum hoc ipsum specimen autographum, *Discariam Americanam* Gill. et Hook. Bot. Miscell. 1. p. 56. Tab. 44. D. habemus.

Quartam denique speciem: *Condaliam coriaceam* celeberrimus Reichenbachius constituit in Hollii plantis Maderensibus e Rhamno coriaceo Hbii. Willd., a Neesio in Hor. phys. Berol. p. 113. t. 23, depicto et descripto, qui Rhamnus est integrifolius Candollii.

Frutex denique in hortis botanicis sub nomine Condaliae microphyllae obvius, foliis suboppositis, spinis axillaribus suboppositis, ramisque non spinescentibus a descriptione Cavanillesii apud varios auctores repetita differre videtur.

CEANO'THUS Brongn. in Ann. d. sc. nat. X. p. 369.

*C. azureus* Desf. — Inter S. Angel et S. Bartolo Jun., pr. la Encarnacion Jul. et infra la Encarnacion de S. José del Oro reg. temp. Junio. (Schiede.) Inflorescentia est racemus compositus lateralis versus apices ramorum oriens, dein nudus, sub evolutione bracteatus, bracteis late ovatis concavis breviter acuminatis subtomentosis, mox deciduis et cicatricem callosam sub pedicello relinquentibus. Folia breviter petiolata, ovalia v. oblongo-ovalia obtusa, margine acute serrulata sed hoc ipso leviter revoluto interdum crenulata videntur, utrinque stipula e latiore basi sensim acuminata dein saepius extus curvata, fusca, tardius decidua comitantur; lamina nervo venisque subtus prominentibus, saepius vero a tomento absconditis, supra haud impressis notatur, venarum infimum par, cursu a subsequentibus plus minus diversum, si

acutiori sub angulo altiusque procedit venasque laterales in exteriore latere emittit, trinervium reddit folium, quod supra pubescens, subtus tomento denso albo-ferrugineo aut intense ferrugineo tectum est. Tomentum e pilis duplicis generis est compositum, aliis brevioribus grumosis, aliis longioribus varie flexis non septatis.

β pedicellis tomentosis, foliis minoribus, nervo venisque supra impressis lineatis. — Mineral del Monte, Cuesta blanca C. Ehrenberg. — An propria species?

*C. glandulosus* n. sp., ramis glandulosis, foliis oblongis, basi obtusiusculis, apice acutis, margine subulato-serrulatis, subtus tomentosis, supra glabris vix lineatis subtriplinerviis, racemis compositis paniculas terminales constituentibus, primum bracteatis; bracteis ovatis fere subulato-acuminatis apice patulis; pedunculis rhachibusque tomentosis. Frutex altus, floribus coeruleis, pr. las Trojes Octobri flor. Schiede leg. — Sine omni dubio a praecedente distinguendus. Si apices ramulorum lateralium florigerorum pyramidis modo in ramis dispositorum intueris nondum florentes, Salviam potius aliamve Labiatam videre credes ob bracteas dense congestas, subtomentosas, coloratas?, apice patulas, omnium ramulorum lateralium inferne denudatorum et fastigii apices occupantes, e quibus dein evolvuntur racemi compositi et racemose ita dispositi ut ramulum totum vel apicem ejus in paniculam multifloram mutent. Folia maxima cum petiolo bilineari $1\,^3/_4$ p. longa, inferne $^1/_2$ p. lata sed pleraque minora, nervus venaeque utrinque subsenae subtus prominent et cum tota pagina tomento ex ferrugineo albido sunt tecta. Stipulae lineari-lanceolatae sensim attenuatae fuscae dorso et margine in primis pilosae mox decidunt. Ramorum annotinorum apices quidem pubescunt, sed pubes haec mox decidit et glandulae parvae convexae nitidulae facilius conspi-

ciuntur quae densissimae superficiem tegunt et scabriusculam reddunt.

*Ceanothi* tertiam speciem a specimine valde incompleto et nimis juvenili haud rite determinandam habemus a Schiedeo in Llanos de Perote Sept. lectum.

( CONTINUABITUR. )

# PRODROMUS FLORAE TIMORENSIS

AUCTORE

*J. B. SPANOGHE.*

(CONTINUATIO v. LINN. XV. p. 208, 314.)

---

## MONOCOTYLEDONES.

### Commelineae R. Br.

855. *Commelina diffusa* Burm., Bl. En. pl. Jav. p. 1.

856. *Commelina auriculata* Bl. l. c. p. 2 et var. undulata Span.

857. *Commelina nudiflora* L., Bl. l. c. p. 3.

858. *Commelina* sp.

859. *Tradescantia cristata* L.?, Bl. l. c. p. 5.

860. — *axillaris* L., Bl. l. c. p. 6.

### Asparageae Juss.

861. *Asparagus dubius* Decaisne Hb. Tim. p. 35, Asp. penduliflorus Zipp.

### Amaryllideae R. Br.

862. *Crinum asiaticum* L., Hb. Tim. p. 36, Rumph. Amb. 5. t. 71. f. 2.

Asphodeleae R. Br.

863. *Dracaena terminalis* L., Hb. Tim. p. 35, Rumph. Amb. 4. t. 34. f. 2.

863 a. *Dr. reflexa* Lamk., Hb. Tim. p. 35, Rumph. Amb. 4. t. 35, Sanseviera fruticosa Bl.

864. *Laxmannia sessiliflora* Hb. Tim. p. 35. Tab. 16.

865. *Curculigo pauciflora* Zipp., C. orchioides? Roxb.

866. *Aloë perfoliata*? Ait. — Plantae in Asiatic Researches Vol. 4. p. 265 notatae similis. — Crescit in siccis argillosis ins. Timor frequens.

Pontederieae Kunth.

867. *Pontederia vaginalis* Willd., Hb. Tim. p. 34.

Junceae DeC.

868. *Flagellaria indica* L., ex Zipp.

Hydrocharideae DC.

869. *Damasonium indicum* Willd., Bl. En. pl. Jav. p. 30, D. Timorensis? Zip.

Melanthiaceae R. Br.

870. *Gloriosa superba* L. — In montanis ins. Timor.

Orchideae R. Br.

871. *Onychium affine*, Decaisne Hb. Tim. p. 37. — De bloem door my afgebeeld.

872. *Sarcanthus Timorensis* Decaisne Hb. Tim. p. 37.

873. *Liparis disticha* Lindl., Hb. Tim. p. 38.

874. *Cistella cernua* Bl. Bydr. p. 293, Malaxis cernua Willd.

875. *Grammatophyllum*? *pulchrum* Span. Icon. n. 33.

876. *Habenaria Susannae* Bl. Bydr. p. 402.

877. *Habenaria mutica* Span. Ic. n. 32. — Sepalis exterioribus lateralibus reflexis, interioribus apice intus cum sepalo dorsali conniventibus; labello 3-partito, laciniis linea-

ribus, media breviore; calcare quam ovarium duplo longiore; foliis lineari-lanceolatis.

878. *Habenaria cornuta* Span. Ic. n. 35. — Sepalis exterioribus lateralibus patenti-reflexis, interioribus linearibus recurvis; sepalo dorsali rotundato concavo erecto; labello 5-partito, laciniis linearibus, media elongata recurva; calcare quam ovarium breviore; bractea germinis longitudine lanceolata; foliis subundulatis.

879. *Habenaria carinata* Span. — Sepalis exterioribus lateralibus patenti-erectis; sepalo dorsali minuto; labello 3-partito petaloideo, laciniis aequalibus, sepalo laterali paulo longiore, lacinia media supra carinata; calcare ovarium subaequante; bractea carinata germen aequante; foliis late lanceolatis amplexicaulibus acuminatis glabris integerrimis subtus albicantibus; spicis elongatis glabris, angulato-subalatis. Planta minor.

880. *Habenaria viridiflora* Span. — Sepalis exterioribus horizontali-patentibus excavatis; labello 3-partito, laciniis aequalibus sepala aequantibus sursum erectis; calcare quam ovarium multo breviore; bractea carinata germen subaequante; spicis alato-angulatis elongatis; foliis oblongo-ovatis obtusiusculis glabris amplexicaulibus.

Canneae R. Br.

881. *Canna indica* L., En. pl. Jav. p. 35, Rumph. Amb. 5. t. 71. f. 2.

Scitamineae R. Br.

882. *Zingiber amaricans* Bl. En. pl. Jav. p. 43, Rumph. Amb. 5. t. 64. f. 1.

883. *Zing. officinale* L., Bl. En. pl. Javae p. 42, Rumph. Amb. 5. t. 66. f. 1.

884. *Curcuma longa* L., Rumph. Amb. 5. t. 67.

885. *Curcuma Zerumbet* Roxb., Bl. En. pl. Jav. p. 42, Rumph. Amb. 5. t. 68.

886. *Curcuma comosa* Roxb. ex Zipp.

887. *Curcuma porphyrotanica* Zipp.

888. *Globba alba* Zipp.

Smilaceae R. Br.

889. *Smilax Zeylanica* L., Bl. En. pl. Jav. p. 17.

890. *Sm. perfoliata* Lour., Bl. En. pl. Jav. p. 18.

891. *Sm. Timorensis* Zipp.

892. *Sm. anceps* Willd., Hb. Tim. p. 36.

Dioscoreae R. Br.

893. *Dioscorea diacantha* Zipp.

894. *Diosc. sativa* L., Bl. En. pl. Jav. p. 23.

895. *Diosc. aculeata* L., Rumph. Amb. 5. t. 126.

896. *Diosc. hirsuta* Bl. En. pl. Jav. p. 21, Rumph. Amb. 5. t. 128.

897. *Diosc. bulbifera* L., Rumph. Amb. 5. t. 124.

Palmae.

898. *Cocos nucifera* L., Hb. Tim. p. 34.

899. *Borassus flabelliformis* L., Hb. Tim. p. 34.

900. *Caryota urens* L., Hb. Tim. p. 34.

901. *Corypha umbraculifera* L.

902. *Areca Catechu* Willd.

903. *Arenga* (*Gomutus*) *saccharifera* Rwdt., Spreng. Anl. z. Kenntn. d. Gew. 2. p. 198.

Pandaneae.

904. *Pandanus odoratissima* Willd.

905. *Freycinetia scandens* Gaudich., Hb. Tim. p. 39.

Typhaceae.

906. *Typha angustifolia* L., Hb. Tim. p. 38.

Aroïdeae Juss.

907. *Amorphophallus campanulatus* Decaisne Hb. Tim. p. 38, Arum camp. Roxb.

908. *Typhonium divaricatum* Hb. Tim. p. 39, Arum trilobatum L.

909. *Typh. cuspidatum* Hb. Tim. p. 39, Arum cuspidatum Bl.

910. *Scindapsus pinnatus* Schott, Hb. Tim. p. 39, Pothos pinnata L.

Taccaceae.

911. *Tacca pinnatifida* L., Hb. Tim. p. 40.

912. *T. palmata* Bl. ex Zipp.

913. *T. maculata* Zipp.

Cycadeae.

914. *Cycas circinalis* L., Hb. Tim. p. 40, Rumph. Amb. I, 86. tab. 20—24.

---

Desunt in hoc indice Gramineae, Cyperaceae aliaeque familiae, quae nec in altero prius composito manuscripto reperiebantur.

# ABIETINAE
## HORTI REGII BOTANICI BEROLINENSIS
## CULTAE,

RECENSITAE

A

*H. FR. LINK,*

HORTI REGII BOTANICI DIRECTORE.

---

## ABIETINAE.

*Flores* diclini. *Amentum masculum* squamis subpeltatis subtus antheras gerentibus. *Amentum femineum* squamis binis, exterioribus bracteas, interioribus excrescentibus strobilum constituentibus. *Germen inversum* pericarpio, seminisque micropyle apertis.

Arbores saepe magnae, rarius humiles ramis procumbentibus, caule plerumque excurrente, in quibusdam tantum in ramulis summis deliquescente. Folia acerosa, nervo scilicet per medium folium decurrente, excepta Dammara, cujus folia nervos in superficie eminentes plures ostendunt. Floribus masculis Pini Linnaeus perianthium tetraphyllum adscripsit, sed squamas esse gemmae (tegmenta) hiantes Schreberus recte affirmat. Idem Linnaeus filamenta esse in columnam connata ait, hinc ad Monoeciam Monadelphiam genus reduxit, nec Schreberus repugnat. Tum Jussieus in Abiete

squamulas numerosas in amentum oblongum dispositas esse dixit, filamentorum aemulas. Quem omnes fere secuti sunt Auctores, nisi quod squamulas esse cristas antherarum post R. Brownium explicite pronuntiaverint. Nolunt itaque bracteas vocare, nec oppono, cum antherae sub squamula adnatae, nec supra istam, ut solent in bracteis, positae sint. Hae squamulae subpeltatae videntur, lamina sursum versa majore, altera deorsum versa minore quin subinde minima. In plurimis generibus binae adsunt antherae vere unilaculares, in Cunninghamia tres, in Araucaria et Eutacta plures. Amentum femineum e bracteis compositum est, interdum persistentibus, saepius vero oblitteratis, squamas fulcientibus quae demum in strobilum excrescunt et fructus involucra formant. Germen inversum, stylis 2 seu stigmatibus 2 papillosis, Linnaeus ignoravit, Schmiedelius, Schkuhrius jamjam rite cognoverunt, monente Rob. Brown Richardus calycis esse lacinulas putavit, inter quas stigma verum promineat, Rob. Brownius vero micropylen inter ipsos esse apertam vidit. Si ad micropylen apertam respicis semen nudum dicere poteris, si vero ad integumenta, tectum erit. Amictum enim est, integumento externo sat crasso, e quo stigmata ista duo filiformia excedunt, saepe in alam excrescente; sequitur alterum quod testam dicas, tandem albumen habet cum embryone incluso unico aut pluribus embryonibus polycotyledoneis. Albumen non resorbetur nec evanescit, ut in aliis plantis fieri solet, sed embryone accrescente excutitur et decidit.

## 1. PINUS.

*Folia* adultiorum fasciculata marginibus in cylindrum componendis, vaginulis cincta. *Monoica. Amenta mascula* ad basin ramorum juniorum. *Strobilus* bracteis non ex-

crescentibus, tandem obsoletis, squamis apice verruca tetragona aut semitetragona.

Folia in caule infante, seu primordialia non fasciculata sunt, et a reliquis diversa, eo quod convexa sint, nec canaliculata aut carina media prominente praedita. Ex ipsorum axillis folia exeunt fasciculata bina — quina, numquam plura, in orbem posita ita ut marginibus in cylindrum componenda sint aut cavum, aut magis solidum; interdum quoque revera connata sunt, cujus exemplum in Pino sylvestri affert *Loudon, Arboretum brittan. T. 4. p.* 2158. Vaginulae membranaceae tenues scariosae alternatim imbricatae fasciculos foliorum cingunt ad majorem minoremque altitudinem, demum aut marcescentes et lacerae, aut caducae. Sub fasciculis et vaginulis hisce squamae subfoliares positae sunt sterigmatibus impositae crassiusculae, fuscae, in apicem exeuntes saepe reflexum et marginibus fimbriato-laceris. Apex iste plerumque decidit, squama planiuscula sub foliis prominente. Ex his omnibus elucet, folia fasciculata constituere initium rami, nam vaginulis cincta sunt, utpote tegmentis gemmarum et in axillis foliorum primordalium proveniunt, tum, his delapsis ex axilla squamae subfoliaris, quasi folii fulcientis proveniunt. Amenta mascula plerumque aggregata inter fasciculos foliorum prodeunt, crista sursum producta majore, deorsum producta minore. Amenta feminea prope apicem ramorum juniorum proveniunt, sed non terminalia, pedicello brevi crasso, e gemma oriunda, tegmentis scariosis cincta, nec foliis praedita; squamae superne incrassatae angulatae, mucrone debili in apice, basi germen includentes inversum apertum uti omnes Abietinae. Pone squamam bractea posita est, ipsa brevior et tenuior, truncata. Strobilus fit e squamis increscentibus, apice pyramidato sese invicem contingentibus et connatis, demum vero in maturitate secedentibus, semenque emittentibus. Constat quaevis squama

e laminis tribus, duabus collateralibus, tertia ad apicem tantum in dorso adnata, pyramidata. Bracteae non excrescunt, sed demum oblitterantur. Semen alatum in plerisque, raro tantum vestigia alae adsunt.

Sectio I. *Folia gemina.*

Folia canaliculata plerumque marginibus serrulatis.

1. P. *sylvestris*, foliis rigidis, strobilis mediocribus demum nutantibus, squamis pyramide elevata rugosa opaca.

*Typus. Diagnosis.* Arbor ramis demum umbraculatis. Folia tripollicaria glauca. Strobili bipollicares basi attenuati; squamae acutiusculae pyramide non inflexa.

P. sylvestris *Linn. W. Berl. Baumg.* 265. *W. E.* 988. *E. a.* 2. 409. *Abh. d. Berl. Akad. f.* 1827. *p.* 165. *Lamb. Pin.* 1. *t.* 1. *p.* 1.

Habitat in Germaniae sterilibus arenosis, in Scandinavia, Russia, Scotia, Helvetia, in reliquis Europae provinciis vix nisi culta. ♄. D.

Arbor magna altitudine 140 — 160 pedum et ultra, ramis in umbraculum tandem compositis eleganti habitu, sed ob folia grisea minus laeto. Cortex trunci rescissus, laminis deplanatis nigris, ramorum laevis flavescens et rubescens. Folia ad 3 poll. longa, lin. dim. lata canaliculata, margine serrulato, glauca praesertim adulta, minus rigida ac varietatum. Vaginulae alternatim imbricatae, in junioribus ad 3 — 4 lin. folia ambientes, in adultioribus lacerae fuscescentes, corticis superficiei similes. Squamae subfoliares parum prominentes rotundatae. Gemmae elongatae (turiones) ad 6 poll. et ultra longae. Amenta mascula in basi turionum magna copia provenientes 6 lin. longa; filamentum crista brevi, margine tenuissimo lacero, antherae loculis post emissionem pollinis patentibus non corrugatis. Amenta feminea in apice turionum bina aut terna, pedicello crasso et brevi; squamae

ovatae acuminatae rubrae basi ovula duo sinu foventes; ovula subglobosa infra aperta, stylis duobus oppositis reflexis rubro-floccosis. Strobilus brevipedunculatus, ad 2 poll. longus basi attenuatus; squamae acutinsculae cum patent, habent pyramidem lateribus duobus superioribus cum duobus inferioribus in eodem fere plano, nec sursum versis aut inflexis; squamae inferiores magis elevatae sed minores, pyramide in conum transiente subreflexum; omnes pyramide e fusco grisea opaca. Semen ovale 2 lin. longum, testa dura, ala 6 lin. longa, sursum dilatata ibique 2 lin. lata, tum angustata, apice obtuso rotundato, basi aperta. Embryo cotyledonibus 5. Amenti feminei pedunculus post florescentiam reflectitur, strobilus per duos annos increscit squamis clausis, vere tertii anni aperitur squamis patentibus et semina emittit. Cotyl. 6—7 (Richard), 5 (Ramond de P. rubra).

Pinus rubra, foliis geminis brevioribus glaucis, conis parvis mucronatis, P. scotica vulgo *Mill. Dict. n.* 3. nil est nisi ipsa nostra Pinus sylvestris, nec varietas. Ait enim Millerus de Pino sylvestri suo n. 1. esse Pinastrum, crescere in montibus Italiae et Galliae australis, ramos esse magis remotos quam in P. scotica, folia crassiora et longiora, strobilos 7—8 poll. longos. Hinc patet, sermonem esse de Pino Pinastro Lamb. De Pino vero rubra n. 3. ait, esse non solum spontaneam in montibus Scotiae, sed etiam in plerisque regionibus Europae communem. Dein addit Jo. Bauhinum hanc vocare Pinum Genevensem vulgarem quia circa Genevam frequens inveniatur, sed non minus in tota Dania, Suecia, Norvegia inveniri. Haec omnia optime in Pinum sylvestrem nostram quadrant, quam cum P. Pinastro Lamb. comparat. *Du Roi* in *Harbkesche wilde Baumzucht ed.* 2. *Pott.* 2. 38. 39. R. rubram ut varietatem P. sylvestris adducit et addit folia esse breviora parum ultra 2 poll. longa, crassa, striata, magis flavo-viridia, quam in

pr. (P. sylvestri typo) strobilos tenuiores magis pallide fuscos, acutiores. Cum Millèri Pinos non bene intellexerit specimina minora P. sylvestris pro P. rubra Mill. descripsit. Ramos P. rubrae ex Horto Harbeciano in Herbario asservo, qui probant, quae modo dixi. Secutus est *Willd. in Berl. Baumz.* 265. *et En. l. c.* Pinus in Horto nostro Pini rubrae nomine insignita in arborem magnam excrevit a P. sylvestri nullomodo diversam. *Loudon Arbor. britt.* 4. 2155. P. horizontalem Don. cum hac varietate conjungit, sed nec Millerus, nec reliqui Auctores ramorum horizontalium in P. rubra mentionem faciunt.

Pinus Mughus *Jacq. Ic. rar.* 1. *t.* 198. *Willd. sp.* 4. 495. non minus est P. sylvetris nostra. Nam Joseph. Francisc. de Jacquin, Nicolai filius, Professor olim Vindobonensis, nunc proh dolor! morte nobis ereptus, mihi narravit, patrem cum circa Vindobonam Pinum nigricantem vidisset, credidisse, esse Pinum sylvestrem Linn. Quam ob rem, specimen parvum Pini sylvestris in Styria observatum ad P. Mughum Scop. pertinere putavit, et icone pingi curavit. Nullibi vero descriptionem addidit.

P. Rigensem *Desf. Hist.* 2. 61. *Loud.* 4. 2157. a P. sylvestri nostrate non differre puto. Quas hoc nomine accepimus arbores saltem non diversas video.

*Var.* 1. *P. s. rotundata.*

*D.* Arbor ramis pyramidatis, saepe tortis deflexis. Folia vix ultra bipollicaria viridia. Strobilus bipollicaris basi magis minusve applanatus, squamae obtusiusculae, pyramide inflexa.

P. rotundata *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. *p.* 168. 170. P. uncinata *E. a.* 2. 409. P. sylv. montana *Wahlenb. helv.* 180. *Gaudin helv.* 6. 183. P. montana *Hoffm. germ.* 1. 340. *Suter helv.* 2. 275. P. Mughus *Hegetschw. helv.* 2. 342.

Hab. in Alpibus Europae mediae, vidi praesertim in Tyrolia. ħ. *D.*

Arbor minus alta, quam typus speciei, juniore aetate saepe ramis ad terram deflexis, semper vero ramis magis deflexis et tortis, quam in typo. Folia breviora et latiora tum quoque rigidiora, viridia non glauca. Strobilus bipollicaris, cum squamae patent, plerumque basi applanatus interdum tamen subattennatus, squamae pyramidis lateribus anterioribus sursum versis seu inflexis, ita ut quatuor latera in eodem plano non sint posita. Ceterum convenit cum P. s. typo. Specie mihi differre videbatur. Cum vero jam olim vidissem (*Abh. d. Ak. l. c. p.* 170.) Pinum ramis junioribus ita deflexis ut Pinum Pumilionem dixerint, strobilos protulisse basi, parum quidem, sed tamen distincte attenuatos cum quoque inter reliquos characteres notae distinctivae difficillime sint dignoscendae, separare nolui. Et in Alpibus arbores vidi, foliis brevioribus non glaucescentibus, strobilis vero basi attenuatis, ut in P. sylvestri typo, e. g. circa Chur Helvetiae.

*Var.* 2. *P. s. brevifolia.* Arbor ramis brevibus parum tortis. Folia parum ultra pollicaria angusta viridia. Strobili poll. et dim. longi, basi attenuati, pyramide vix inflexa.

Arbores parvas e Pinorum genere vidi in montibus circa Gap Galliae australis et ramos siccos et strobilos inde attuli. Arbores altitudine tantum 6—9 pedum erant, ramis rectiusculis ut in typo. Folia haud ultra poll. longa vix lin. dim. lata, acutissima, rigidissima. Strobili poll. dim. ad poll. et dim. longi basi attenuati, sed minus ac in typo, squamis similibus, sed mucrone in umbone pyramidis interdum protenso, ita ut ad P. uncinatam accedat, cujus forte varietas est. Et locus natalis suadet affinitatem cum P. uncinata, cum plantae circumcirca crescentes Europae sint australis.

In Horto Pinum habemus Embrunensis nomine ex Horto Bollwilleriano missam, qui foliorum brevitate et tenuitate convenit. Strobilos nondum protulit.

*Var.* 3. *P. s. humilis.* Arbor ramis deflexis. Folia poll. et dim. longa rigida viridia. Strobili subnutantes pollicares cylindrici; squamae pyramide crassa vix inflexa.

P. humilis *Abh. d. Berl. Ak. l. c.* 171. P. Pumilio *Lamb. Pin.* 1. *t.* 2. *Pinet. Woburn.* 1. *t.* 1.

Hab. in Alpibus Helveticis, Tyrolensibus aliisque; legi in monte Sti. Gotthardi, tum prope Heiligenblut Carinthiae et alibi; etiam e Sudetibus aut montibus Moravicis mihi oblata est nomine P. Pumilionis.

Arbor parva 6 — 10 ped. alta, ramis deflexis saepe terrae incumbentibus. Folia lin. lata rigidissima. Strobili breves, squamis hiantibus; squamae iis in typo simillimae, sed breviores et pyramide crassa instructae qua ad P. Pumilionem accedit species. Vulgo confunditur cum P. Pumilione a quo vero differt, non solum strobilis cylindricis nec globosis, foliis brevioribus crassioribus rigidioribus, ramis deflexis quidem, sed non ita longis et loreis. In Horto mutatur et P. rotundatae simillima evadit.

*Var.* 4. *P. s. uliginosa.* Arbor ramis deflexis. Fol. ad 2 poll. et 6 lin. longa rigida viridia. Strobili subnutantes seu divaricati poll. et dim. longi cylindrici; squamae pyramide crassa vix inflexa.

P. uliginosa *Wimmer. Arbeit d. Schlesischen Gesellsch.* 1837. 95. *Weeber ibid.* 1838. 135. 136. *Elsner syn. fl. Cervimont.* 23. *Schauer Flora.* 1840. 41.

Hab. in montibus uliginosis Com. Glacensis prope Reinerz, ubi Neumannus primus invenit, tum in montibus Silesiaco-Moravicis (Schauer) in Bohemia prope Thermas Carolinenses et prope Egeram. ♄. D.

Arborem in Horto non colimus; crescere dicitur ad altitudinem 15 ped. Specimen obtulit cl. Grabowski, cujus folia 2 poll. et 3 lin. aut 2 poll. 6 lin. longa stricta adpressa longiora ac in P. s. humili. Strobili horizontaliter patent, seu divaricati strobilis P. s. humilis simillimi ita ut nonnisi foliorum longitudine discrepet, et vix varietatem peculiarem sistat. A P. Pumilione vero differt foliis rigidioribus, strobilis longioribus subcylindricis non erectis.

*Var.* 5 *P. s. sibirica.* Arbor ramis pyramidatis (?). Folia poll. et dim. longa glaucescentia. Strobili bipollicares basi plerumque applanati; squamae pyramide vix inflexa.

P. s. sibirica *Ledeb. alt.* 4. 199. Cfr. *Abh. d. Berl. Ak.* 168.

Hab. in planitiebus arenosis circa radicem montium Altaicorum et in deserto soongaro-kirghisico; sylvas constituens in omnibus montibus Altaicis granitosis, vix ultra 3000 ped. adscendens (Ledebour). Nec minus invenitur in montibus Uralicis; lecta prope Bogolnor haud procul a Werchoturie versus Boream a civitate Catharinenburg sito (Ehrenberg).

Habemus in horto arbores parvas foliis brevioribus tenuioribus ac in typo. Strobilos misit amicissimus Ledebourius, de quibus recte dicit (l. c.) esse versus basin magis rotundatos vel applanatos, e squamis longe numerosioribus compositos, in quavis spira 9 — 10, cum in europaeis varietatibus vix ultra 6 vel 8 observentur. Semina non vidi, esse duplo saltem longiora et latiora, alam versus basin minus dilatatam ait Ledebourius.

Celeb. Steven hanc et plures alias varietates conjungit *de Pinub. taur. cauc. nr.* 6.

In Horto Dublinensi Soc. Regiae vidi P. sylvestris varietatem, foliis paullo minus cuspidatis, strobilis squa-

marum fere omnium pyramide elongata, deflexa, quam P. s. *echinatam* dixerim nisi sit variatio singularis.

2. P. *Pumilio*, foliis brevibus rigidis, strobilis brevissimis erectis et suberectis subglobosis, squamis obtusissimis pyramide inflexa nitidiuscula.

*D.* Arbor ramis deflexis. Folia *poll. et dim. longa* viridia. Strobili vix pollicares, squamae pyramide crassa, superiorum minus elevata umbone vix excavato mucrone saepe protenso, inferiorum magis elevata subconica.

P. Pumilio *Willd. sp.* 4. 495. *E. a.* 2. 409. *Abh. d. Berl. Ak.* 1827. 127. *Haenke Beobacht. auf d. Riesengebirge p.* 68. qui primus accurate descripsit. P. Mughus *Scop. carn.* 2. 242. P. sylvestris Mugho dicta *Jo. Bauh. Hist.* 1. 2. 246.

Hab. in paludibus alpinis montium Sudetum, Salisburgensium, Carinthiacorum, Carpaticorum nec non Helvetiae orientalis. ħ. D.

Arbuscula 4 — 8 ped. alta, ramis deflexis lentis, solo paludoso ita incumbentibus, ut interdum fruticetum viatoribus Botanicis impenetrabile reddant. Folia longiora et tenuiora ac in P. s. humili viridia vix glaucescentia. Strobili pedunculo brevissimo vix ullo, hinc non nutant, sed aut erecti aut suberecti sunt; squamae pyramide crassissima nitidiuscula colore dilute fusco, qua uti et foliis longioribus a varietatibus P. sylvestris distingui potest. In Horto ramos sat prostratos retinuit, strobilos non protulit, quos igitur secundum specimina descripsi prope Gastein Salisburgensium lecta. In *Flora silesiaca Auct. Fr. Wimmer et Grabowski Vratislav.* 1829. 2. 355. dioica dicitur, quod denuo observandum. Equidem speciem puto nec varietatem, et vereor ne illi, qui varietatem dixerint, cum P. s. humili commutaverint, quod facile fieri potest.

3. P. *Banksiana*, foliis brevibus rigidis, strobilis mediocribus erectis incurvis cylindricis, squamis obtusis.

*D.* Arbor ramis divaricatis deflexis. Folia parum ultra poll. longa rigidissima mucronata. Strobili bipollicares et ultra semper incurvi.

P. Banksiana *Lamb. Pin.* 1. *t.* 3. *Pinet. Woburn.* 13. *t.* 3. *E. a. p.* 2. 409. P. rupestris *Michx. arb.* 1. 49. *t.* 2. P. Hudsonis *Lam. enc.* 5. 339. P. sylvestris δ divaricata *Ait. Kew.* 3. 366.

Hab. in America boreali in Nova Scotia, Canada, Maine, ad sinum Hudsonis usque ad gradum 64. l. b. ♄. D.

Arbor in patria ad 40 ped. alta, ut referunt, in hortis Brittanniae altitudine 2—3 ped. vidi, in Horto periit. Rami divaricati ad terram usque deflexi et torti. Rami juniores magna copia resinae exsudantis tecti odoris non ingrati. Folia densa plerumque curvata, lineis punctatis (e stomatiis) profundioribus et paucioribus quam in P. s. humili, cui alias foliis simillima. Sed strobili valde differunt cylindrici incurvi, quos virentes tantum vidi nec fuscos seminibus emissis hiantes.

4. P. *nigricans*, foliis elongatis rigidis, strobilis mediocribus demum divaricatis basi applanatis, squamis pyramide opaca inflexa elevata.

*D.* Arbor ramis demum umbraculatis. Folia quadripollicaria et ultra obscure viridia. Strobili squamae praesertim in superioribus saepe mucrone protenso.

P. nigricans *Host. austr.* 2. 608. *Com. Sternberg in Bot. Zeitung f.* 1821. 381. P. nigra *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 173. P. austriaca *Loud. arb. br.* 4. 220. P. Pinaster *Rochel banat.* 79. *t.* 39. *f.* 85.

Hab. in Austriae, Hungariae, Styriae, Banatus, Croatiae, Dalmatiae montibus (Host); Carpatos cauro sub-

jectos sicut et reliquam Hungariae partem fugit (Rochel); in montibus Moravicis versus Austrum non rara, circa Vindobonam culta. ♄. D.

Arbor ad 50 ped. alta, et in Horto nostro magna, ramis sursum curvatis foliisque longis densis obscure viridibus, quo habitu facile dignoscitur. Folia lin. dim. lata et ultra, margine serrulato seu scabro, acutissima, rigida, quin rigidissima. Amenta mascula in basi turionum ut solent, fere poll. longa, filamenta crista brevi subrotunda. Strobilus brevi-pedunculatus fere sessilis, 2 poll. basi latus, strobilis Pini sylvestris similibus sed longioribus et praesertim latioribus; squamarum in basi strobili pyramide multo minus elevata, quam in P. sylvestris, inflexa, mucrone saepe valde protenso. — Arbor Oeconomis in Imperio Austriaco jam dudum nota, Schwarzföhre dicta, a Botanicis male neglecta, cfr. *Oeconomische Nachrichten von C. L. André B.* II. *p.* 217. Qui P. sylvestrem veram vidit, facile distinguet, magis vero cum P. Pinastro convenit, a qua tamen habitu et strobilis brevioribus distinguitur, tum quoque loco natali, cum P. Pinaster multo calidiores occupet regiones.

5. P. *uncinata*, foliis mediocribus rigidis, strobilis demum nutantibus basi applanatis, squamis brevibus obtusiusculis pyramide polita inflexa elevata.

*D.* Arbor ramis non umbraculatis. Folia bipollicaria et ultra, interdum breviora, viridia. Strobili 1 — 2 pollicares; squamae fere semper mucrone protenso.

P. uncinata *DeCand. fr.* 3. 726. *ex Ramondio nec non* 5. 334. P. Mughus *Pinet. Woburn. p.* 4. *t.* 2. Hab. in Pyrenaeis (Ramond), in Alpibus et Jurasso (DeCandolle). Strobilos habeo e Tyrolia; arborem observavi in Apennino inter Cerveto degli Alpi et Reggio Mutinensium. ♄. D.

Arbor interdum parva ramis deflexis, interdum major ramis rectiusculis, altam vero uti P. nigricantem non vidi. Folia in nostris 1 — 2 poll. longa, rigida viridia. Strobili basi applanati ut in P. rotundata, sed colore dilute fusco nitido; mucro saepissime, nec tamen semper, adest, nec in omnibus squamis. Speciem hancce cum P. rotundata conjunxi (*Abh. d. Berl. Ak.* 170.) strobilis in collectione Candolliana seductus, ipso Candollio vero non praesente, nunc meliora edoctus separavi. Convenit cum descriptione Ramondiana apud Candollium, quam huc apponam, notis insertis. „Cette espèce est intermédiaire entre le Pin rouge (procul dubio specimina minora P. sylvestris typi intelligit) et le Pin Mugho (P. Pumilio aut P. s. humilis); elle se distingue du premier, par son bois grisâtre et non pas rouge (denuo observandum) par ses feuilles plus droites, plus longues, moins glauques, par ses cônes bruns et non pas glauques, par ses écailles dont l'ombilic est placé non dans le centre, mais à l'extrémité inférieure, et qui lorsqu'elles se séparent par la maturité, forment une espèce de crochet dirigé en arrière (ob pyramidem inflexam, mucro in umbonis apice deorsum flexus est), enfin par ses graines, dont l'embryon est communement à 7 lobes, tandisque celui du Pin rouge est ordinairement à 5 (denuo observandum). Ce Pin diffère du P. Mugho par sa grandeur et par la forme de ses écailles." In Supplemento Fl. fr. Candollius nil addit nisi: „Il est très fréquent dans les Pyrénées, on le retrouve aussi dans les Alpes et dans le Jura." Haec omnia sat bene in nostram quadrant arborem. In Pineto Woburnensi p. 4. P. Mughus describitur cum nostro P. uncinata conveniens et t. 2. icone exhibetur. Nullum synonymon additur, nisi P. uncinata *Capt. Cook's Travels through Spain* et *Lawson's Agricultural Manual*, in quibus vero arbor parum describitur. Cur itaque P. Mughus dicatur, non video. Icon t. 2 bona et quidem P. uncinatae,

sed strobili mihi videntur monstrosi, squamis omnibus pyramide elongata conica reflexa, quales inferiores tantummodo esse solent.

6. P. *Laricio*, foliis longis rigidiusculis, strobilis mediocribus demum divaricatis oblongis, squamis pyramide elevata polita non inflexa.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 3—4 pollicaria, rarius breviora viridia. Strobili 2—3 pollicares, umbone non prominente sed plerumque excavato.

P. Laricio *Poiret in Encycl. méth.* 5. 339. *De Cand. fr.* 3. 274. *Lamb. Pin. p.* 4. *t.* 11. *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 174. *W. E. S.* 64. P. Pinaster *E. a.* 2. 409.

Hab. in montibus altis Corsicae, unde primum in Hortum Parisiensem pervenit, ubi et nunc duae arbores maximae conspiciuntur, tum quoque spontanea in montibus altis Italiae, e. g. in montibus Sila Calabriae (Tenore), in Apennino rarior, olim frequens circa Genuam, uti testantur strobili effossi cum Theatrum S. Carlo construeretur; in monte Aetna sylvam constituit, mediam montis partem cingentem ♄. D. locis vento frigido non expositis, saepe tamen frigore perit, hinc F.

Arbor ad altitudinem 100 ped. et ultra accrescens in Horto vero 6—10 ped. ob aëris intemperiem. Folia 3—4 poll. longa, juniora tenuiora et torta, adulta vero crassiora et stricta serrulata ut in P. sylvestri. Amenta mascula magna copia aggregata 5—6 lin. longa, filamenta crista brevi. Strobili sessiles 2—3 poll. longi, basi et apice attenuati, hinc oblongi; squamae infer. obtusissimae, sup. subacutae omnes pyramide dilute fusca polita haud inflexa lateribus anterioribus transversim dilatatis, acie transversa exquisita, anteriore oblitterata; umbone fusco nitido elevato, medio impresso. Semen 2 lin. longum, ala 6 lin. longa

medio dilatata, superne angustata. Arbores in monte Aetna habent folia magis stricta magis conferta et breviora quam in reliquis. — Icon in Lamberti opere secundum specimen in Horto Kewensi facta, foliis tortis instructam exhibet arborem uti in hortis esse solet.

Pinus Pallasiana *Lamb. Pin. p.* 13. *t.* 5. vix a P. Pinastro differt, nec minus P. Pallasiana in *Pineto Woburn. p.* 21. *t.* 7. Ab hac vero differt P. halepensis *Marsch. taur.* 2. 480 in *Suppl.* 623. P. Laricio vocata. Habeo strobilum P. Pallasianae ab amicissimo Ledebourio missum, qui a Laricionis strobilis nullo modo differt. Dubitat Marschallius an sit Laricio Poireti, cum folia laxa varie divergentia describat. At P. Laricio junior habet folia laxa divergentia, arbores Parisinae non ita, et Aetnenses potius folia stricta. Cfr. *clar. Steven de Pinub. caucas.*

7. P. *maritima*, foliis elongatis tenuissimis laete viridibus, strobilis mediocribus demum nutantibus, squamis pyramide depressa laevissima nitente.

*Typus. D.* Arbor ramis demum umbraculatis. Folia 3—4 pollicaria, laete viridia. Strobili squamae pyramide laevissima nitente, umbone griseo non prominente.

P. maritima *Lamb. Pin. t.* 6. *p.* 16.

Hab. in Graecia, in montibus Atticae, ad Isthmum, in Achaia et alibi. ♄. T.

Arbores format non ita magnas, 10—20—40 ped. altas ramis in juniore pyramidatis, in adultiore vero umbraculum elegans formantibus. Folia 3—4 poll. longa, vix lin. dim. lata serrulata minime rigida, laetissime viridia, quo charactere facile distinguitur, unde sylvae amoenissimae. Strobili 1—2, rarius plures oppositi, pedunculo et in junioribus sat longo poll. scilicet et ultra, crasso, mox reflexo. Strobili bini plerumque 2 poll. et dim. longi, basi eadem fere latitu-

dine, cum squamae hiant; squamae ipsae apice prominente obtusato, pyramide coloris castanei laevissima nitidissima saepe rimis rescissa, depressa nec nisi aciebus transversis et postica eminentibus umbone parum prominente et tantum in squamis superioribus, ob extimam cuticulam secedentem griseo, linea transversalis pyramidis longitudinali duplo longior. Semina 2 lin. longa ala superne extrorsum dilatata, tum angustata obtusa. Cotyled. 8. Arbor resina valde scatet qua Graeci utuntur ad vinum condiendum. In Italia quoque provenit, inveni prope Sesti Genuensium, et strobilos inde attuli, quos a graecis distinguere nequeo. P. halepensem *Desfont. atl.* 2. 325. hujus loci esse suadent magnitudo, strobili splendentes, folia laete viridia. Descriptio secundum specimina e Graecia allata. Et semina inde attuli, quae in Horto germinarunt, et arbores parvas produxerunt.

P. maritima *Steven d. Pinubus taurico-caucas. n.* 4. h. loci non videtur, squamae superiores enim acutae imo mucronatae, quod ut ipse ait Auctor, in P. maritima non vidit, nec ab auctoribus observatum est.

8. P. *halepensis*, foliis elongatis tenuissimis viridibus, strobilis mediocribus demum nutantibus, squamis pyramide subdepressa rugulosa punctulatave.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 2 — 3 pollicaria. Strobili tripollicares umbone albo prominente.

H. halepensis *Mill. dict. n.* 8. *icon. t.* 216. *Lamb. Pin.* 18. *t.* 7. *W. Baumz.* 2. 67. *W. E.* 988. *E. a.* 2. 409. *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. *p.* 177. *Pinet. Woburn.* 25. *t.* 8.

Hab. in Italia hinc inde, circa Neapolin sparsim, prope Paestum, circa Genuam et alibi; in Syria habitare fertur. ♄. T.

Arbor difficillime a P. maritima distinguenda, ita ut cl. Tenore, nec non cl. London pro varietate habuerint. Colore

amoene viridi foliorum P. maritima graeca primo intuitu distinguitur, qui color in P. halepensi glaucescenti-viridis est. Arborem P. halepensis semper pyramidatam vidi, altiorem quoque quam P. maritima vulgo esse solet, folia quoque paullo crassiora. In Horto arbores habemus nonnisi 8 — 10 ped. altas, cum hyemes nostras non ferant, nec strobilos protulerunt. Quorum descriptionem secundum eos, quos circa Neapolin decerpsi, et ex Horto Regio Neapolitano attuli, dabo. Paullo brevior est ac strobilus P. maritimae, sed magis acuminatus aut potius gracilis; squamae pyramidem habet parum prominentem ejusdem fere longitudinis ac latitudinis, cum in P. maritima latior sit quam longior; in media pyramide umbo adest sat elevatus pyramidatus albus, cum in P. maritima vix sit elevatus medio fuscescens circumcirca albens; superficies rugulosa opaca, cum in P. maritima sit laevissima, splendens. Plerique Auctores aut veram P. maritimam aut P. halepensem non viderunt; hinc confusiones inter utramque speciem, uti mihi quidem videtur satis distinctam.

9. P. *brutia*, foliis longissimis tenuissimis viridibus, strobilis mediocribus subnutantibus, squamis pyramide parum elevata rugulosa.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 8pollicaria. Strobili dense glomerati inferiores subnutantes 2 — 3pollicares, squamae pyramidis umbone parum eminente griseo.

P. brutia *Tenore neap. prodr.* 69. *syn. ed.* 2. 66. *syll. neap.* 477. *Lamb. Pin. t.* ... *p.* ... *Pinet. Woburn.* 27. *t.* 9. *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 176.

Hab. in nemoribus Calabriae prope Aspromonte, ubi cl. Tenore detexit, nec non in montibus Silae. ♄. T.

Arbor magna, ad altitudinem 100 ped. subinde accrescens habitu Laricionis. Folia omnium europaearum longissima, tenuissima, lin. dim. lata, parum serrulata. Strobili

magna copia glomerati proveniunt, hinc inferiores tantum nutantes, plerumque 2 poll. et dim. longi, basi applanati, vix ultra poll. diametro lata; squamae antice rotundatae pyramide ob rugositatem minus polita, exacte tetragona depressa, aciebus praeter anteriorem prominentibus, umbone haud profunde excavato griseo, linea transversa in ipso sat conspicua. Semina 2 lin. longa, ala 6 lin. longa, antrorsum latior, apice rotundata. Species loco natali singularis, arctis limitibus inscripta, nisi in Africa boreali et Peloponnesi montibus reperiatur.

Sprengelius in syst. ad P. Pinastrum refert, speciem sat diversam. P. halepensi multo magis affinis.

Plantae parvae in Horto enatae e seminibus a cl. Tenorio missis.

10. P. *Pinaster*, foliis elongatis rigidis, strobilis elongatis subnutantibus, squamis pyramide elevata.

*D.* Arbor *ramis pyramidatis.* Folia 5—6 *pollicaria* obscure viridia. Strobili demum divaricati glomerati 4—5 pollicares, squamae pyramide elevata inflexa polita, umbone conico.

P. Pinaster *Ait. Hort. Kew. ed.* 1. 3. 367. (*Solander*). *Lamb. Pin. t.* 9. *p.* 21. *W. sp.* 4. 496. *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 175. P. maritima *DeCand. fr.* 3. 273. 5. 335. P. sylvestris maritima etc. *Gerard. gallopr.* 526.

Hab. in Gallia australi prope Toulon, Marseille etc. in Italia in Riviera di Ponente et di Levante, nec non alibi, in Hispaniae Estremadura, in Lusitania frequens, ubi prope a Leiria sylvam integram constituit a Rege D. Diniz ut ferunt plantatam. ♄. T.

Arbor 40 — 80 ped. alta, ramis praesertim in statu juniore divaricatis et hinc pyramidatis. Folia ad 6 poll. longa crassiora ac in praecedentibus, et iis P. nigricantis simi-

lia, hinc valde rigida, obscure viridia, vix serrulata. Amenta mascula ramulos juniores seu turiones totos fere occupant, dense aggregata 6 lin. longa, filamenti crista ad lin. lata rotundata. Strobili saepe 5—10 glomerati demum divaricati et deflexi, ad 5 poll. longi, basi saepe applanata ad 3 poll. lata; squamae praesertim superiores antice acutae, pyramide inflexa elevata, aciebus transversalibus valde prominentibus, umbone crasso conico, linea transversali interdum prominente mucronulo appresso. Semen 2 lin. longum, ala 6 lin. longa acutiuscula. Arbor sylvestris rarius tantam adipiscitur altitudinem quam culta, forsan quia destruitur. Maximam cernere licet in Horto Paduano, ubi fere umbraculata est.

11. P. *Pinea*, foliis elongatis rigidis, primordialibus persistentibus glaucis asperis, strobilis maximis globosis, squamis pyramide crassissima.

*D.* Arbor ramis fastigiatis. Folia 6 poll. longa rigida viridia, primordialia setis rigidis adspersa. Strobili patentes 4—6 poll. longi et crassi; squamae pyramide elevata nitida, umbone demum excavato.

P. Pinea *Linn. W. E.* 988. *E. a.* 2. 409. *W. Berl. Baumz.* 267. *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 178. *Lamb. Pin. p.* 23. *t.* 10. 11. *Pinet. Woburn.* 30. *t.* 10 *et* 11.

Hab. . . . . nunc frequenter culta, praesertim in Italia, tum quoque in Gallia australi, Hispania, Lusitania, nec non Graecia. ♄. T.

Arbor magna, ramis eleganter fastigiatis ab omnibus reliquis speciebus egregie distincta. Folia longissima et rigidissima obscure viridia serrulata; primordialia, solitaria scilicet sub fasciculis posita, valde glauca tenuia acuta, setulis rigidis hinc inde adspersa. Contra morem omnium affinium folia haecce primordialia non solum in planta juniore, sed quoque in ramis novellis apparent et persistunt. Amenta

mascula fere totum occupant ramulum dense aggregata 6 lin. longa, filamenta crista magna concava. Strobili 1 — 2 sessiles globosi maximi, diametro 6 poll.; squamae rotundatae, pyramide crassa elevata nitidissima, lineis 4 prominentibus, umbone in junioribus conico acuto, demum vero excavato. Semen 8 — 9 lin. longum, testa plerumque crassa ossea dura, ala rotundata nonnisi 4 lin. longa; est vero varietas seminis testa tenuiore fragili. Nucleus edulis grati saporis amygdalacei tertio demum anno maturatur. Cotyl. 8—12.

Singulare est, jam apud Veteres Pinum nostram sativam esse dictam, ἡμερὰν apud Theophrastum (hist. pl. L. 3. c. 9. §. 2. ed. Schneid.), ut credas, in Graecia non spontaneam fuisse.

12. P. *inops*, fol. mediocribus rigidis, strobilis mediocribus demum nutantibus, squamis pyramide elevata, umbone conico mucrone elongato.

*D.* Arbor ramis tortuosis. Folia bipollicaria viridia. Strobili solitarii — bini demum nutantes bipollicares; squamae pyramide non inflexa umbone conico, *mucrone* apicis elongato saepe recurvo.

P. inops *Ait. Kew.* 3. 367. (*Solander.*) *W. Berl. Baumzucht.* 266. *W. E.* 988. *E. a.* 2. 409. *Lamb. Pin.* 25. *t.* 12. *Pinet. Woburn.* 15. *t.* 4. P. virginiana *Mill. n.* 9. *Du Roi Harbk. ed Pott.* 2. 47.

Hab. in solo sterili et arido Amer. bor. a New Jersey ad Carolinam, ubi vocatur Jersey Pine, Pitch. P., Scrub P. (Pursh.) ♄. D.

Arbor tortuosa, ramis saepe dependentibus, in patria ad 40 ped. alta. Folia bipollicaria et parum ultra, plerumque torta, parum ultra lin. dim. lata sed rigida viridia. Strobili vix ultra bipollicares oblongi, squamae pyramide elevata linea transversa sat eminente, antica oblitterata, postica saepe

eminente umbone sat elevato conico, mucro apicis interdum rectus, uti vult Lambertus, interdum recurvus, uti exhibet Pinetum Woburnense, in strobilis nostris, qui in terra jacuere, saepe retusus, superficie squamarum griseo-nigrescente opaca; in junioribus rectus aut parum inflexus, superficie dilute fusca laevi.

13. P. *resinosa*, foliis elongatis tenuibus, strobilis mediocribus demum subnutantibus, squamis pyramide umboneque elevatis, hoc obtusissimo.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 3 — 5 pollicaria rigidiuscula viridia. Strobili 2 — 3ni demum subnutantes bipollicares, squamae pyramide elevata non inflexa, umbone *elevato obtusissimo.*

P. resinosa *Ait. Kew.* 3. 367. (*Solander.*) *W. Berl. Baumz.* 267. *W. E.* 988. *E. a.* 2. 409. *Lamb. Pin.* 27. t. 13. *Pinet. Woburn.* 19. *t.* 6. P. rubra *Michx. arbr.* 45. *t.* 1.

Hab. in Canada et regionibus occidentalibus Novi Eboraci ubi vocatur Norway Pine aut Red Pine. ♄. D.

Arbor in patria ad 80 ped. accrescens, in densis sylvis proveniens. Folia in adultioribus ramis ad 5 poll. longa, angusta lin. dim. lata rigidiuscula tamen, plerumque torta, non glauca, serrulata. Vaginulae 6 lin. longae instar tubuli folia cingentes quare a reliquis differunt, demum ut solent corrugatae. Squamae subfoliares valde prominentes. Strobili plerumque bipollicares oblongi, squamae pyramide crassa elevata dilute fusca polita, linea transversa semper, postica et antica saepe prominentibus, vertice excavato umbone in cavo posito, interdum excavato interdum solido, mucrone plane nullo, linea transversali eminente. Amenta magna, crista antherarum purpurea, margine lacera sec. Lambert. Semina 2 lin. longa, ala 6 lin. acinaciformi obtusa.

Arbores in Horto 8 ped. altae. Resina odorem gratum spargit.

Sectio 2. *Folia bina ternaque.*

14. P. *variabilis*, foliis longiusculis tenuibus planis et carinatis, strobilis mediocribus nutantibus, squamis pyramide elevato, umbone mucronato.

*D.* Arbor umbraculifera. Folia 3 — 4 pollicaria tenuia viridia, bina supra plana, terna supra medio carinata. Strobili bini nutantes bipollicares.

P. variabilis *Lamb. Pin.* 29. *t.* 14. *Pinet. Woburn.* 35. *t.* 11. *E. a.* 2. 410. P. echinata *Mill. dict. n.* 12. *Wangenh. Beytr.* 74. *Du Roi Harbk. Baumz.* 2. 51. P. Taeda variabilis *Ait. Kew.* 3. 368.

Hab. in maritimis Americae borealis circa Noveboracum. ♄. D.

Arbor ad altitudinem 40 ped. adscendit sec. Lambert, in Horto Kewensi altiorem vidi, in nostrate 6—8 ped. Folia pleraque terna et haec formam foliorum ternarum servant, subtus planiuscula supra carina in medio elevata, bina rariora et haec quoque formam foliorum geminorum servant, supra planiuscula subtus convexa. Margo in omnibus serratus. Vaginulae poll. longae, demum breviores lacerae. Amenta ut solent in basi ramorum juniorum 6 lin. longa crista medio prominente rotundata lacerula. Strobili ex Lambert bipollicares, nutantes, pyramide unciuata.

Secundum Lambertum et Pinetum Woburnense lignum inutile ad aedificia construenda, resinam vero copiosam fundens. Purshius lignum laudat sed P. mitem Michauxii citat, quam Lambertus omisit, Pinetum Woburnense uti speciem peculiarem describit.

Sectio 3. *Folia terna.*

Folia supra planiuscula, medio carinata, carina marginibusque plerumque serrulatis.

15. P. *Taeda*, foliis longiusculis tenuibus, strobilis longiusculis subnutantibus, squamis laxis pyramide umboneque elevatis, mucrone sursum flexo.

*D.* Arbor ramis patentibus. Folia 3 — 5 pollicaria. Strobili bini subrecurvi tripollicares pyramide non inflexa.

P. Taeda *Linn. W. Berl. Baumz.* 269. *E. a.* 2. 410. *Lamb. Pin.* 30. *t.* 15. *Pinet. Woburn.* 43. *t.* 14.

Hab. in locis sabulosis sterilibus a Virginia ad Floridam. (Pursh.) ♄. D.

Arbores habuimus in Horto nostro ad 30 ped. altas sat graciles, ramis varie conversis. Folia vix lin. dim. lata, rigide acuta, supra vix canaliculata, carina eminente qua facillime a praecedentibus distinguitur, subtus quoque parum convexa, argute serrulata. Vaginula in junioribus poll. longae, adultae corrugatae, hinc longe breviores. Squamae subfoliares in turionibus longe acuminatae, in adultis abbreviatae. Amenta mascula 6 — 8 lin. longa crassa; crista antherarum rotundata diam. lineae, rudis fusca, margine laevissime lacera. Strobili breviter pedunculati, hinc minus nutantes subrecurvi, squamae pyramide crassa elevata dilute flava polita, antice obtusissima, linea transversa eminente longissima, unde pyramis latissima brevissima, linea antica et postica obsoletis; umbo elevatus, mucrone praesertim in squamis inferioribus producto sursum incurvo. Nux parva 2 lin. longa, ala acinaciformi 6 lin. longa. Lignum facile corrumpitur, hinc parum utile ad fabricas.

16. P. *rigida*, foliis mediocribus rigidis, strobilis mediocribus patentibus et subnutantibus, squamis pyramide umboneque elevatis, hoc mucronato.

*D.* Arbor ramis umbraculiferis. Folia 2—3 pollicaria. Strobili glomerati bipollicares; squamae pyramide non inflexa.

P. rigida *Du Roi Harbk. Baumz.* 2. 60. *Wangenh. Beytr.* 41. *W. Berl. Baumz.* 268. *W. E.* 988. *E. a.* 2. 410. *Lamb. Pin.* 32. *t.* 16. 17. *Pinet. Woburn.* 41. *t.* 13. P. Taeda rigida *Ait. Kew.* 3. 368. *Willd. Berl. Baumz.* 210.

Hab. in locis planis a Nova Anglia ad Virginiam, Black or Pitch Pine (Pursh); in Virginia, Maryland et Carolina, cl. Menzies invenit in California (Lambert). ♄. D.

Arbor in patria magna et quidem magnitudine P. sylvestris, sed lignum minus bonum ac hujus Pini. Folia breviora ac in praecedente, rigidiora, ceterum foliis P. Taedae similia. Vaginulae in junioribus poll. dim. tantum longae. Strobili rarius bini aut terni, saepius quini et septeni; pedunculis brevibus, unde non plane nutant; parum ultra poll. 2 longi, conici duri, squamis valde compactis; pyramide elevata diluta fusca nitida basi subquadrangula, lineis quatuor elevatis, praesertim vero transversali, umbone elevato, mucrone in iconibus Lamberti et Pineto Woburn. valde reflexo, in nostris breviore et recto. Strobili squamis valde compactis ab omnibus affinibus facile distinguuntur.

17. P. *serotina*, foliis longis tenuibus, strobilis mediocribus nutantibus subgloboso-ovalibus, squamis pyramide elevata, umbone mucronulato.

*D.* Arbor ramis remotiusculis. Folia 3—5 pollicaria tenuia torta et divergentia. Strobili bini nutantes vix bipollicares; squamae pyramide elevata, sed umbone parum elevato.

P. serotina *Michx. amer.* 2. 205. *arbr.* 1. 86. t. 7. *Lamb. Pin.* 35. *t.* 18. *Pinet. Woburn.* 47. *t.* 16.

Hab. in Pensylvaniae et Carolinae paludosis maritimis. ♄. T.

Arbor in patria ad quadraginta ped. alta, in Tepidario nostro 8 ped. Folia in nostris fere 4 poll. tenuia semilin.

lata, attamen rigidiuscula, margine magis serrulata quam in reliquis, carina quoque evidenter serrulata. Vaginulae 6 lin. longae arcte includentes folia juniora, in adultis 2 — 3 lin. longae. Strobili plerumque oppositi, ovales, pedunculo brevissimo subnutantes; squamae pyramide elevata, subinflexa, linea transversali eminente longa, antica et postica brevibus, umbone elevato mucrone fusco. Strobili modo basi attenuati, modo deplanati. Color pyramidis dilute fuscus et opacus. Semina 2 lin. longa, ala 6 lin. acinaciformi. Arbor hyemes nostras non fert; et in Anglia quoque junior arbor hyeme tegenda est. *Pinet. Woburn.*

18. P. *Teocote*, foliis longis tenuibus, strobilis mediocribus deflexis, squamis pyramide elevata, umbone parvo conico.

*D.* Folia 3 — 5 pollicaria supra carina arguta, subtus convexa. Strobili 2 pollicares; squamae pyramide subinflexa.

P. Teocote *Schlechtend. et Chamiss. Linnaea* 5. 76; 12. 487. *Lamb. Pin.* 1. 37. *t.* 20.

Hab. in adscensu montis Orizabae, inter Cruz blanca et Jalacingo nec non inter Angangueo et la Vendilla coll. Schiede, prope Real del Monte C. Ehrenberg. ♄. T.

Habemus plantas parvas foliis primordialibus. Folia adulta sec. descript. 3 — 5 poll. longa, dorso convexa, margine serrulato-scabra, intus concava, nervo medio argute carinato percursa. Vaginulae sec. descr. Lambert. poll. longi, sec. Schlechtend. et Cham. ferrugineae membranaceae margine albido fimbriato lacero. Strobili deflexi (Schl. et Cham.) ad 2 poll. longi ut in P. sylvestri oblongi, pyramide sat crassa fusca non splendente, linea transversali longe majori margine antico rotundato, umbo parvus conicus et in inferioribus squamis. Cotyl. 5. Folia primordialia tenuia glaucescentia.

*P. Ocote.* Hoc nomine habemus plantulas cotyledonibus 5, foliis primordialibus tenuissimis flavescenti-viridibus nec glaucescentibus, ut in pr.

19. P. *ponderosa*, foliis elongatis tenuibus, strobilis mediocribus subnutantibus, squamis pyramide umboneque elevatis mucrone protenso recurvo.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 3—5—7 pollicaria margine exquisite serrulata glaucescentia. Strobili solitarii 2—3 pollicares oblongi.

P. ponderosa *Loudon's Arboret. britann. p.* 2244. *f.* 2133. *Pinet. Woburn.* 44. *t.* 15.

Hab. in America boreali occidentali, ubi a cl. Douglas reperta. ♄. T.

Arbor in Pinet. Woburn. in 12 annis ad 12 ped. accrevit, et 1840 ibi altiores vidi, in Horto Ber. in 8 annis circa ad 8 ped. Folia in nostris conferta 3—4 poll. longa, in Pinet. Woburn. 4—6 poll. describuntur, sed quae inde attuli ad 7 pqll. et ultra accreverunt; recta sunt, magis glaucescentia ac in adfinibus, nec non multo magis exquisite serrulata; supra juxta carinam mediam lineae decurrunt punctis elevatis notatae, infra laevissima, apicis mucrone exquisito. Vaginae in junioribus poll. longae, in adultioribus 6 lin. fuscae. Squamae subfoliares longe acuminatae. Strobilos nostra non protulit, in Pineto Woburn. erant tripollicares basi attenuati, squamis dilute fuscis pyramide elevata, umbone conico, apice in mucronem reflexum sat longum terminato. Semina 2 lin. longa, ala 6 lin.

20. P. *palustris*, foliis longissimis tenuibus, vaginulis longis apice circinnato-recurvis, strobilis longissimis, squamis brevi-mucronatis.

*D.* Arbor ramis paucis verticillatis. Folia fere pedalia carina serrato-crenata. Strobili sex — octo-polli-

cares; squamae pyramide elevata, umbone parum elevato, mucrone parvo interdum reflexo.

P. palustris *Ait. Kew.* 3. 368. *Willd. Berl. Baumz.* 270. *E. a.* 2. 410. *Du Roi Harbk. ed. Pott.* 2. 66. *Wangenh. Beytr.* 78. *Lamb. Pin.* 41. *t.* 24. 25. *Pinet. Woburn.* 59. *t.* 22.

Hab. in America boreali a Virginia ad Floridam, in arenosis siccis versus mare. ♄. T.

Arbor, in solo natali ad 70 pedes alta, crassa, usque ad $^3/_4$ altitudinis ejusdem fere crassitiei, in Horto ad 8 ped. alta, 2 poll. crassa et ejusdem fere crassitiei in toto decursu, ramis nullis. Folia ad pedem fere longa, fere lin. lata, tenuia, margine et carina serrato-crenata viridia. Vaginulae poll. longae albissimae, apice eleganter circinnato-recurvae, quo charactere facile dignoscitur. Amenta sec. Pinet. Woburn. 2—3 poll. longa, crista purpurascente. Strobili 6—8 poll. sec. Lambert longi, squamae pyramide non valde elevata, mucrone parvo interdum obsoleto, interdum longiore reflexo. Semen sec. Lambertum 2—3 lin. longum, ala subacinaciformi, apice subcrenata. Sec. Pin. Wob. testa tenuis est et nucleus edulis. In paludosis crescere Wangenheimius ait, quem Lambertus secutus est, et lignum parum esse utile. Sec. Pinet. Woburn. in siccis degit, lignum vero durum et compactum est ita ut poliri possit, ad domos construendas adhibitur, optimum in architectura navali.

21. P. *longifolia*, foliis longissimis tenuissimis, vaginulis apice laceris, strobilis elongatis, squamis pyramide crassa apice complanata recurva, umbone parvo.

*D.* Arbor ramis pyramidatis? Folia *ultra pedalia* demum pendula. Vaginulae poll. longae. Strobili 5—7 pollicares; squamae pyramide crassa.

P. longifolia *Lamb. Pin.* 53. *t.* 26. 27. *ex Roxburghii mspto. Willd. sp.* 4. 500. *E. a.* 2. 410. *Loud. Arbor. britt.* 2252. *f.* 2150. 2151. *Pinet. Woburn.* 55. *t.* 20.

Habitat in Nepaliae montibus. ♄. T.

Arbor in patria maxima, apud nos in Tepidario 10 ped., sed ramis pluribus, qui rari in P. palustri. Folia adhuc longiora, ac in praecedente, sed tenuiora, lin. dim. lata, hinc quoque minus rigida et in trunco primario pendula, quod quoque in praecedente accidit, margine serrulata. Vaginulis statim a praecedente dignoscitur, poll. quidem longis, sed non circinnato-reflexis, sed laceris laxis. Strobilos non vidi; sec. Lambertum sunt 5 — 7 pollicares, squamae pyramide incrassata, apice complanata reflexo, umbone parvo apici reflexo insidente. Semen 3 lin. longum ala acinaciformi 6 lin.

22. P. *canariensis*, foliis longissimis tenuibus, vaginulis apice laceris, strobilis longis, squamis pyramide crassa exacte tetraëdra recta, umbone obtuso.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 3 — 9 pollicaria carina serrato-crenata. Vaginulae 6 lin. longae. Strobili 4 — 6 pollicares.

P. canariensis. *De Candolle in de Buch descr. insul. Canar.* 159. *Pl. rar. du jard. d. Génève* 1. *p.* 1. *t.* 1 *et* 2. *Pinet. Woburn.* 57. *t.* 21.

Hab. in Teneriffa et Magna Canaria, a mari usque ad altitudinem 6700 ped., frequentissime tamen in altitudinem 4080 — 5000 ped. ♄. T. nam hyemes nostras non fert, nec in Anglia.

Arbor in patria altitudine 60 — 70 ped., in Tepidario nostro 12 ped., ramis pyramidatis. Folia juniora 3 poll. adultiora 9 poll. et ultra tenuia vix semilin. lata ut in praecedente, in truncis adultis saepe pendula, carina minus ser-

rulata, marginibus exquisite serrulatis. Squamae subfoliares in ramis junioribus praesertim vero in turionibus circinnatim saepe revolutae, marginibus piloso-strigosis. Vaginulae ut in praecedente fere poll. longae, sed lacerae nec revolutae ut in P. palustri. Strobilos non vidi; sec. Lambertum 4—6 poll. longi, basi crassi ultra 2 poll. diametro, squamae pyramide valde elevata, exacte fere tetraëdra, recta nec incurva, umbone parvo obtuso.

Sectio 4. *Folia terna et quaterna.*

23. P. *Sabiniana*, foliis longissimis tenuibus, vaginulis demum brevibus, strobilis elongatis ovatis, squamis connatis, umbone longo acuto incurvo.

*D.* Arbor ramis pyramidalis. Folia 5—11—14 poll. longa, crenulata serrata. Vaginulae fuscae breves vix 4 lin. longae apicibus laceris. Strobili 9—11 poll. longi; squamae connatae, pyramide valde elevata compressa, umbone poll. longo.

P. Sabiniana *Lamb. Pin.* 2. *t.* 80. *Loudon Arbor. brittan.* 4. 2246 *f.* 2138. 2140. *Pinet. Woburn.* 63 *t.* 25. 26.

Hab. in latere occidentali Alpium Americae borealis occidentalis, regionis New Albion dictae, in altitudine 1600 pedum sub nive perpetua, l. b. 26° (Douglas) ♄. T.

Arbor in patria elegans magna, ad 120 ped. altitudinem accrescens, in Tepidario nostro 6 ped. alta. Folia in nostris semper terna, interdum, uti aiunt quaterna, rarius quina, subtus rotundata subtilissime striata, supra ob carinam prominentem triangularia lineis pluribus punctorum (glandularum) glaucescentium, unde folia ipsa glaucescunt, tenuia quidem sed magis rigida ac in affinibus, carina et marginibus, ut solent, serrulatis. Vaginulae in junioribus albae, fere poll.

longae, in adultioribus breves in nostris 2—3 lin., gemmae foliorum crassae ovales acutae. Strobili maximi ultra ped. longi, basi 4—5 poll. diametro, unde conici, squamis crassis undequaque connatis, et semina includentibus; pyramis ipsa 6—9 lin. — poll. alta subquadrangula quia superne et inferne compressa, cum umbone connata; umbo 6 lin. — pollic. longus subquadrangulus, compressus ut pyramis ipsa, sursum curvatus acutissimus pungens. Ob singularem strobili formam et concretionem genus proprium constituere possit, sed reliquo habitu a Pinis nullo modo differt.

P. *Coulteri*, fol. longissimis tenuibus, vaginulis longis, strobilis longissimis oblongis, squamis connatis, umbone longissimo acuto incurvo.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 5—10—14 poll. longa, crenulato-serrata. Vaginulae fuscae poll. longae apicibus laceris. Strobili ped. longi; squamae pyramide valde elevata compressa, umbone 2—3 poll. longo.

P. Coulteri *Lamb. Pin.* 3. *t.* 88. *Loud. arb. britt.* 4. 2250 *t.* 2146. *Pinet. Woburn.* 67. *t.* 25. 26.

Hab. in California, in monte Sta. Lucia in altit. 3000—4000 ped. supra mare, ubi crescit mixta cum P. Lambertiana. Douglas vir p. m. indefessus primus invenit.

Arbor in patria ad 100 ped. alta celeriter crescens. Folia vaginulis fuscis longis, quibus facile distinguitur, 5—7 poll. longa in nostris et ultra paullo latiora juniora stricta adultiora patentia, omnia coloris pallidi, margine parum serrata, carina fere laevi, lineis 4—5 punctorum alborum seu glaucescentium (glandularum) sed minus expressorum ac in praecedente; pagina inferior convexa lineis multis glandularum multo minus expressarum ac in praecedente. Valde similis est praecedenti, ita ut initio Douglassius varietatem dixerit,

sed strobili praesertim longiores tenuiores, mucronibus longioribus magis curvatis, sed flavis ut in praecedente. — Vidi arbusculam in Horto Woburnensi et strobilos apud Lambertum virum celeberrimum.

24. P. *cembroides*, foliis mediocribus subquadrangulis integerrimis, strobilis mediocribus, squamis pyramide parum elevata umbone obtuso.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 1—2 poll. longa. Strobili pollicares; squamae pyramide subquadrangula. Semina ala obsoleta.

P. cembroides *Zuccarin. in Flora* 1832. 2. *Beil.* 93. P. Llaveana *Pinet. Woburn.* 49. *t.* 17. *ex Hort. Berol. Loudon Arbor. britt.* 2267. *f.* 2178. 2179. *Schlechtend. in Linnaea* 12. 488.

Hab. in Regno Mexicano, sylvas constituens inter Zimapan et Real del Oro, ubi invenit clar. Schiede et semina Schlechtendalio misit, qui nobis tradidit; in montibus altioribus e. g. prope ecclesiam Stae. Crucis prope Sultepec, unde specimina ad Zuccarinium misit de Karwinski ♄. T.

Arbor in patria 30 ped. Folia parva vix 2 poll. longa, laete viridia supra carina angusta acuta, infra carina latiora obtusa, unde folia subquadrangula, integerrima tam in marginibus quam in carina, mucrone apicis tenui exquisito. Vaginulae quaternae breves latiusculae revolutae. Strobili parvi vix poll. longi subglobosi, squamae pyramide parum elevata a lineis elevatis subquadrangula, umbone obtusissimo fere deplanato. Semina lin. 4 fere longa, ala vix ulla, testa dura, nucleo sat magno eduli. Cotyledones 6. Sterigmata medio dilatata utrinque angustata, cum in reliquis lineares sint.

Plantam Schiedeus nominavit in honorem cl. La Llave qui cum Jo. Lexarza Novorum Vegetabilium descriptiones

Mexici 1824 et 1825 publicavit. Praestat igitur nomen Zuccarinii prius quoque impositum, at arbori nostrae folia 2—3 na adscribit, quae semper 3—4 na. Strobili vero seminumque edulium descriptio, nec non locus natalis suadent P. cembroidem eandem esse ac Llaveanam.

25. P. *patula*, fol. elongatis tenuissimis, strobilis mediocribus, squamis pyramide deplanata, umbone in junioribus mucronato.

*D.* Folia 8—9 poll. longa, carina parum prominente, dorso convexo glauca. Strobili 3—4 poll.

P. patula *Schlechtend. et Cham. Linnaea* 6. 354. *Lamb. Pin.* 1. 36. *t.* 19.

Hab. in Regno Mexicano inter Cruz blanca et Jalacingo, nec non in Malpays de la Joya, ubi invenit clar. Schiede. ♄. T.

Plantas juniores habemus, foliis primordialibus tantummodo praeditas. Cot. 6. Folia ista primordialia uti solent utrinque convexa exquisite serrulata glauca. Folia secundum Herbarium Berol. torta punctata glauca, margine argute serrulato. Vaginulae 1—2 poll. longae.

Sectio 5. *Folia quina.*

26. P. *leiophylla*, foliis longiusculis tenuissimis triquetris, strobilis mediocribus, squamis pyramide parum elevata, umbone acuto tandem excavato.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 3—5 poll. longa tenuissima triquetra, latere scilicet inferiore plano, reliquis excavatis, marginibus serrulatis. Strobili 1—2 pollicares.

P. leiophylla *Schlechtend. et Cham. in Linnaea* 6. 354 cfr. et *ibid.* 12. 490. *Lamb. Pin.* 38. *t.* 21. *Pinet. Woburn.* 78. *t.* 28.

Hab. in Regno Mexicano, inter Cruz blanca et Jalacingo nec non prope Angangueo coll. cl. Schiede; habuit quoque circa Tajimaroa lectam prov. Michuacan. ♄. T.

Arbor apud nos tantummodo 6 ped. alta, ramis patulis. Folia in junioribus 3 poll. longa, in adultis 5 poll., infra planiuscula, supra carina ita elevata ut inde folia fiant triquetra, utrinque vero canali exarata longitudinali, tenuissima et hinc flaccida. In canali lineae plures longitudinales punctorum (glandularum) albentium. Vaginulae longae acutae haud imbricatae fuscae margine albo subpiloso, squamis subfoliaribus similes. Strobili sec. Lambertum bini nutantes, ceterum conici 1—2 poll. longi, nigrescenti-fusci, squamae breves latae, pyramide vix elevata, umbone, uti Lambertus ait, in juniore mucrone protenso, in adultiore vero excavato. Semen liu. longum, ala acinaciformi 4 lin. longa.

27. P. *Cembra*, foliis longiusculis tenuibus rigidiusculis, strobilis globosis mediocribus, squamis pyramide dimidiata maxima, umbone apicis obtuso crasso.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 4—5 poll. longa, supra carina elevata crassa, subtus planiuscula. Strobili 2 poll. Semina ala nulla.

P. Cembra *Link. W. Berl. Baumz.* 270. *W. E.* 989. *E. a.* 2. 410. *Abh. d. Berl. Akad. f.* 1827. 179. *Lamb. Pin.* 1. 48. *t.* 30. 31. *Pinet. Woburn.* 69. 71. 73. *t.* 27.

Hab. in toto Alpium Europae mediae tractu, in montibus altis supra Piceae excelsae terminum. ♄. D.

Arbor in loco natali ad 50 ped. alta, ramis horizontalibus tortuosis. Folia vix lin. dim. lata, supra carina obtusa parum serrata, marginibus argute serratis canalis utrinque appositus lineis plurimis punctorum (glandularum) glaucescentium; pagina inferior planiuscula. Vaginula ad poll.

usque imbricatae fuscae caducae. Rami superne quasi pubescentes a cuticula secedente. Amenta mascula 6—8 lin. longa, anthera longa, crista brevissima subtripartita media parte lineari. Strobili 2 poll. longi ovales ad subrotundam formam accedentes; squamae breves pyramide crassa dimidiata quia plana anteriora introrsum versus squamam inflexa; umbo initio crassus prominens, tum magis collabens, resina ut in Strobo exsudante. Semen 4—5 lin. longum hinc planiusculum illinc convexum subtriquetum; testa crassa ossea, pericarpio in aciebus duabus oppositis incumbente et testae adnato, sed in alam non excedente; nucleus edulis.

In Pineto Woburn. tres varietates distinguuntur, una hortensis, altera helvetica, tertia sibirica; prima ramis densis, altera ramis remotiusculis, tertia statura humiliore distinctis. Ledebourius in Fl. altaica (4. 200) ait: „Altaica ab europaea planta haud distinguenda mihi videtur, licet nonnullis characteribus distet. Folia in nostra $2^1/_2$—5 poll. longa. Strobili 2 poll. plerumque longi, rarius parum breviores aut longiores, maturi e sordide rubicundo rufescentes. Squamae adpressae ipso autem apice recurvatae, quod in planta helvetica non inveni, margine anteriore infra apicem utrinque parum retusae. Nuces nonnihil minores. Cot. 9—12." Addit: „Carpatica, cujus tantum squamas aliquot sejunctas et nuces coram habeo, media tamen videtur inter stirpes helveticas et altaicas." Nisi species singularis, tamen varietas.

28. P. *Strobus*, foliis longiusculis tenuibus laxis, strobilis longis gracilibus, squamis pyramide dimidiata deplanata, umbone apicis obtuso.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 4—5 poll. longa supra carina elevata, subtus convexa. Strobili 4—5 poll. longi, squamae pyramide deplanata 8 lin. lata, umbone in apice squamae obtuso.

P. Strobus *Linn. W. Berl. Baumz.* 271. *W. E.* 989. *E. a.* 2. 410. *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 179. *Lamb. Pin.* 51. *t.* 32. *Pinet. Woburn.* 83.

Hab. in America boreali, in solo fertili ad latera montium a Canada — Virginiam. ♄. D. White Pine. Lord Weymouth's Pine. L. W. Kiefer.

Arbor maxima sec. Wangenheimium ad altitudinem 200 ped. excrescens, crassitie pro ratione longitudinis magna, cortice laevi. Rami pyramidati. Folia 4—6 poll. longa, vix lin. dim. lata subtrigona, supra carina elevata integerrima utrinque excavato-canaliculata, canali glaucescente striato, subtus subcarinata, marginibus serrulatis. Vaginulae ultra poll. imbricatae, sed laxae, tandem plane caducae ut folia nuda appareant. Strobili bini plerumque penduli, pedicello longiusculo; squamae valde laxae et distantes, fere poll. longae, apice duobus planis pyramidis parum prominentibus, umbone subquadrangulo in apice posito; ad umbonem semper guttula resinae exsudat. Semen parum ultra lin. longum, ala 6—8 lin. acuta.

P. *Pseudo-Strobus.* Hoc nomine habemus plantulas parvas, fol. primordialibus tenuibus glaucescentibus, cotyledonibus 6.

29. P. *excelsa*, foliis longis tenuibus, strobilis longis, squamis pyramide dimidiata deplanata, umbone apicis acuto.

*D.* Arbor ramis pyramidatis. Folia 5—8 poll. longa triquetra supra carina elevata, subtus planiuscula argute serrulata. Strobili 7—8 poll. longi, squamae pyramide dimidiata deplanata 12 lin. lata, umbone in apice summo acuto.

P. excelsa *Lamb. Pin.* 55. *t.* 33. *Pinet. Woburn.* 75. *t.* 29.

Hab. in Nepalia superiore et in Bhotania. ♄. T.

Arbor in patria ad 120 pedes adscendit, in Tepidario nostro 5—6 pedum. Cito crescit. Folia paullo latiora ac in Strobo, in nostris $3^1/_2$—5 poll. longa densa curva supra carina argute serrulata, canali utrinque glaucescente, subtus planiuscula et fere excavata, marginibus non minus argute serrulatis. Vaginulae haud imbricatae, sed latae lineares acutae fuscae deciduae. Rami juniores valde striati. Strobili demum penduli, multo longiores, quam in P. Strobo, saepe curvati, squamae multo latiores etiam sub pyramide, quam in P. Strobo; pyramide ipsa deplanata rugose striata, umbone acuto. Semen 3 lin. longum, ala acinaciformi 6 lin. medio lata, apice acuto. Cotyl. 12.

P. *Hartwegii*. Cfr. *Lindl. Bot. Reg. Miscell.* 1839. 62. Plantulas habemus foliis primordialibus glaucis, cotyledonibus 6.

## 2. PICEA.

*Folia* solitaria. *Monoica*. *Amenta* mascula ad basin ramorum juniorum. *Strobilus* bracteis non excrescentibus, demum obsoletis, squamis persistentibus, *apice* deplanato.

### Sectio 1. *Genuinae*.

*Folia carina utrinque laterali prominente, hinc subtetragona aut tetragona.*

Folia prominentiis ramorum insistunt, ut in Pino, ita ut credas initium rami constituere, foliis duobus pagina superiore connatis, nervis dorsalibus extrorsum versus latera conversis, sicuti et ipse olim putavi. At folia vaginulis nullis suffulta sunt, et si accuratius inspicis, invenies carinas laterales esse margines folii incrassatos, aciem vero superio-

rem carinam, qualem in Pinis foliis ternis comparare licet. E sterigmatibus prodeunt petioli breves crassi, quibus folia ipsa articulatim innata sunt, hinc alias sempervirentia sicca facillime decidunt. In pluribus seriebus posita sunt folia, apicibus magis minusve sursum versis. Gemmae tegmentis scariosis involutae, quorum quaedam, dum gemma increscit, rumpuntur ita ut anterior pars elevetur et gemmae inhaereat. Gemmae turionum naturam vix habent, nam folia jamjam explicata sunt, cum ramus prolongatur. Amenta mascula ad basin ramorum annuorum et adultiorum prodeunt, singula e gemma foliis destituta sed tantummodo tegmentis scariosis inclusa. Strobili ut in praecedente genere; bracteae demum obsoletae; squamae e tribus laminis connatis compositae, duabus interioribus et tertia exteriore duas interiores amplectente, ut in praecedente genere, sed hacce tota deplanata. Semina duo in singula squama, alata. Cotyledones plures.

Arbores magnae, ramis pyramidatis subverticillatim positis.

Piceam vocavi cum antiquissimis Botanicis omnibus praeter Dodonaeum. Hunc Linnaeus secutus Abietem vocavit. Nomen Linnaeanum non mutarem, nisi Du Roi et Pottius initium fecissent, quos multi alii secuti sunt, ita ut par sit ratio, quos sequi velles.

1. P. *excelsa*, fol. rectiusculis subtetragonis mucronatis viridibus, strobilis longis, squamis rhombeis apice impressis subemarginatis.

*D.* Folia 5—6 lin. longa. Strobili 5—6 pollicares cylindrici.

P. excelsa *Lam. fr. ed.* 1. 2. *p.* 202. P. vulgaris *Abh. d. Berl. Akad. f.* 1827. *p.* 180. Abies excelsa *Decand. fr.* 3. 275. *Pinet. Woburn.* 87. *Loud. arbor. britt.* 4. 2293. Pinus Abies *Linn. W. E.* 990. *Berl. Baumz.* 221. *E. a.* 2. 410. *Lamb. Pin.* 59. *t.* 35.

Hab. in alpium Europae mediae tractu, in Helvetia ad 4500, rarius ad 4800 ped. supra mare adscendens et tum nana, in Pyrenaeis, in Carpatis, in Germaniae montibus altioribus, in Scandinavia usque ad regiones subsylvaticas Lapponiae, in Russia. Exulat e montibus Lusitaniae, Hispaniae, Italiae, Graeciae. ♄. D.

Arbor altitudinem 150 ped. interdum attingens, raro ad 180 ped., trunco recto, ramis secundariis in arbore seniore pendulis, interdum quoque ramis primariis, quod ad varietates referunt. Folia 5—6 lin. longa vix lin. dim. lata, mucrone apicis parvo sed rigido pungente; juniora saepe incurva, viridia interdum parum glaucescentia ob series punctorum ambitu albo sed angusto cinctorum, valde approximata, sterigmatibus sat elevatis, petiolo brevissimo crasso. Amenta mascula versus apices ramorum praecedentis anni suboppositа, subpedicellata, 8 lin. longa, crista antherarum margine lacera. Amenta feminea fere poll. longa squamis rubris acutis; strobili altero anno maturant, variam longitudinem adipiscuntur, usque ad 6 poll.; squamae 8 lin. longae 6 — 7 latae, apice fere bifido. Semen parvum, lin. longum, ala 8 lin. longa.

P. Clanbrasiliana *Hort. angl. E. a.* 2. 409. expungatur cum iis, quae de patria dicta sunt, est enim varietas seu potius monstrositas nana ramis confertis, in Angliae Hortis procul dubio enata et a viro ill. Lord Clanbrasil in reliquos Hortos Angliae introducta.

Alias variationes seu monstrositates Loud. l. c. adducit, ramis inferioribus radicantibus, truncis tribus ex eadem basi prodeuntibus etc.

2. P. *obovata*, fol. rectiusculis subtetragonis mucronatis atroviridibus, strobilis mediocribus, squamis cuneatis antice rotundatis.

*D.* Folia 8—9 lin. longa. Strobili erecti tripollicares cylindrici.

P. obovata *Ledeb. alt.* 4. 201.

Hab. in regione altaica, a montium radice ad altitudinem 4000 ped. supra mare sylvas constituens; abhinc ad 5272 ped. usque rarior proveniens. ♄. D.

Arbor excelsa, sec. Ledebourium habitu Piceae excelsae. Ramuli juniores parce pilosi. Folia 8—9 lin. longa acuta pungentia. Strobili multo minores ac in P. excelsa, vix ultra 3 poll. longi, graciliores, nam aperti diametro pollicares sunt, cum in P. excelsa fere 2 poll. attingant. Squamae 7 lin. longae fere 6 lin. latae, basi attennata antice rotundata. Plantas juniores in Horto habemus; strobilos misit Ledebourius vir celeberrimus.

3. P. *alba*, foliis incurvis tetragonis acutis lateribus quatuor albis, strobilis mediocribus pendulis, squamis rotundatis.

*D.* Folia 6—9 lin. longa in quatuor lateribus alba. Strobili 2—3 pollicares utrinque attenuati.

Abies alba *Michaux am.* 2. 207. *Poiret encycl.* 6. 521. *Loud. arb. br.* 4. 2310. *Pinet. Woburn.* 95. *t.* 33. Pinus alba *Ait. Kew.* 3. 371. *W. E.* 990. *Berl. Baumz.* 221. *E. a.* 2. 410. P. laxa *Ehrh. Beytr.* 3. 24. Pinus canadensis *Du Roi Harbk. ed.* 1. 124. *Wangenh. Beytr.* 5. *t.* 1. . 2.

Hab. in America boreali a Canada ad Carolinam; in montibus altis regionum australium, in borealibus vero in planitie et hic usque ad 4 milliaria german. a mari arctico progrediens juxta fluvium Coppermine River (Dr. Richardson) altitudine arboris 20 ped. ♄. D.

Arbor ad 50 ped. altitudinem accrescens ramis pyramidatis. Folia 6—9 lin. longa densa incurva praesertim ju-

niora, acuta absque mucrone, in lateribus juxta carinam lateralem alba, ob puncta seu glandulas cingulo albo lato cinctas, in tribus seriebus dispositas. Amenta mascula versus apicem et in apice ramorum adultorum, pedunculo fere pollicem longo, crista antherarum purpurascente in ambitu subtiliter lacera. Strobili feminei simili modo dispositi pedunculati, pedunculo fere poll. longo, hinc penduli; squamae lata basi adnexae antice rotundatae initio virides macula rubente, tandem dilute fuscae. Semen lin. longum, ala subacinaciformi.

Arbores habemus 10 ped. altas. De altitudine, ad quam arbor in patria accrescit nec non de usu ligni Wangenheimius a reliquis auctoribus, uti alias non raro, valde differt, arborem praedicans, qui ab his Piceae nigrae postponitur. Lambertus semper Wangenheimium sequitur.

4. P. *nigra*, fol. rectiusculis subtetragonis acutis, lateribus duobus albis, strobilis brevibus nutantibus, squamis rotundatis.

*D.* Ramuli pubescentes. Folia 5—6 lin. longa acuta. Strobili demum nutantes ovales sesquipollicares, squamae rotundatae in ambitu *subtilissime* lacerae.

Abies nigra *Michaux arb.* 1. 123. *Poiret enc.* 6. 520. *Loud. arb. br.* 4. 2312. *Pinet. Woburn.* 97. *t.* 34. Abies mariana *Wangenh. Beytr.* 75. Pinus nigra *Ait. Kew.* 3. 370. *N. E.* 990. *Berl. Baumz. E. a.* 2. 410. *Du Roi, Pott Harbk.* 2. 182. *Lamb. Pin.* 64. *t.* 37. *Ehrh. Beytr.* 3. 23.

Hab. in America boreali inter 44—53° l. b. quin usque ad 63° sec. Drem. Richardson, rarius in magis australibus locis, nec nisi in altissimis montium. ♄. D.

Arbor excelsa, in patria ped. 70—80, ramis horizontalibus. Ramuli squamulis densis longe acutatis demum ni-

gris tecti, sterigmatibus non exceptis. Folia 5—6 lin. longa, magis compressa ac in praecedente, mucrone in junioribus longiore pellucido pungente, lateribus albis sed minus, ob glandulas cingulo minus lato cinctas. Gemmarum tegmenta externa nervo in acumen longum extenso, dorso nigro-squamulosa. Amenta mascula versus apices ramorum adultorum posita subopposita, pedunculata, sed pedunculis brevioribus, crista rotundata in ambitu subtilissime lacerata. Strobili breviter pedunculati, valde nutantes, squamis rotundatis junioribus purpurascentibus adultioribus rubro-fuscis ambitu demum undulatis laceris. Semen lin. longum, ala 5 lin. longa rotundata.

Arboris lignum inter praestantiora Americae borealis pertinet, et in multos usos convertitur. E ramulis addito pane et avena cerevisia in America coquitur, spruce beer dicta, cujus modum praeparandi v. ap. Loudon. 4. p. 2315.

5. P. *rubra*, foliis incurvis tetragonis mucronatis viridibus, strobilis brevibus nutantibus, squamis rotundatis.

*D.* Folia incurva 4—6 lin. longa, mucrone exquisito. Strobili demum nutantes sesquipollicares et ultra utrinque attenuati.

Abies rubra *Poiret encycl.* 6. 520. *Loud. arb. br.* 4. 2316. *Pinet. Woburn.* 101. *t.* 35. Pinus rubra *Lambert. Pin.* 38. *t.* 66. *Du Roi, Pott Harbk.* 2. 182. Pinus americana rubra *Wangenh. Beytr.* 75. *t.* 16. *f.* 80.

Hab. in Nova Scotia et circa sinum Hudsonis. ♄. D.

Arbor non ita alta, quae ped. 30 non superare dicitur, in Hortis ad 10—15 ped. alta. Ramuli squamulis nigris densis tecti, sterigmatibus vero glaberrimis. Folia vix ultra 6 lin. longa, apicem versus incurvata tetragona, mucrone sat longo pungente, in lateribus glandulis albentibus prae-

dita, sed tam pallido colore ut folia viridia appareant. Gemmarum tegmenta inferiora nervo excurrente longo acutato rubente; superiora vero obtusa scariosa eleganter rubra sunt. Strobili paullo longiores et latiores, ac in sp. praecedente; squamae rotundatae apice impressae rubro-fuscae. Arbor rarior in hortis nostris, frequentior in britannicis.

6. P. *coerulea*, fol. incurvis tetragonis mucronatis glaucescentibus, strobilis brevibus nutantibus, squamis rotundatis.

*D.* Folia quatuor lateribus albis, unde glaucescentia, 4 lin. longa, mucrone exquisito. Strobili demum nutantes sesquipollicares, utrinque attenuati, squamis glaucescentibus.

Abies coerulea *Pinet. Woburn.* 99. A. rubra violacea *Loud. arb. br.* 4. 2316.

Hab. in America boreali. ♄. D.

Arbor in horto 8 ped. alta. Ramuli squamulis densis nigris tecti sterigmatibus subnudis. Folia parva 8—9 lin. longa, glaucescentia, nam latera duo series habent tres punctorum seu glandularum cingulo albo cinctarum, reliqua latera duo habent series duas ejusmodi glandularum. Folia foliis P. rubrae similia sed breviora et tenuiora, mucrone magis fere exquisito. Tegmenta inferiora nervo excurrente longe acutato ut in praecedente, superiora obtusa scariosa ut in omnibus, sed non rubentia ut in P. rubra. Strobili P. rubrae strobilis similes, sed squamae glaucescentes.

7. P. *Morinda*, fol. rectiusculis subteretibus mucronatis, strobilis elongatis erectis, squamis cuneatis.

*D.* Folia exquisite mucronata viridia. Strobili 5—6 poll., antrorsum attenuati, squamis cuneatis antice rotundatis.

Abies Smithiana *Pinet. Woburn.* 103. *t.* 30. *Loud. arbor. br.* 4. 2317. Pinus Morinda *Lawson's Manual and Hort.* Pinus Khutrow *Royle ill. t.* 84. *f.* 1.

Hab. in Himalayae montibus Indiae orientalis. ♄. D.

Arbor elegans ramis divaricatis. Folia ad poll. et dim. longa, tenuia, subteretia, parum incurva, mucrone apicis rigido, acuto, pungente. Strobili longitudine strobili Piceae excelsae, sed longius pedicellati, medio crassiores, antice sensim, postice subito attenuata; squamae 8 lin. longae, superne 7 lin. latae, antice rotundatae. Semen parvum lin. longum, ala squama parum breviore antice rotundata.

In Pineto Woburnensi arbor haecce ad P. Smithianam *Wall.* relata est, at folia in icone Wallichiana (3. t. 246.) multo latiora magis incurva minus pungentia. Convenit vero P. Morinda nostra optime cum Roylii icone et ea quae in Pineto Woburnensi exhibetur, quam ob rem separavi. Rami juniores minime pubescentes ut Wallichius de Smithiana ait, nec folia juniora glaucescentia, adultiora viridia, uti in Pinet. Woburn. dictum est, nam juniora e gemma prodeuntia laete virent, magis adulta vero ad utrumque carinae latus punctorum seriem duplicem habent parum glaucescentium, colore mox evanescente.

2. *Desciscentes*, foliis planis aut planiusculis.

Foliorum forma a praecedentibus speciebus valde differunt, et magis cum Abiete conveniunt. Prominentiae minus elevatae impositа sunt, in plures series quidem dispositа, ut in praecedentibus, at magis versus duo tantum latera conversa ut in Abiete. Pagina superior saepe convexa, ob margines reflexos, in medio sulco parum profundo notata, pagina inferior nervum habet parum prominentem. Amenta mascula eodem modo posita ut in praecedente, et strobilus similis, squamis scilicet persistentibus, bracteis

tandem obsoletis, excepta Picea Douglassi, quae forte genus proprium constituit.

8. P. *canadensis*, foliis linearibus angustissimis acutiusculis serrulato-denticulatis subtus glaucis, strobilis brevibus pendulis.

*D.* Folia 6 lin. longa. Strobili 8 lineares; squamae rotundatae.

Abies canadensis *Mich. am. bor. sylv.* 2. 185. *t.* 149. *Loud. arb. br.* 4. 2322. *Pinet. Wóburn.* 129. Pinus canadensis Linn. *W. E.* 989. *Berl. Baumz.* 277. *E. a.* 2. 410. *Lamb. Pin.* 2. 79. *t.* 45.

Hab. in America boreali, in Canada borcali ad sinum Hudsonis usque, in australibus tantummodo in montibus altissimis. ♄. D.

Arbor excelsa 80—100 ped. in patria, in Anglia culta 50 ped., ramis pyramidatis. Folia densa quidem, sed disticha tantummodo, semilin. lata, supra obscure viridia, subtus lituris duabus ad costam albis, qui color e glandulis oritur secundum longitudinem folii sed irregulariter dispositis cingulo lato albo praeditis. Amenta mascula parva longe pedicellata. Strobili pedicellati in apice ramorum penduli, ad 9 lin. longi parum longiores quam folia, oblongi, squamis viridibus demum dilute fuscis in ambitu rotundatis, margine extimo parum deflexo.

Rarior in Hortis ad magnam excrescens altitudinem. — In patria usum praesertim habet cortex ad corium parandum, ob magnam acidi scytodepsici copiam.

9. P. *Douglassi*, foliis linearibus angustissimis obtusiusculis subtus pallidis, strobilis longis pendulis.

*D.* Folia 10 lin. longa subtus pallide viridia, nec lituris 2 albicantibus. Strobili 3—4 poll. longi, sqamis rotundatis.

Ab Douglassi *Loud. arb. br.* 4. 2319. *t.* 2231. *Pinet. Woburn.* 127. *t.* 45.

Hab. in America boreali occidentali; semina ad Hortum Edinburgensem attulit D. Thom. Drummond, e quibus enatae sunt arbores hujus Horti (Loudon). ♄. T.

Habemus arbusculas ad 10 pedes altas, ramis valde patentibus. Folia in nostris vix semilin. lata praesertim ob margines valde reflexos, apice obtusiusculo non pungente. Strobilos non vidi, in Pineto Woburnensi describuntur bracteis tripartitis praediti, quod alienum ab hoc genere. Arbor dicitur magna, celeriter crescens et hinc colenda, hyemes enim in Anglia fert, nos vero non ausi sumus ĕĕri libero hyeme exponere sed in Tepidario servavimus.

Ab hac distinguenda est

A. *taxifolia*, fol. linearibus obtusiusculis subtus lituris 2 albicantibus.

*D.* Folia ultra poll. longa, subtus lituris albicantibus latis.

A. Douglassi taxifolia *Loud. arb. br.* 4. 2319. *f.* 2230. A. taxifolia *Lamb. Pin.* 2. 82. *t.* 47.

Hab. in America boreali occidentali.

In Hortis britannicis haec species cum praecedente colitur et ejus varietas dicitur. At folia latiora et longiora, quamquam longitudo non constans videatur, magis densa et disticha; praesertim vero lituris albicantibus differt et hinc Abietem refert. Strobilos non vidi.

## 3. ABIES.

*Folia* solitaria, plana. *Monoica. Amenta* mascula axillaria in ramis adultis. *Strobilus* bracteis et squamis maturo semine deciduis.

Arbores magnae, ramis pyramidatis subverticillatis, ut in praecedente genere, quibuscum habitu plane conveniunt. Folia basi ipsa, nec petiolo, dilatata sterigmati articulatim imposita sunt, hinc non ita facile decidunt, ac folia Piceae et si decidunt cum basi dilatata delabuntur; ceterum semper-virentia. In pluribus seriebus utique posita inveniuntur, at versus duo tantum latera conversa, unde disticha videntur nec sunt. Ceterum planiuscula, sulco per mediam partem paginae superioris decurrente, cui opposita carina eminens in pagina inferiore, marginibus paullulum reflexis. Amenta mascula e gemma prodeunt, nonnisi tegmentis scariosis nec foliis cincta, in axilla foliorum rami adulti posita, approximata. Strobili itidem ex axillis foliorum prodeunt sessiles; bracteae squamas saepe superant saepe his adnatae, a basi tenui in laminam foliaceam dilatantur cujus nervus in mucronem exit magis minusque exsertum, rectum aut reflexum; squamae ipsae cum seminibus decidunt, rhachi persistente, ipsae e duabus laminis constant per nervum connatis sursum dilatatum, margine separatim in ambitu adnato; quae omnia suadent genus a praecedente separare.

Quare Abietem vocavi v. supra ad Piceam.

1. A. *pectinata*, fol. oligostichis apice acciso subtus lituris latis albicantibus, strobilis longis, bracteis squamas superantibus.

*D.* Folia ad 15 lin. longa *aequilata.* Strobili 8 poll.; bracteae mucrone exserto.

A. pectinata *Cand. fr.* 3. 276. *Pinet. Woburn.* 165. A. alba *Mill. Dict. n.* 1. A. excelsa *Abh. d. Berl. Akad. f.* 1827. 183. *Loud. arb. br.* 4. 2329. Pinus Picea *Linn. W. E.* 989. *Berl. Baumz.* 217. *E. a.* 2. 410. *Lamb. Pin.* 69. *t.* 40. Pinus Abies *Du Roi Harbk. ed. Pott* 2. 138.

Hab. in sylvis Europae mediae cum Picea excelsa sparsim, in Germania haud ultra Saxoniam versus Boream,

nam in Hercynia plantata; in Vogesis sylvas integras constituit. In Europa australi nonnisi in montibus altis invenitur. ♄. D.

Arbor alta 160 — 180 ped., ramis eleganter pyramidatis, divaricatis, cortice albente. Folia plerumque in 4 seriebus disposita, basi subrotunda ramo imposita, sterigmati subtili angusto apposita, basi torta, ceterum patentia horizontalia, longiora poll. et 3 lin. longa, breviora 6 lin. lata, utraque in diversis seriebus posita, omnia plana, sulco medio haud profundo, marginibus reflexis, infra carina media sat prominente, utrinque litura alba in qua series 5 punctorum seu glandularum, apice acciso, fissura in nervum directa. Amenta mascula ut solent axillaria poll. dim. longa crista antice emarginata, pone bicorni. Amenta feminea itidem axillaria, bracteae obcordatae, mucronatae, squamas superantes. Strobili erecti sessiles ad 8 poll. longi; squamae triangulares basi angusta, bracteae persistentes lamina ovata, mucrone exserto, postquam squamae deciderunt, rhachis strobili diu persistit. Semen 3 lin. longum, ala 4 lin. longa inverse triangularis, antice rotundata, basi angustata. Lignum colore albo, elasticum. Resina scatet.

Abies pectinata e sylvis Aspremonte Calabriae habet folia densiora breviora 9 lin. longa, punctis tantummodo in pagina inferiore albicantibus, nec area inter ipsa ut in nostrate.

2. A. *sibirica*, foliis polystichis apice angustato acciso, subtus lituris 2 angustis albicantibus, strobilis brevibus, bracteis squamis brevioribus.

*D.* Folia ad 19 lin. longa antrorsum attenuata. Strobili 3 pollicares.

A. sibrica *Ledeb. altaic.* 4. 202. *ic. fl. ross. t.* 500. Picea Pichta *Loud. arb. br.* 4. 2338.

Hab. in montibus altaicis inde a radice ad altitudinem 5272 ped. usque. Infra 2000 ped. raro occurrit, abhinc ad 4000 ped. frequentior est, tum vero eo copiosior crescere et integras densissimasque sylvas constituere incipit, quo Picea obovata rarior fit (Ledeb.). ♄. D.

Arbor excelsa secundum Ledebourium, ramis horizontalibus sed minus elongatis. In Horto nostro frequentes habemus arbusculas 12 ped. altas. Folia densissima longiora magis attenuata quam in praecedente, quare jam primo adspectu differt, deorsum potius quam sursum curvata uti Ledebourius ait, nullo modo tetragona uti Loudonus vult, marginibus minus reflexis, apice minus acciso ac in praecedente, basi minus torta, tum quoque liturae albae in pagina inferiore multo angustiores sunt, nam series 2 ad 3 punctorum alborum tantum ostendunt, area inter puncta non albicante. Arbores nostrae nec amenta mascula, nec feminea protulerunt, mascula sec. Ledebourium 3—4 longa sunt. Amenta feminea in quovis ramulo solitaria ab eodem describuntur, strobili cylindrici 2—3 poll. longi. Squamae, quas misit vir amicissimus, cum bracteis connatae in pedicellum 3 lin. longum attenuatae sunt, bracteae lamina subrotunda, 3 lin. lata margine lacerulo, mucrone brevi lineam longo. Supra hanc squama longe lateque emergit subquadrangula, basi 4 lin. lata, ambitu 9 lin. Imposita est squama parti propriae magis lignosae e pedicello emergenti brevi, uti Ledebourius jamjam adnotavit. Semen 3 lin. longum, ala 4 lin., antice truncata, hinc linea recta illinc linea curva inscripta, antrorsum 4 lin. lata.

3. A. *Apollinis*, fol. oligostichis rectis breviter mucronatis, subtus lituris 2 albicantibus latis, strobilis longissimis, bracteis squamas superantibus antice reflexis.

*D.* Folia ad pollic. et ultra longa, ultra lin. lata apice brevi acuto rigido, e longinquo albentia. Strobili 4 pollicares.

Hab. in Graeciae montibus altissimis, praesertim in Parnasso, quem undique sylva continua quamvis non densa cingit. ♄. T.

Anno 1838 Parnassum montem usque ad summa cacumina saxosa sylvis hujus Abietis obtectum vidi, conos maturos mense Septembri decerpsi, et semina in Hortum botanicum introduxi, ubi germinarunt. Ramos floribus masculis onustos in monte Parnete, altissimo eorum, qui vallem Atheniensem includunt, lectos mihi dedit clar. Sartori pharmaceuta aulicus Atheniensis. Tunc temporis ob patriam credidi esse A. cephalonicam Anglor. Dubium mihi primum movit icon in Pineto Woburniano, postea vero, cum arborem ipsam in Horto Bedfordiano vidissem, non dubitavi, nostram arborem ab A. cephalonica differre. Arbor non ita alta ac A. pectinata, nam 80 pedes superasse non vidi; rami quoque prope radicem proveniunt, magis ac in A. pectinata. Cortex dilute lutescenti-fuscus sterigmatibus parum elevatis brevibus. Folia seriebus 5 — 6, basi dilatata articulata, cicatricibus post folia delapsa longe persistentibus, ipsa versus duo latera conversa, saepe oblique posita, rigida magis ac in A. pectinata, supra sulco parum profundo, subtus carina valde elevata, lineis utrinque 6 — 7 glandularum albarum, area inter glandulas non alba, unde facies arboris magis obscura quam A. pectinatae, marginibus crassis parum reflexis, apice acuto rigido, quo charactere a A. pectinata valde differt. Amenta mascula ad apices ramorum adultorum approximata, sessilia, 6—8 lin. longa; crista antherarum antice rotundata, pone emarginata subbicorni. Strobili in ramis adultis axillares, non aggregati ut in affinibus, semper erecti; squamae poll. longae basi attenuatae quasi pedunculatae, seu potius unguiculatae, superne sensim dilatatae, poll. et ultra latae, repando-rotundatae. Bracteae dorso squamae accretae, basi uti squama attenuatae, 4 lin. tantum latae, lamina

antice triangulari mucronata, marginibus lacera, reflexa. Semen 4 lin. longum; ala triangulum scalenum sistit inversum 4 lin. longum, superne 6 lin. latum.

4. A. *cephalonica*, fol. oligostichis rectiusculis longius cuspidatis, subtus lituris 2 pallidis angustis.

*D.* Folia poll. longa, vix lin. lata, apice elongato subtili rigido, vix albentia.

A. cephalonica *Loud. arb. britt.* 4. 2325. *Pinet. Woburn.* 119. *t.* 42.

Hab. in monte alto insulae Cephaloniae, Graecis Mavrovuni, Anglis Black mountain dicto, unde Generalis Napier semina attulit, quae in Hortis anglicis germinaverunt. ♄. T.

Arbusculas tantum in Horto Woburnensi vidi, absque fructibus, quos nondum protulerunt, et specimina sicca inde retuli. Habitu valde a praecedente recedit. Folia sensim in mucronem longiusculum pungentem terminantur, quae in praecedente subito in mucronem brevissimum obtusiusculum sed rigidum excurrunt, tum rigida quidem sunt sed tenera, quae in praecedente crassissima. Liturae sub foliis angustae pallidae, quae in pr. latae argenteae. — In Horto colimus plantulas Abietis Pinsapo *Boiss. El. hisp.* 84., e seminibus ex Hispania missis enatas, quae, quantum videre licet, potius cum hac specie, quam cum pr. conveniunt.

5. A. *balsamea*, foliis polystichis incurvatis apice acuto obtusiusculo subaccisove subtus lituris 2 albicantibus, strobilis brevibus, bracteis squamas parum superantibus.

*D.* Folia sursum curvata 8 lin. longa. Strobili 2 pollicares.

Abies balsamea *Mill. dict. Loud. arb. br.* 4. 2339. *Pinet. Woburn.* 109. *t.* 37. Pinus balsamea *Linn. W. E.* 989. *Berl. Baumz.* 276. *E. a.* 2. 400. *Lamb. Pin.* 42. *t.* 71.

Hab. in Canada, N. Scotia, Nova Anglia et in montibus Alleghanicis locis altis et frigidis. (Pursh.) ♄. D.

Arbor in patria ad 50 ped. alta, ramis divaricatis foliis dense obsitis fuscis, sterigmatibus brevibus. Folia basi praesertim sursum dilatata subrotunda articulata, ut in praecedentibus, supra sulco vix ullo, subtus carinata, litura utrinque alba e lineis 7 punctorum seu glandularum albarum, area inter ipsas pallescente. Apex varius, in quibusdam ramis folia omnia apice acuto praedita sunt, in aliis apice obtusiusculo, in aliis vero intermixta sunt folia apice subacciso, cujusmodi in aliis ramis frequenter occurrunt. Gemmae longiores ac in praecedentibus, e tegmentis pluribus compositae inferne resina conglutinatis. Amenta mascula axillaria in ramis adultis aggregata sessilia, crista antherarum antice rotundata pone subemarginata. Amenta feminea axillaria, in ramis adultis sat aggregata. Strobili rhachi sursum curvata; squamae basi angusta, sursum dilatatae 9 lin. longae, 8 lin. latae rotundatae, colore purpurascente, bracteae mucronatae squamas parum superantes. Semen 2 lin. longum; ala 6 lin. longa, 3 lin. et ultra lata, basi attenuata, purpurascens.

6. A. *Fraseri*, fol. oligostichis rectis apice acciso, subtus lituris 2 albicantibus, strobilis brevibus, bracteis squamas longe superantibus reflexis.

*D.* Folia 6—7 lin. longa. Strobili ad 2 poll. longi.

A. Fraseri *Pinet. Woburn.* 111. *t.* 38. Pinus Fraseri *Pursh am. bor.* 2. 639. *Lamb. Pin.* 1. 74. *t.* 42. *Loud. arb. br.* 4. 2340.

Hab. in montibus altis Carolinae et in montibus Broad mountains dictis Pensylvaniae. (Pursh.) ♄. T.

Arbor mediocris, quin parva, ramis horizontalibus. Folia oligosticha quidem sed dense aggregata, alia 3 lin. longa, alia 6 — 7 lin., apice magis minusve profunde emar-

ginata, sinu obtuso, dentibus obtusis et acutis, supra sulco angusto, laete viridia, subtus carina angusta, utrinque litura alba e seriebus 6 glandularum albarum, interstitiis hinc inde albis, marginibus subtus incrassatis. Amenta masenla versus apices ramorum axillaria conferta, foliis duplo breviora, crista parva reniformi integerrima (Lamb.). Strobili 2 — 3 axillares versus basin ramorum adultorum, poll. et dimid. ad 2 poll. longi, ovales; squamae pedicellatae seu unguiculatae papilloso-puberulae, rotundatae, 6 lin. longae, 6 — 8 lin. latae. Bracteae dorso squamae adnatae lamina subcordata mucronata reflexa, margine lacerulo. Semen 2 lin. longum, ala acinaciformi 4 lin.

Introducta in Hortos Angliae 1811 an. Duo Fraser.

7. A. *nobilis*, foliis oligostichis curvatis apice acciso subtus lituris 2 albicantibus, bracteis squamas longe superantibus reflexis, mucrone longo rigido.

*D.* Folia 9 lin. — poll. longa emarginata. Strobili 6 — 7 pollicares.

A. nobilis *Pinet. Woburn.* 115. *t.* 40. Picea nobilis *Loud. arb. br.* 4. 2342. Pinus nobilis *Douglas Lamb. Pin.* 2. *inter addit.*

Hab. in sylvis Californiae borealis. (Douglas). ♄. T.

Arbor magna, ramis horizontalibus. Folia oligosticha sed densa sursum curvata 5 — 9 — 12 lin. longa emarginata sinu obtuso, dentibus plerumque acutis, subtus seriebus 5 punctorum alborum, interstitiis magis minusve albis. Strobili ex descriptione Lamberti magni, erecti; squamae stipitatae rotundatae, margine antico incurvato, pubescentes; bracteae longe squamas superantes, lamina dilatata membranacea marginibus lacera, mucrone longe exserto et reflexo.

8. A. *Webbiana*, fol. oligostichis rectiusculis apice saepe acciso subtus lituris 2 albicantibus, bracteis squamis purpureis longe brevioribus.

*D.* Folia poll. — 2 poll. longa. Strobili 4—6 pollicares, squamis purpureis antice valde dilatatis.

A. Webbiana *Pinet. Woburn.* 117. *t.* 41. Picea Webbiana *Loud. arb. br.* 4. 2344. Pinus Webbiana *Lamb. Pin.* 77. *t.* 44. Pinus spectabilis *Lamb. Pin.* 2. 3. *t.* 2. (ed. 1.)

Hab. in Alpe Gossaingthan Nepaliae. ♄. T.

Arbor in patria ad 90 ped. alta, ramis horizontaliter patentibus, cinereis. Folia longa horizontalia basi saepe torta, apice emarginato, dentibus 2 acutis tenuibus plerumque fuscescentibus, interdum mucrone (dente unico) tenui fusco, supra sulco longitudinali, subtus lituris 2 albis e lineis 10—12 punctorum alborum, margine reflexo. Strobili secundum Lamberti descriptionem ad latus ramulorum superiorum erecti, magni, squamae breves cuneatae apice dilatatae integerrimae inflexae, basi infra squamula (bractea) brevissima mutica persistente auctae. Semina 2 lin. longa; ala tenuis hinc recta, illinc dilatata. — Strobili expressione succum purpureum fundunt, quo ad tingendum incolae utuntur.

## 4. LARIX.

*Folia* fasciculata, tandem solitaria, plana. *Monoica. Amenta* mascula in apicibus gemmarum. *Strobilus* squamis planis bracteisque persistentibus.

Arbores magnae, ramis potius umbraculatis, quam pyramidatis. Gemmae ad latera ramorum adultiorum ramos brevissimos terminantes, tegmentis copiosissimis verticillatim digestis, inferioribus parvis connatis, superioribus majoribus et magis expansis. Folia rami apici magna copia sed indeterminata fasciculatim insident, petiolo ejusdem crassitiei articulatim imposita, tegmentis hinc inde interpositis. Dum

ramus excrescit tegmenta dimoventur et folia solitaria fiunt, quovis folio basi latiuscula apici sterigmatis articulatim impositio ut in praecedentibus. Folia supra subconvexa, subtus nervo distincte sed parum elevato, in omnibus speciebus decidua. Amenta intra tegmenta gemmarum plerumque sessilia; antherae crista sursum prominente. Strobili pro ratione arboris parvi esse solent; bracteae cum squamis excrescunt, desiccantur et persistunt; squamae apice planae ut in Picea. Semina gemina, alata ut in praecedentibus.

1. L. *europaea*, foliis linearibus obtusiusculis viridibus, strobilis ovalibus adscendentibus.

*D.* Folia pollicaria. Strobili pedicellati poll. et dim. longi; squamae impresso-emarginatae.

L. europaea *Cand. fr.* 3. 277. *Pinet. Woburn.* 133. *Loud. arb. br.* 4. 2350. L. excelsa *Abh. d. Berl. Ak. f.* 1827. 182. Pinus Larix *Linn. W. E.* 989. *Berl. Baumz.* 274. *E. a.* 2. 410. *Lamb. Pin.* 83. *t.* 48.

Hab. in Alpibus Europae mediae, sed non ubique frequens; invenitur praesertim in Alpibus versus Austrum positis, in Rhaeticis et Vallesiacis, quamvis interdum ad 5200 ped. supra mare adscendat, numquam vero ultra terminum Picearum. ♄. D.

Arbor ad 100 ped. alta, umbraculifera. Gemmae basi o tegmentis inferioribus dense compactis constant, superioribus explicatis, 2 lin. longae. Folia 9 lin. — poll. longa, lin. dim. lata, supra convexiuscula sulco longitudinali haud profundo, subtus carina prominente acuta. Amenta mascula 6 lin. longa sessilia in gemmis, erecta, crista brevi sub antheris pone prominente. Strobili pedunculo brevi et crasso demum reflexo; bracteae in infimis squamis longiores, in superioribus breviores; infima portio dilatata magis magisque increscit, superior seu mucro magis magisque oblitteratur;

squamae 5 lin. longae et fere latae antice retusae leviter impressae.

Lignum durum elegans. Praebet Terebinthinam venetam.

2. L. *sibirica*, fol. angustissimis obtusis aut apice mucrone debili evanescente viridibus, strobilis oblongis adscendentibus.

*D.* Folia vix pollicaria viridia. Strobili pedicellati poll. longi, squamae subrotundatae.

L. sibirica *Ledeb. alt.* 4. 204.? L. europaea sibirica *Loud. arb. britt.* 4. 2352.?

Hab. in montibus Altaicis inter 2580 et 5500 ped. supra mare. (Ledeb.). ♄. D.

Variat porro foliis villósis et glabris; simpliciter trifidis vel ternato- vel quinato-pinnatis (var. ternata et var. pinnata Lasch); involucri villis argenteis vel intense aureis aut ferrugineis; sepalis exterioribus interiora (petala Rchb.) longe superantibus; sepalis pulchre candidis, saepissime exterioribus colore violaceo vel coeruleo tinctis, vel omnibus violaceis, stramineis, flavis; quae omnes modificationes, in alpibus et planitiebus aeque frequenter obviae, vix varietatum signum merentur. Insignem vero varietatem mecum benevole communicavit cl. *de Heufler,* lobis foliorum radicalium linearibus, raro sed profundissime incisis, involucralibus a radicalibus forma ac structura vix recedentibus, flore longo cylindrico clauso, sepalis violaceis angustissimis. Foliorum

---

propositas, auctoritate exornavit „*Brand!*", Marchiam nostram, regni Borussici provinciam capitalem, autorem reddens botanicum, Neomarchiae autem oppidulum Driesen cum Saxonum Dresda commutans. —

structura valde tenera; tota planta minus pilosa. — Prope Spitzbühel Tyrolis legit Heufler.

*Descriptio.* *Rhizoma* multiceps rimosum, lignosum, nigrum vel brunneum. *Folia radicalia* (interdum longissime) petiolata, margine ciliato, rosulato-explanata humum tegentia; raro simplicia 3-fida lobis integerrimis, vulgo ternato- vel quinato-pinnata, pinnis interioribus interdum petiolulatis, omnibus varie incisis vel integris; substantia coriacea rigida, colore supra viridi nitido, subtus glaucescente, et si perennia hyemali nimis affecta sunt frigore, intense rubro. *Scapus, involucrum* et *sepalorum* pars exterior densis pilis sericeis albis vel aureis nitent. *Flos* initio, praesertim in alpibus, nutans, (Wulfen! Hoppe!) tunc erectus patenti-campanulatus, sepalis erectis haud reflexis; exteriora angustiora acuta, interiora obovato-oblonga obtusa vel obsolete acuta. *Stamina* variae longitudinis, exteriora breviora in glandulas stipitatas transeuntia. *Styli* albi; *sepala*, ut in aliis hujus sectionis speciebus, corrugata interdum in carpophoro remanentia. — Altitudo plantae florentis 2 — 8″, seminigerae adultae 6 — 12″, interdum in summis alpibus fere acaulis. (Cf. Fl. 1833. I. p. 255.)

*Distributio geographica.* *Anemone vernalis*, solum intra *Europae* fines occurens, septentrionem versus, quantum mihi innotuit, lat. 63° vix transgrediens, *Sueciae* et *Norvegiae* medias et australes provincias tali occupat copia, ut, si Suecicarum rarissimam signo 100, vulgatissimam signo 1 designaveris stirpem, ei numerus tribuendus esset 15. (*Helsingia, Dalekarlia, Vermlandia, Vestmannia, Uplandia, Vestrogothia, Nericia, Smolandia, Hallandia*, teste Wahlenb. Fl. suec. I. 356. — *Guldbrandsdalen* et *Dovre Norvegiae*, 62° — 63° lat., usque ad insulas nivales (dauernde Schneeflecken) altit. 4000′ adscendens, nec vero terminum nivalem, qui in Dovrefjeld est 5200 pedum altitudine, adtingens, Hartmann!

Blytt!) — Per *Daniam*? (deest in Drejer Fl. hafn., et in Flora Danica solum Norvegia patria laudatur) in *Germaniam* transgressa, septentrionalis regionis acerosa atque ericeta, meridionalis autem habitat alpes. (*Borussia orient.*, Hellwing! Eyssenhardt! Meyer! — *Borussia occidentalis*, Hagen! Menge Cat. 349! Oenicke legit specimina Gedani in herb. Lucae! — *Pomerania*, Schmidt! *Meclenburga* prope Ladelstadt, Rostock; Langmann! fl. v. Mecl. p. 236. — *Marchia* prope Driesen, Lasch! Rahnsdorf, Koepnik, Willd.! de Schlechtendal! Francofurtum ad Viadr., Stange Ind. 1839! — *Saxonia* prope Torgau, herb. Röm.! Eilenburg et Doberschütz, Kützing! Petermann! Dresdae, Reichenb.! — *Lusatia* inferior et superior, Rabenhorst! — *Silesiae* in acerosis planitiei ad dextram praecipue Viadri ripam, et in Sudetis (Teufelsgärtchen, Kessel) alt. 4000′, Wimmer! — in *Bavariae* planitie, Irlbach pr. Straubing, Duval! herb. soc. Rat., Wolfrathshausen pr. Monacum, v. Spitzel! herb. Rchb. — In *Palatinatu* trans Rhenum, Hochspeyer, Kaiserslautern, Pirmasenz, Pollich.! Gmelin! Koch! Saarbrücken? (Reg. Z. 1827. p. 661.) — in *Alsatia* pr. Bitche, F. W. Schultz! — In *alpibus Carinthiae*, *Salisburgi*, *Tyrolis*, (per totum Tyrolensium alpium tractum septentrionalem, centralem, australem a 3800 pedum altitudine ad 7000 pedes adscendens, vario soli substramine, Heufler! in litt.) — *Helvetiae* per totum alpium tractum, (4000′—7000′) (Albula, Rigi, Pilatus, Scheideck, Mont Brezon, Fouly, St. Bernhard ad hospitium *alt.* 8000 *ped.*) — *Pedemontii* ad *Novariae*, Bellardi! Balbis! *Arverniae* et in *Pyrenaeis*, ubi limites occidentales sunt inquirendi. (Val d'Eynes, Endress!) DC. et Duby! — Orientem versus ultimae stationes *A. vernalis* indicantur in *Transsylvania* in alpibus Fagarasiensibus, nempe Wârfulo Gaure de Lotri et Butschetsch, Baumgarten! — in *Moldavia*, Dr. Czihak! — Teste Ill. Besser in Regensb. Zeit. 1832.

II. Beibl. crescit in *Lithuania*, sed deest in Eichwaldi „Skizze, a. 1830", et in Fleischer: Flora von Est-, Liv- und Kurland, p. 197. inter incertos Florae cives enumeratur. — Clariss. Chr. Fr. Lessing nostram plantam, nullo alio loco in *Rossia* hucusque cognitam, in monte Iremel (Ural?) supra terminum arboreum a se lectam esse nuntiat in Novit. fl. ross. in Linnaea 1834. p. 171. — (In Carpathis, nec non in *Austriae* (?) *Styriae*, atque *Carnioliae* (?) alpibus desideratur; neque occurrit in *Bohemiae* montosis humilioribus et ericetis sylvaticis (Koch syn. et Rchb. D. Fl.), ubi, praeter Sudetorum altissimum jugum (Teufelsgärtchen) nusquam obvia, Tausch in litt.). — — *Generalis* igitur *speciei dispersus*, si ab ultimo laudato recederis loco, inter lat. gr. 43—63, long. 15—45. —

*Flor.* Aprili (planit. Germ.) Majo (Suecia) Majo — Julio in alpibus). ♃.

*NB.* Prope Hospitium St. Bernhardi, alt. 8000 pedum, A. vernalis clarissimo de Welden florens obvia fuit die XXIV. Mart. 1822. —

*Obs.* Nomen vernaculum in Tyroli (Oberinnthal): Eselsglocken, Heufl. in litt.! — in Suecia: Mosippa, vel post defloratiouem Movippa; Wahlbg.!

## 2. ANEMONE HALLERI All.

A. foliis radicalibus pinnatis bijugis, pinnis subtrilobis, lobis lobatis, lobulis lineari-lanceolatis acuminatis integris vel 2—3-dentatis, involucralibus basi connatis sessilibus digitato-multipartitis linearibus villosis aut villosissimis, flore erectiusculo campanulato vel semipatente, carpidiis stylo elongato plumoso instructis.

*a. villosissima*, villis *nitido-argenteis* (*glandulosis* Hegetschweiler Flora p. 527.) in foliis fere *tomentosis*, foliis interdum *trijugis*, foliorum pinnis posterioribus *basi sub-*

*bipinnatifidis*, laciniis *plerumque integris*, flore *campanulato-conniventi purpureo* vel *violaceo-lilacino*, sepalis 6 (rarius 7—8, ut in omnibus Pulsatillis) *acutis vel acutiusculis*, et *rarius* obtusis. —

A. tubis candatis, involucris multifidis, foliis hirsutis pinnatis, pinnis acute lobatis. Hall. hist. Helv. v. II. no. 1148. (a. 1768.) — Misc. taur. t. V. p. 92. n. 133. Icon: Taur. vol. XXII. t. 62. —

A. Halleri, All. Fl. ped. II. p. 170. no. 1922. — Icon: t. 80. f. 2. pessima! (a. 1785.) — *Descr. Allionii*: „Novam hanc Anemones speciem primus observavit et descripsit cel. Haller, atque, ut recte Clariss. vir adnotavit, proxima est Anemoni sulphureae (i. e. vernalis L.), diversa tamen omnino planta est. Tota planta obducitur sericea lanugine. Foliorum pinnae profundius et acutius incisae sunt. Flos autem omnino purpureus cum aliquo sericeo villo. Petala autem tenera sunt, non dura et firma, ut in A. sulphurea, cujus petala flavo denso sericeo villo teguntur. Semina, ut in congeneribus, cauda plumosa instructa. (Locatio inter vernalem et Pulsatillam.)" — Vill. Dauph. III. p. 725. (a. 1788.) — Willd. sp. pl. II. 1273. — Suter helv. I. p. 326. — DC. Fl. fr. ed. III. vol. IV. p. 879. — Birol. fl. agon. I. p. 185? e Poll. Veron. — DC. syst. I. p. 190. — DC. Prodr. I. p. 16. Pollini Fl. Veron. II. p. 218. (excl. cit. Sternberg Reise p. 61.) — Sprengel syst. II. p. 664. sub Pulsatilla. — Duby et DC. Bot. gall. I. p. 5. — Gaud. fl. Helv. III. p. 483. — Rchb. fl. exc. p. 733. no. 4659. sub Pulsatilla. — Röhling D. Fl. edid. Koch IV. p. 101. pro parte (excl. iis, quae ad plantam bohemicam, austriacam, hungaricam et bavaricam spectant, et ic. A. patens Hoppe ap. Sturm h. 46.). — Koch Syn. p. 7. — Rchb. D. Fl. p. 116. — Hegetschweiler Flora der Schweiz, ed. Heer, p. 527. no. 1561. —

*Icones*: All. t. 80. f. 2. mala! (*Anemones vernalis* formam grandiorem aemulans). — Bot. Cab. 940. (distinctissima ex sententia cl. Rchb.) — Rchb. ic. fl. germ. t. 55. —

*Habitat* in monte Fluelen vallis St. Nicolai *Vallesiae* superioris, Schleicher! Haller! — Finelen supra Zermatten (cum A. vernali frequenter!) Brunner! in Reg. Zeit. 1837. I. p. 155. — supra Viège vallis St. Nicolai, de Charpentier! — inter Zermatten et Monte Sylvio, Gaudin! — pr. Auskomen, Murrith! e Rchb. fl. exc. — (omnia loca Helvetio-Valesiaca!) — Hochstetter legit Bernae in Salève! floristis Helveticis locus ignotus! herb. soc. Rat. — *Sabaudiae, Pedemontii,* (in pascuis rupestribus vallis Queiras, et supra arcem Fenestrellarum, Ign. Molineri! — minime autem nascitur in summis scopulis ad nivem deliquescentem, Allioni! — in monte Cenisio Bonjean! — Flüh Pedemontii, legit Hörle in herb. Lucae! — in pascuis subalpinis *Novarae* vulgaris, Birolius! — ad nivem aeternam in summis alpibus *Delphinatus* et in *Pyrenaeis orientalibus*, DC.! — Floret Junio, Julio, Augusto.

(*Excludendae* sunt: A. Halleri Sternb. Reise p. 61. montis Spinale Tyrolensis, et plantae istae tres, quae in herbario Ferdinandei Tyrolensi asservantur (Falgameiner Joch, Eschenlohr! — Wormser Joch, Prof. Karpe! Ellnerspitz bei Brunneck im Pusterthale, Fanny Naus!), quae omnes, bene monente Clar. Heufler, ad A. vernalem pertinent.) —

*Obs.* Haec mera planta Halleri, Allionii, Villarsii, Schleicheri, Willdenowii, Bonjeanii, Balbisii, Candollii! an etiam Birolii? — (v. egregia specimina in herb. Willdenowiano, Kunzeano, Schlechtendaliano, aliisque). —

*β. bohemica*, villis *argenteis*, in foliis adultis, margine solum ciliatis, omnino *evanescentibus*, foliis 5-*partito-pinnatis*, in ambitu suborbiculatis, pinnis *imparibus* 3-partitis, laciniis haud raro 2—3-*dentatis latc* linearibus *obli-*

*quis*, flore magno erecto semipatente constanter *atro-violaceo*, sepalis *obtusis*. —

Anemone Hackelii Pohl. Tent. fl. boh. II, 213. — (a. 1810?).

A. hybrida Mik. in Icon. pl. sel. Boh. ined., et antea in hortis Pragens.

A. Halleri Tausch in hort. Canal. fasc. I. dec. II. t. 9. (a. 1823.)

Pulsatilla Halleri Presl. fl. Czechica I. p. 112. (a. 1819.)

Pulsatilla Hackelii P. in Rchb. fl. exc. no. 4658. et Rchb. D. Fl. p. 115. (excl. in utraque syn. et ic. A. patens Hoppe ap. Sturm h. 46, et planta Vindob. et Monac.)

Anemone Halleri, Koch in Röhl. Fl. D. IV, p. 101. exclusis exclud.

Anemone Hackelii Koch Syn. p. 8. excl. Syn. et ic. A. patens ap. Sturm h. 46.

A. Hackelii Tausch Reg. Zeit. 1841. II. optime!

*Icones*: tab. mea prima. — Tausch in hort. Can. dec. II. — Rchb. in Icon. ad fl. germ. t. 57. b.

*Herbaria*: Tausch, plantae selectae florae Bohem. f. 1. Prag 1839. (specimina pulcherrima!)

*Habitat* in monte Radischken pr. Leitmeritz in tractu basaltico (vulgo Mittelgebirge) *Bohemiae* septentrionalis, ubi detexit anno 1808 cl. *Hackel*, Oecon. Prof., quo duce nuperrime plantam in loco ipso natali atque classico viventem observavi, examinavi, atque in nonnullos hortos ad ulteriores observationes colendam abstuli; sodales habet participes loci A. patentem et pratensem. — Alium laudat locum ab hoc non procul situm Illustr. Kaspar Sternberg Comes: Skalka et Dlaschkowitz (in herb. Presl.!) — in montibus sylvaticis prope Königsaal ditionis Pragensis, et eadem inter A. pratensem et patentem, Tausch! in litt. — Fl. Aprili. —

*Obs. I.* Ab hac bohemica planta *Pulsatilla vulgaris Günther autogr.*! e Silesia? (in schedulam Güntheri apposuit: „Silesia" clariss. de Schlechtend.!) in herb. gen. Berolinensi ne minima quidem nota recedit. —

*Obs. II.* Haec, ut planta *α.* helvetica propius accedit ad *A. Pulsatillam*, necessitudinem potius ostendit quandam cum *A. patente*, floris figura et colore, et vel foliorum compositione, quum haud raro folium 5-partito-pinnatum in folium ternato-palmatum recedat. — Cl. Tausch contra priorem in horto Canalio prolatam suam sententiam nunc rursus hybridam plantam declaravit in litt.; equidem hybridam esse vix crediderim.

*γ. auricoma*, tota planta, *praesertim in involucro densissimis villis pulchre aureis* tecta, foliis pinnatis bitrijugis, pinnis pinnatifidis paulo angustioribus acuminatis, inferioribus saepe petiolulatis, flore ab A. Pulsatilla nulla nota recedente.

*A. Pulsatilla*, florist. austr. et bavar. — A. Hackelii Rchb. (planta monacensis a Kochio non commemorata).

*Habitat* prope *Monacum*, legit de Spitzel, def. Rchb. (v. in herb. clariss. Unger, Zuccarini, Kunze) (app. loco: Freimannenheide! — specimen floriferum villis argenteis) Garching! Dr. Kummer! — in colle „Türkenschanze" prope *Vindobonam*! Ritter ex Rchb. fl. exc. (v. specimina in herb. Reichenb. et Grabowski!). —

*Obs. I.* Planta, botanicis Vindobonensibus et Monacensibus *A. Pulsatilla* habita, mihi valde dubia et nequaquam rite cognita; sexcentas iterumque sexcentas in loco natali (Türkenschanze) observasse, diligentissime inter sese comparasse, rem meam non promovit, scias plantas fuisse juvencas (die 10. 11. 12. Aprilis); ergo, donec specimina Mertensiana, quae vidit clariss. Kochius, comparare, et ipsam

viventem plantam in „Türkenschanze" statu adultiore revisere mihi licuerit, judicium de ea et manum de tabula retinere praestabit. —

*Obs. II. Pulsatilla grandis Wender.* in Schrift. der Ges. zur Beförd. der Naturw. zu Marburg. vol. II. p. 257, *ex agro Vindobonensi*, per decem annos in horto Marburgensi culta, foliis pinnatis trijugis, laciniis *constanter* latioribus, quam in A. Pulsatilla, ceterum, ne quidem magnitudine floris, vix diversa, hic optimum habebit locum; specimen originale, quod benignissime mecum communicavit clariss. Wenderoth, suspicionem resuscitavit meam, plantam Vindobonensem esse *A. Pulsatillae* constantem varietatem latisectam —

*δ. styriaca*, valde variabilis, plantam helveticam et bohemicam optime conjungens; minus villosa quam planta helvetica, (nunquam enim folia tomentosa) magis, quam bohemica; folia occurrunt longissime petiolata (in *juvenili* folio pedunculus 7—8″ longus) *trijugo-pinnata*; neque desunt, quae in Anemones patentis formam foliolo summo petiolulato redeunt, atque cum ea optime congruunt. — Flos magnus lilacinus. —

*A. Hackelii Pohl.* in Dr. Maly Flora Styriaca p. 2. no. 2. (a. 1838.)

*A. Pulsatillae var.*, v. Welden in Regensb. Zeit. 1840. p. 179.

*Herb.* Reichenb. Cent. exs. fl. Germ. no. 1975. (Steyermark, an Felsen an der Mur, von Grätz aufwärts gen Feistritz, Zechenter!). — Specimina pulcherrima! —

*Habitat* in rupibus calcareis prope Leoben in *Styria* superiore! Dr. Maly! Angelis! in rupibus calcareis ad fluvium Mur inter Gratwein et Stübing! Maly! v. Welden! ad

fluvii Mur rupes versus Feistritz, Zechenter! — (Incolis: „Kokoloschen.")

*Flor.* Martio, Aprili. — (v. in Cent. Rchb. et in herb. Tauschii, qui eam benevole mecum communicavit.)

*Obs. I.* Huc sine dubio citanda, ut optime jam monuit clariss. Zuccarini in Regensb. Zeit. 1828. I. p. 125, *A. patens β. Wahlenb.* fl. carp. p. 165. (a. 1814.) (*A. patens Lang.* pl. hung.?): „scapo involucrato, foliis ternatis: intermedio petiolato tripartito trifidoque: laciniis oblongis. — Folia semper habet magna fere ut *A. patens*, etiam ternata: sed foliolum extimum semper petiolo fere pollicari a lateralibus segregatur." — (Optime quadrat descriptio cum nonnullis Styriacae plantae speciminibus in Rchb. Cent. exs. no. 1975. cf. tab. mea II. f. 3.)

Habitat *A. patens β. Wahlenberg* ad rupes siccas monticulorum versus meridionale latus Liptowiae et Scepusii, e. g. ad *Hradeck* (1848 ped. Par. alt., sub 49° 2′ lat., 37° 24′ long.) pluribus locis, et infra *Lucsivnam* (49° 3′ lat., 37° 48′ long., altit. 2233 ped. Par.); nec non in alpe *Chocs* supra terminum abietis (altit. montis = 4900 ped. Par., terminus abietis sec. Wahlenb. = 4500′). —

*Obs. II.* Num *Anemone Wolfgangiana Bess.*, quae prope Gribischki et Sakret prope Vilnam in Lithuania crescit, (teste Eichwald Skizze) et quam in Podolia australi a cel. Andrzejowski lectam esse ipse nuntiat clarissimus Besser, (Rchb. pl. crit. IV. t. 351. ic. 542. anno 1827.) quam Clariss. Reichenb. ad *A. Hackelii Pohl.* in Flora exc. et in D. Fl. p. 115, clariss. Koch autem ad *A. patentem L.* (Syn. p. 8.) citat, cl. Grabowski denique (cf. Linnaea 1841. Lit. p. 63.) ad *A. pratensem* spectare contendit, specie differat, vel ad hanc nostram plantam spectet, e duobus, quae in herb. Clariss. Reichenb. et Grabowski inspicere mihi contigit speciminibus decidere vix ausim. (Folia coaetanea nunenpantur, foliolis

multifidis!) — Multo magis de A. Nuttalliana DC., a recentioribus scriptoribus Americanis, Hooker, Torrey et Gray, viris Illustrissimis, ad A. patentem revocata, mihique non nisi uno incompleto herb. regii Berol. specimine visa, incertus haereo. —

*Obs. III.* Species ceterum difficillime justis terminis adumbranda, valde variabilis, quod docet planta helvetica culta in Herb. gen. Berol. asservata; hic rursus in limites, in quibus antea (in D. Fl.) definivit et quos nuperrime (Reg. Zeit. 1841. II. p. 434.) iterum suscepit clarissimus Kochius, redacta. —

*Obs. IV.* A. patens Hoppe ap. Sturm. h. 46. ic. (a. 1826) e clariss. Tauschii et propria mea sententia nil nisi A. Pulsatillam *β.* latisectam refert; praesto sunt ejus folia, cum eo iconis *ad amussim* convenientia. — Plantam, quam semel legit cl. Fest Frankenhusae Thuringiae (A. Hackelii Rchb. fl. exc.) et quam vidi in herb. clariss. Reichenb., ad eandem Pulsatillae formam spectare puto. —

### 3. ANEMONE CERNUA Thunb.

A. foliis pinnatisectis, segmentis inferioribus longius petiolatis, omnibus pinnatifidis lobis incisis lineari-oblongis acutis, junioribus utrinque sericeis adultis subtus tantum villoso-hirsutis, involucro multifido, floris nutantis sepalis erecto-patentibus elliptico-oblongis acutis.

A. cernua Thunb. fl. Jap. p. 238. (a. 1784.) — Willd. sp. pl. II. p. 1273. — DC. syst. I. p. 190. — DC. Prodr. I. p. 16. — Zuccarini et Sieb. Flor. Japon. fasc. I. p. 14—15. (a. 1835.) —

Pulsatilla cernua Spreng. Syst. II. p. 664.

*Icon.* Zucc. et Sieb. l. c. t. 4.

*Descr. Radix* perpendicularis, lignosa, simplex, deorsum fibroso-ramosa, crassitie digiti minoris, extus brun-

nea intus sordide flavescenti-albida. — *Folia* radicalia 2—6, plerumque serotina, petiolata; imprimis juniora uti petioli scapique dense sericeo-hirsuta, adultiora superne calvescentia subtus hirsuta, venosa, pinnatisecta; segmenta plerumque 5; lateralia 4 per paria opposita, jugis a se invicem $1^1/_2$—2″ distantibus, pedicellata, (inferiora petiolulata, summa sessilia DC.! et icon fl. Jap. t. 4!) pinnatifida, lobis incisis lineari-oblongis acutis, terminale ternatisectum, laciniis lateralibus pinnatifidis lobis incisis, intermedia e basi cuneata trifida lobis apice incisis; *petioli* 4—6 pollicares, superne plani, subtus carinato-convexi, basi in vaginam oblongam coriaceam dilatati. — *Stipulae* nullae. *Scapus* uniflorus, praecox vel coactaneus, erectus, pilis patentissimis dense sericeo-hirsutus, circiter semipedalis; *involucrum* 3-vel rarius tetraphyllum (?), primum florem obvallans, denique ab eo remotum; folia sessilia basi dilatata, subvaginantia, pinnatisecta, laciniis 2—3fidis lincaribus acutis, dense sericeo-hirsuta; *pedicellus* primum brevissimus, erectus, denique sub foecundatione excrescens 2—4 pollicaris, nutans. *Flos* quam in Pulsatilla nostrate minor, cum *A. pratensis* circiter aequans; *sepala* 6, elliptico-oblonga acutiuscula, extus, praesertim exteriora 3 latiora dense sericeo-hirsuta, intus glabra, tenuiter ac dense venosa, *atropurpurea*, primum erecto-conniventia, demum apice patentia. *Stamina* hypogyna, indefinita, pluriseriata, sepalis plus quam duplo breviora; *filamenta* filiformia glabra, erecta, purpurea; *antherae* erectae, ellipticae, obtusae, posticae, quadriloculares loculis longitudinaliter dehiscentibus, aureae; *glandulae* (stamina abortiva extima) intra sepala minutae, stipitatae, ellipticae. *Pistilla* plurima pluriseriata, arcte sibi adpressa; *ovaria* ovato-oblonga, compressiuscula, hirsuta, unilocularia, uniovulata ovulo pendulo; *styli* filiformes, sub foecundatione stamina dimidio superantes, erecti, dense hirsuti, in

*stigmata* glabra filiformia truncata purpurea plerumque recurva terminati, persistentes, tandem excrescentes pilisque longis patentibus albis pulchre plumosi. Fructus maturi desiderantur. — (E Flora Japonica!)

*Hab.* in *Japonia* juxta Jeddo, Thunberg! — Nagasaki, (DC. vidit in herb. Lamb.). — in montibus apricis 500—2000 pedes supra mare, fl. Jap.! — (v. sp. in herb. Zucc.) Floret primo vere. 4. — *Distributio* inter 143—158° long. or. (F.) 33°—36° latit. — Colitur pulcherrima haecce planta, nomine japonico: Sjaguma-Saiko, Kawara-Saiko, Wokina-Gusa, sinensi lingua: „Hak-too-woo" nuncupata, ornamenti gratia in hortorum Japonicorum rupibus. — Radice Chinenses et Japoniae incolae medicamento amaro utuntur. —

## 4. ANEMONE PATENS L.

A. foliis radicalibus ternato-digitatis, foliolis bi-trifidis vel bi-tripartitis, laciniis oblongis apice inciso-bi-tridentatis vel multifidis lacinulis linearibus, involucralibus basi connatis sessilibus digitato-multipartitis linearibus, flore erectiusculo patenti-campanulato.

*A. patens* L. sp. 759. Codex no. 4000. — DC. syst. I. p. 191. (excl. syn. A. longipetala Schleich. cum loco helvetico Nebrodunum). — DC. Prodr. I. p. 16. — Schlechtend. Ber. II. 252. — Lasch in Linnaea III. p. 163. — Röhling D. F. ed. Koch. IV. p. 105. — Koch Syn. p. 8. — Wimmer Fl. v. Schles. ed. nov. p. 11. — Fleischer Esth-, Liv- u. Kurland p. 197. — Schmidt Pommern p. 4. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 4. — Torrey et Gray Fl. of North-Am. I. p. 11.

*Pulsatilla patens Mill.* — Spreng. syst. II. p. 664. — Ledeb. fl. alt. II. p. 368. (excl. syn. P. intermedia Lasch.) — Rchb. fl. exc. p. 734. — Rchb. D. Fl. p. 116. — Rabenhorst Lusat. p. 154. — Menge Cat. 349. — Meyer Elench. p. 32. Spach hist. des Végét. VII, 256.

*Pulsatilla Bauhini Tausch mss.*, olim Pragae in horto Principis Lobkowitz culta, e specimine a clariss. autore mecum benevole communicato, nil nisi *A. patentis* forma sepalis late ovalibus obtusis, foliorum laciniis brevioribus latioribus obtusiusculis. — (Cf. Reg. Zeit. 1841. II.)—

*Anemone Nuttalliana DC. syst. I.* 193. Prodr. I. 17. Pulsatilla Nuttalliana Spr. syst. II. p. 663. (Clematis hirsutissima Pursh, Anemone Ludoviciana Nutt. gen. am. et Journ. of the Academy of nat. sc. of Philadelphia vol. V. (a. 1825.) p. 158. et icon tab. 8. ex auctoritate Hookeri, Gray et Torrey! (*Hab.* ad confl. Platte et Missouri, 39° lat. — secundum DC., quod tacent Illustr. viri Hooker, Torrey et Gray, in Louisiana; 29°—33° lat. (?!) — ad flum. Columbia, 33° lat. Sprengel!)

*Anemone Wolfgangiana Bess.* ex auctoritate cl. Koch. (cf. Röhl. D. Fl. ed. Koch. IV. p. 106.)

*Icones*: Breyn. exot. Cent. p. 134. et t. 61. (a. 1678.) optime! — Hellw. Puls. ic. t. 2. 3. 5? 6? (a. 1726.) — Sturm h. 52. (a. 1828.) *nec* h. 46. (rudis, male tincta!) — Rchb. ic. fl. Germ. t. 57. no. 4661. — Sims Bot. Mag. t. 1994. var. ochroleuca!

*Herbaria*: Cent. siles. VI. — Rchb. Cent. exs. no. 1488. — Tausch pl. sel. fl. Boh. fasc. II.

*Formae hybridae, varietates, formae.*

1. × *P. patenti-pratensis Lasch mss. in herb. gen. Berol.* (P. pratensi-patens Lasch *β.* angustisecta, Rchb. Icon. fl. Germ. t. 56.) planta hybrida. Foliorum forma est ea A. pratensis, sed substantia firmior, ita ut, licet decolorata, perennia videantur. Flos fere A. patentis. A. subpatenti-pratensis Lasch, et A. pratensi-patens Lasch *α.* latisecta, egregiae et eaedem formae hybridae, quarum optimas clariss. Rchb. dedit ex authenticis

autoris speciminibus icones in Ic. fl. germ. t. 55. et t. 56., in herb. Berol. desunt. —

2. *var. subintermedia Lasch mssc. in herb. gen. Berol.*, (*nec* P. intermedia Lasch in Linnaea III, 164, quae, ut ipse ait clariss. autor in Linnaea IV. p. 429, hybrida est ex A. vernali et A. patente, et ergo male citata in fl. altaica): foliolo intermedio petiolulato trifido, lateralibus subsessilibus bipartitis, laciniis subincisis. (Fl. alt. var. 2.)

3. *var. flaccida Lasch*, pedunculo elongato (7—8″ in anthesi) debili, laciniis foliorum anguste lanceolatis interdum conspicue falcatis, sepalis elongatis lanceolato-acuminatis. — Prope Driesen. (v. in herb. Berol.) —

4. *var. multifida*, segmento intermedio petiolulato, lateralibus subsessilibus, omnibus bi-tripartitisve: laciniis profunde incisis: lacinulis saepe iterum incisis. (var. 3. fl. alt.) — in Sibiria frequenter.

5. *var. elongata*, pedalis, foliis flori spurie coaetaneis, involucralibus paulo latius sectis, minus villosis, sepalis (ut calycis character demonstretur) quasi persistentibus. Ural, Lessing! — Memorabilis sane varietas, in qua sepala omnino plantae florentis figuram et colorem (roseum) asservarunt, flore jam a filamentis caducis denudato. (v. in herb. Berol.)

Variat porro A. patens, ut omnes Pulsatillae, floris colore, sed ita, ut variis coloribus uno eodemque loco occurrat, e. g. ad Volgam flore albo, coeruleo, luteo, teste Hopkirk Flora anomala! — Minime invenitur A. patens in Sibiria solummodo floribus albis, cf. Ledebour fl. alt. II, 369: „floribus *plerumque coeruleis vel e coerulco-violaceis, rarius* roseis, ochroleucis, flavidis (albis Pall. lacteis Gmel.) — In Borussia et Cassubia interdum floribus *pulchre rubenti-*

*bus*, Breyn! — in Polonia inter Varsoviam et Thorunium floribus *candidissimis*, Peter Breyn! — in Bohemia hinc inde floribus albis atque plenis, Hackel! — *Monstrositates* sequentes observavit Pallas (It. II. p. 387.): 1) sepala exteriora angusta viridia, interiora colorata petaloidea; 2) sepala 3 exteriora trifida cum lacinia intermedia lateralibus longiore, interiora dilatata indivisa. — A. patens multiplex Tausch, e monte Radischken Bohemiae, est monstrositas sepalis omnibus laciniatis.

*Descriptio.* Rhizoma congenerum, haud raro simplex. — Folia radicalia 3 — 8, semper hysteranthea, petiolata, scapi seminigeri involucrum longe superantia, ternata, circuitu cordato-rotunda, superne plerumque glabriuscula, inferne costis praesertim lanata, vel rarius utraque lamina glabra. Foliola sessilia, vel rarius breve petiolulata; foliolum extimum plerumque trifidum laciniis incisis vel integris, vel tripartitum, partitionibus iterum bi-trifidis, laciniis incisis dentatisque; foliola lateralia plerumque bifida, lobis incisis, lobulis dentatis. — Scapus foliis praecocior brevis, post anthesin in altitudinem 1 — 2 pedalem productus. Involucrum, forma congenerum, laciniis simplioribus quam in A. Pulsatilla, pratensi et montana inveniuntur, primum florem obvallans, in planta matura in infima scapi parte remanens. — Flos erectiusculus, sepalis 5 — 8, vel, staminibus numerosis in sepala mutatis, plenus. Sepala ovalia, raro lanceolata, plerumque obtusa, raro acutiuscula, vel e. g. in var. flaccida, acuminata; exteriora tria extrorsum pube tecta sericea, in sepali apice penicillum formante, interiora glabriora. — Glandulae plerumque sessiles, interdum breviter stipitatae. Stamina multiseriata varie longa, filamentis teneris, antheris plerumque ovalibus. Pistilla demum stylo elongato plumoso stigmatoso apice glabro, stigmatibus violaceis vel albis. Carpidia ovalia. —

*Distributio geographica.* *A. patens*, vastissimis gaudens finibus, per maximam *Americae borealis* partem, per magnam *Asiae* atque *Europae* dispertita est. — Gaudet campis sylvestribus, pinetis et locis montosis *Sibiriae* (Tobolsk, Amman! Linné! Barnaoul, Patrin! in ditione florae Baicalensis, 50° lat., 124° long. Besser! ad Selengam in fl. Baicalensi, Pallas in herb. Willd.! — *ad Lenam*, Pallas in herb. Willd.! — in ditione florae altaicae, exceptis desertis salsis, frequentissime! Ledebour fl. alt. II. 368.) *per totam fere Rossiam*, (in montibus Uralensibus, Lessing! ad Volgam prope Sarepta, 48° lat., 62° long. herb. Willd.! et prope Saratow, Albers! herb. Lucae! — Kasan, Albers! — Moscoviae, Goldbach! Riga, Trinius in herb. Caes. Vindob.! — Dorpat, Ledebour! (*Fleischer*, Est-, Liv- u. Kurland p. 197.)— *Polonia* inter Thorunium et Varsoviam, Breyn! — *Lithuania*, *Volhynia*, *Podolia*, *Galicia*, Besser! *Ucrania*, Tschernieff! in herb. Rud. LB. de Römer! — *per Borussiam orientalem et occidentalem*, (Gumbinnen, Albers! Rastenburg, Lottermoser! Regiomontii, Lehmann! Gedani, Reyger! Grudentium, Menge!) *Pomerania*, Schmidt Fl. p. 4! — *Marchia*, (Koelpin, Willdenow! Driesen, Lasch! Deutsch-Krone, Oschatz! Francofurtum, Stange!) *Silesia* ad dextram Viadri ripam, Wimmer! ad sinistram prope Neoforum in pratis turfosis copiosissime? (v. sp.!) — *Lusatia* (unicus locus europaeus, qui a Linnaeo commemoratur) prope Guben, Rabenhorst! — *Bohemia*, (in tractu basaltico Bohemiae borealis, Radisken, Radobile, Welikabora, (Mittelgebirge) copiose, Kaspar Comes Sternberg! Königsaal ditionis Pragensis, Tausch! — *Bavaria*, prope Monacum, Garching, Schwimmschule, Zuccarini! —

In *America boreali* copiose in planitiebus orientalibus, rarius in interioribus regionibus calcareis inter lat. 45—67° (!) ad Mackenzie flumen, Dr. Richardson! in vallibus mon-

tium rupestrium (Rocky-Mountains, Felsengebirge), Drummond et Douglas! — ad confl. Platte et Missouri, 39° lat. Nuttall! — prope Galena civitatis Illinois, Torrey et Gray! 42° 50′ lat. — In Louisiana, (29—33° lat.!) DC. teste Nuttall! (locus, scriptoribus Americanis non laudatus!). Si recte res se habet, *A. patens* in America a lat. 29° (?!) ad lat. 67° distributa est! —

*In Europa et Asia* continetur terminis inter lat. 48 — 58°, long. 29 — 145°. —

*Termini australes*: 48° lat., Monacum Bavariae, Galicia? Podolia? Sarepta ad Volgam, 62° long.

*Termini boreales*: 58° lat., Dorpat, 45° long., Tobolsk ad Irtysch, 86° long.

*Termini occidentales*: 29° long. Monacum.

*Termini orientales*: 145° long.? — ad Lenam.

*Usus.* Gmelinio teste Ircutskiae incolae hac planta ad cophosin sanandam, et ejus recenter lectis foliis ad cephalalgiam resedandam qua vesicatoria utuntur. — Marmottas, Amer. Bor. gentem indigenam, gemmis plantae adhuc juvencae cibo frui, narrat Hookerus. —

*Floret* Martio, Aprili; (et interdum iterum autumnum versus. Ledebour!). ♃.

*Observ. I.* A. longipetalam Schleich., quam cl. DC. ad A. patentem, cl. Gaudin ad A. Pulsatillam citat, cf. sub A. montana Hoppe.

*Observ. II.* Planta sibirica, licet varietatibus valde obnoxia, mihi, ut ex Clariss. Ledebourii in Flora Altaica proposita diagnosi: „*foliis radicalibus palmatim decompositis vel supra decompositis*", et ex eo, quod insequens a clariss. Zuccarinio proposita species a botanicis Rossicis hucusque nec suo loco et jure confirmata, nec ad aliam reducta fuerit, apparet, nondum satis luculenter exposita videtur. —

*Obscrv. III.* Planta americana, ut optime jam clariss. Hookerus monuit, cum nostra omni ex parte et toto coelo congruit. —

## 5. ANEMONE FLAVESCENS Zucc.

A. foliis hysterantheis ternati-sectis, segmentis *multipartitis*, lobis incisis (*anguste*) *lincaribus*, flore erecto patente.

Anemone flavescens Zucc. in Regensb. Zeit. 1826. I. p. 371.

Anemone Pulsatilla herbariorum.

*Descriptio* (*Zuccariniana*). — Perennis. Folia radicalia inter squamas nonnullas ovatas vel ovato-oblongas acutas sericeo-hirtas provenientia, petiolata, palmatisecta; segmenta tria multipartita lobis linearibus saepius iterum incisis ceterum integerrimis acutis hirtis et apice pilis copiosioribus quasi penicillata; petioli teretiusculi, hirti, tri-quadripollicares. Stipulae nullae. Flores ante folia provenientes, erecti. Scapus uniflorus, florifer circiter semipedalis, erectus, teres, hirsutus; involucri folia sessilia basi connata, sursum in lacinias multas elongatas lineares acutas simplices vel profunde incisas divisa, valde hirsuta, pedicellum cingentia unicum, erectum, sub anthesi circiter pollicarem, fructiferum vero valde elongatum fere pedalem. Sepala 6, elliptico-oblonga, acuta, integerrima, extus sericeo-pubescentia intus glabra, tenuiter nervoso-striata, sulphurea. — Stamina plurima, pluriseriata; filamenta extima abbreviata sterilia; interiora filiformia, glabra. Antherae longae, obtusae. Ovaria plurima, oblonga, hirta. Styli subulati, sericeo-hirti, versus stigma subulatum plerumque aduncum glabrinsculi. Carpidia caudata congenerum.

*Crescit* frequentissime in *Sibiriae* pratis aridis circa *Omsk*, (55° lat., 93° long.). ♃.

Recedit ab *A. patente* foliorum segmentis multipartitis, lobis anguste linearibus, ab *A. dahurica* foliorum segmentis omnibus sessilibus et floris colore (sulphureo Zucc.). —

*Observ.* Planta satis insignis, a me antea jam in herb. clar. Zuccarinii visa, nuperrime iterum in herbario ditissimo clar. de Römer sub nomine A. Pulsatillae occurrit. Descriptio clariss. Zuccarinii in Römeriana specimina, quae etiam prope *Omks* lecta sunt, exactissime quadrat; sed dum specimina Zuccariniana omnia flore sulphureo instructa fuerunt, inter Römeriana etiam coeruleo flore donata reperiuntur. — Species caeterum ulterius examinanda, et cum A. Wolfgangiana et A. patentis var. tertia florae Altaicae comparanda. —

## 6. ANEMONE PULSATILLA L.

A. foliis radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis linearibus elongatis 2—4-fidis attenuato-acutis, involucralibus regulariter multipartitis linearibus, flore erectiusculo, sepalis plerumque acutiusculis conniventibus vel patulis rectis haud reflexis, antheris ovatis.

*Anemone Pulsatilla* L. sp. 759. Codex no. 4004. — DC. Syst. I. p. 191. DC. Prodr. I. p. 17. (in utroque excl. var. γ. intermedia Schult.) — Wahlenb. Fl. suec. p. 354. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 5. — Hooker British Flora p. 264. — A. Pulsatilla α. praecox in Gaud. helv. III. p. 484. et Hegetschw. Fl. der Schweiz p. 528. no. 1562. — Röhl. D. Fl. ed. Koch. vol. IV. p. 102. et Koch. syn. p. 7. (excl. in utraque syn. A. tenuifolia Schleich.) Fleischer Flora v. Est-, Liv- und Kurland p. 196.

*Pulsatilla vulgaris Mill.* dict. 1. — Spreng. syst. II. p. 663. (excl. Syn. intermedia Hoppe et intermedia Schult.) — Ledeb. Fl. alt. II. p. 369. — Rchb. Fl. exc. p. 733. (excl. syn. A. tenuifolia Schleich.) — Rchb. D. Fl. p. 114. — Hartmann Skand. Fl. p. 129. — Drejer fl. hafn. p. 197. —

A. pratensis With. brit. 498. (a. 1776.) Habl. taur. p. 114? teste Marsch. Bieb.!

A. collina Salisb. prodr. 371. (a. 1796.)

A. pisciensis et A. punica Sism. agr. tosc. 223? (a. 1801.)

A. acutipetala Schleich. pl. exs. Cat. 1815. (forma foliorum laciniis anguste divisis; vidi in herb. Berol. et Röm.)

A. rubra Lam.? (nana, flore rubro erecto patentissimo, sepalis obtusioribus, ex DC.)

A. patens Hoppe ap. Sturm. h. 46. (a. 1826.) — Sine ullo dubio A. Pulsatillae forma, vix varietas, latisecta!

A. coerulea Fisch. *nec DC.* in herb. gen. Berol.

A. Pulsatilla var. *δ.* dahurica herb. Lamb. (pumila villosissima, foliorum lobis brevibus tenuissimis acutis, flore erecto, sepalis oblongis, DC.)

A. Pulsatilla var. bicolor Bess. e Podolia. (in herb. Vindob.)

A. Pulsatilla var. amoena et inamoena Lasch in Linnaea III.

A. Pulsatilla var. angustisepala Bogenh. ms. in herb. soc. Ratisb.

A. Pulsatilla var. angustisecta et latisecta ap. Rchb. Ic. fl. germ. t. 54.

A. Pulsatilla var. calcarea Hampe Prodr. fl. herc. in Linnaea 1837. p. 51. (forsan vix a forma genuina diversa, et solum, quia locis gaudet calcareis, varietas dicta; A. Pulsatillam in nonnullis regionibus calcicolam (kalkstetig) esse, observarunt de Voith, Dr. Metsch, Kirschleger!)

*Icones*: Engl. Bot. t. 51. — Hook. fl. Lond. t. 44. — Fl. Dan. t. 153. — Svensk Bot. t. 292. — Turpin in Chaum. fl. med. — Tratt. Ic. pl. 541. — Brandt et Ratzeb. h. 6. t. 30. — Leo Taschenb. h. V. (mala!) — Hayne Arzn. I. t. 22. — Nees ab Esenb. fasc. IX. t. 22. — Sturm D. Fl. h. 7 et h. 46.

utraque mala! — A. patens Sturm h. 46. est forma latisecta. — Rchb. Ic. fl. germ. t. 54. *α* et *β*. — Zenker et Schenk Fl. von Thüringen h. 10. no. 2. —

*Herb.* Cent. sil. VIII. (?). — Ehrh. pl. offic. 135.

*Descriptio.* Cf. D. Fl. edid. Koch IV. p. 102—103.

Planta ut omnes Pulsatillae, valde variabilis; folia in juvenili planta e simplicissima forma sensim in pinnatisecta tri- vel quadrijuga transeunt; et vice versa in autumno e scapis folia prorumpunt simpliciter triloba, tunc ternato-pinnata, denique pinnatisecta bi-tri-quadrijuga, laciniis varie partitis. — Foliorum segmenta mox sessilia mox praesertim inferiora, breviter vel longissime petiolulata; nec semper rite opposita inveniuntur; accelerata enim atque fota vegetatione absque omni regula alternatim in petiolo tortili posita occurrunt; et quae vulgo ultra $^2/_3$ lineae latitudinem non excedunt lacinulae, 2—4 lineas latae reperiuntur. Foliorum partitiones et lacinias sub anthesi breviores esse quam in A. pratensi, optime monuit clariss. Rchb. —

Quod attinet ad floris colorem, modificationes plurimae observatae sunt; in Germania planta plerumque habet florem lilacinum vel dilute violaceum; planta altaica vero pulcherrime coerulea est. — Clariss. DC. laudat Syst. I. 192. modificationes flore purpureo, coeruleo, rubro, lilacino, virescente et albo; monstrositates flore duplici, pleno, nunc staminibus in petala mutatis, nunc ovariis in foliola viridia conversis; quas vidit staturae modificationes nunc digitales nunc pedales, ego vidi pollicares et tripedales, ita ut in grandioribus inter involucrum et gynophorum fere 2 pedum sit spatium. —

Haud omittendum esse puto, quod cl. Ledebour de plantae altaicae a germanica discrimine affert (Fl. alt. II. p. 369): „Planta altaica a germanica paululum distat, 1) floribus foliis coactaneis, in germanica saepius praecocibus; non desunt tamen specimina germanica, ubi folia una cum flore nascun-

tur; 2) foliis circumscriptione brevioribus et latioribus; 3) foliorum lacinulis vix ac ne vix quidem latioribus (sed latitudinem $^2/_3$ lin. nunquam superantibus), obsolete canaliculatis; 4) sepalis paulo latioribus (lin. 3 — 4 latis, 15 lin. circiter longis), obtusioribus, amoene coeruleis, vix violascentibus." —

*Distributio geographica.* ***Suecia***, (inter 56° — 60° lat., Scania, Vestrogothia, Gotlandia, Oelandia, Nericea, Uplandia) ***Anglia***, (in planitie inter 52° — 54° lat. haud frequens, Watson! ed. Beilschm. p. 110.) ***Dania***, (teste Drejer fl. hafn. p. 198.) ***Germania***, Rchb.! Koch! (sed minime in tota ditione, quum fere in tota parte orientali desideretur; deest enim in *Borussia orientali et occidentali*, E. Meyer! Elench. — apud Menge Cat. p. 349. laudatum autem invenio locum Grudentium — deest porro in *Pomerania*, sec. Schmidt, Flora von Pommern und Rügen, 1841; contradicunt tamen specimina mei herbarii, in Rugia insula a viro amicissimo Aschenborn lecta, nec non alia specimina herbarii Lucaeani ex eodem loco; — deesse porro A. Pulsatillam puto in *Silesia*, ubi ad pagum Birnbäumel semel et parce legisse fertur cl. Günther; sed unicum specimen Silesiacum, quod videre mihi contigit, a clariss. Günther cum herb. Regio Berolinensi communicatum ibique asservatum, A. Pulsatillae, ut supra jam monui, nequaquam adnumerari potest, mihique nulla nota ab A. Hackelii Pohl recedere videtur; — ad Zor et Ostry prope Teschen indicat A. Pulsatillam Kotschy, teste Wimmer! Fl. v. Schl. p. 11. — desideratur A. Pulsatilla in *Lusatia superiore*, Rabenhorst! in ditione *florae Dresdensis* Ficinus et Heynhold! in *tota Bohemia*, Tausch! in litt., contradicente clar. Hackel, qui, eam prope Lissam et Benadek lectam esse, certiorem me fecit; deest denique in *Styria*, Dr. Maly! — in alpibus praeterea rarissima; in *Tyroli uno* tantum loco, in collibus scilicet apricis et ventosis inter Kara-

witten et Hall prope Inspruckum, altit. 1800′ — 2000′, 47° 20′ lat., teste clar. Heufler! in litt. — *Carinthiae unus* locus, vallis fluvii Lavan inter 46° 30′ et 47° lat., *Carnioliae* atque *Istriae nullus* innotuit); — *Gallia*, DC. et Duby! *Helvetia*, (pluribus locis, Basilea, Aarau, Wulfingen, Winterthur, Eglisau, teste Hegetschweiler!) *Italia superior*, Pollini! (loci mihi valde incerti, quum a veteribus scriptoribus helveticis et italis, e. g. Schleichero, Seguiero aliisque saepissime cum A. montana sit confusa*) *Hungaria*, (in Carpathis, Wahlenberg! Herbich! Posoniae, Endlicher! Pesthini, Sadler! in Bannatu e. g. Orawiczka, Rochel! Wierzbicki!) *Galicia*, *Podolia*, Besser! — *Volhynia*? *Polonia*? *Moldavia*, Dr. Czihak! *Transsylvania*, Baumgarten! *Lithuania*, rara, Besser! *Livonia*, *Esthlandia*, *Curlandia*, Fleischer et Lindemann! *Rossia*, (ad Sarepta, Pallas! in herb. Willd.; ad Urál flumen, Lessing!) — *Sibiria*, (in ditione Altaica ad flumen Sarduma, in locis sabulosis ad flumen Irtysch, Pallas! e Ledeb. fl. alt.! — in flora Baicalensi, Turczaninoff! — Dauria, Pallas! et Fiedler! in herb. Endl. — a Jenisei fluvio in ulteriori Sibiria, Gmelin sib. IV, p. 195!) —

Siti igitur sunt A. Pulsatillae fines inter 45 — 60° lat., et inter 15—140° long. —

*Septentrionales*: 60° lat. Upsala.

*Australes*: 45° lat. Avernia, Pedemontium, Bannatus. (Caucasus? MB.)

*Occidentales*: 15 — 18° long.? Gallia austr.? Pyrenaei? Anglia?

---

*) Exstat in herbario Sprengeliano specimen A. montanae Taurinense, quod Balbisius nomine A. pratensis ad Sprengelium misit, his in schedula appositis verbis: „Seguiero esset A. Pulsatilla!" —

*Orientales*: 130 — 140° long. Flora Baicalensis, Besser! Dauria, Fiedler! a Jenisei in ult. Sib. Gm.!

*Observ. I.* Haud bene clariss. Lessing sabulosa et deserta fluvii Ural pro terminis borealibus et orientalibus A. Pulsatillae habuit in Linnaea 1834. p. 169. —

*Observ. II.* Clariss. Marschall a Bieberstein in Flora Taur. Cauc. II. p. 19. Anemonem Pulsatillam (falso insuper citato syn. Breyn. Cent. tab. 61.) in Caucaso crescentem enumerat, pratensem tacet; clariss. C. A. Meyer a. 1829 et 1830 neutram vidit; clariss. C. Koch, Jenensis, qui nuperrime in Caucasicis peregrinavit regionibus, in Linnaea 1841. II. p. 248. A. pratensem Caucasi habitatricem laudat, Pulsatillam non habet. Equidem vero speciminibus authenticis, quae benevole mihi proposuit Jenae clariss. Koch, edoctus sum, plantam, pro A. pratensi habitam, esse A. montanam, et eandem quoque Marschallianam fuisse suspicor. —

*Floret* in Germania *Martio, Aprili*, in Suecia *Aprili, Majo*, in Sibiria *Majo*. Haud raro iterum autumnum versus; e. g. Halae Saxonum hujus anni mense Augusto. — Mense Decembri a. 1821 floruit A. Pulsatilla in agro Ratisbonensi; (mittler Thermometerstand des Monats December 1821 = + 1, 9 Reaum.). — 2.

## 7. ANEMONE BOGENHARDIANA.

A. foliis radicalibus *coactancis* triplicato-pinnatifidis, laciniis anguste linearibus acutis, involucralibus *profundissime* multipartitis linearibus, laciniis irregulariter laciniatis, flore *cernuo atro-violaceo*, sepalis *obtusiusculis* nunc conniventibus nunc patulis apice rectis, antheris perfectis *lineari-oblongis*.

Anemone montana Wirtgen (*nec* Hoppe) in Reg. Zeit. 1837. I. p. 251.

Pulsatilla media Bogenh. in Reg. Zeit. 1840. I. p. 74.

Pulsatilla Bogenhardiana Rchb. Fl. germ. Novit. vel D. Fl. p. 115. — Ic. fl. Germ. vol. IV. p. 18. — Wirtgen Fl. von Coblenz 1841. p. 2—3. —

A. Pulsatilla var. nutans, Schmitz et Regel fl. Bonnensis 1841. (?)

A. tenuifolia Schleicher *nec* DC., teste Rchb.!

*Varict.* (vel potius monstrositas) *β. laciniata Bogenh.* sepalis omnibus 3- vel multipartitis. Rchb. ic. t. 53. f. 2.

*Iconcs*: Bulliard pl. ven., (a. 1784) planche 49 ex sententia perill. Rchb. Rchb. Ic. fl. Germ. vol. IV. t. 53. fig. 2 et 3.

*Descr.* Planta indicatis suis characteribus et praeterea toto habitu a cognata A. Pulsatilla primo intuitu optime discernenda, per quinque annos a compluribus botanicis, praesertim a clariss. Bogenhardio in locis natalibus observata est. Scapi et omnium aliarum partium major tenuitas, minor vero villositas; folia distinctissime coaetanea, interdum jam ante anthesin perfecte evoluta; flos magnus cernuus, plerumque connivens paululum modo patulus, mox, si in scapo elongatiore teneriore situs est, eodem modo, ut in *A. pratensi*, cernitur pendulus, mox si scapus minus elevatior, vix ex involucro extollitur et horizontaliter a scapo distat. Sepala 6 obtusa constanter atroviolacea (haud raro recedentis metamorphoseos lege laciniata); antherae in speciminibus a me comparatis, lineari-oblongae. Cetera haud dubie congenerum.

*Habitat* inter 50 — 51° lat. ad *Rhenum* et ad fluvium *Nahe*: Neuwied! Hammerstein ad Rhenum! in monte Lemberg pr. Sobernheim! Rothenfels prope Kreuznach! detexit Bogenhard! — ad Confluentes pluribus locis (c. g. Linz, Saffig) legerunt viri clariss. Wirtgen et Nees ab Esenbeck!

Floret Aprili. 4.

*Obs.* Haecce planta, ad quam ex sententia clariss. Rchb. etiam *A. Pulsatilla* Decaisnii e Flora Parisiensi, *A. Pulsatilla* Fleurotii e Flora Dijonensi, et fortasse etiam *A. Pulsatilla* ditionis Goz Mazoz Hills, Cambridge Shire Angliae pertinent, mihi ex paucis tantum speciminibus in herb. societ. Ratisbonensis et in Reichenbachiano hucusque innotuit. Clariss. Koch nuperrime in Bot. Zeit. 1841. p. 434. *Anemonem Bogenhardianam A. Pulsatillae varietatem* floribus intensius violaceis declaravit; suspicor ergo, relatos supra characteres e cultura certos atque constantes non evadisse. In animo est, plantam instante vere in omnibus indicatis locis natalibus visendi atque ulterius cultam observandi. —

8. ANEMONE MONTANA Hoppe.

A. foliis radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis linearibus acutis, involucralibus sessilibus multipartitis linearibus 2—3-fidis, flore cernuo, sepalis rectis initio campanulatis demum stellato-expansis obtusis (atroviolaceis) staminibus plus quam duplo longioribus.

*Pulsatilla intermedia Hoppe et Hornsch.* Reise p. 183. et Decas II. plant. exs. (a. 1816.)

*Anemone montana Hoppe* in Sturm D. Fl. h. 46. (a. 1826.) — Röhling D. Fl. ed. Koch IV, p. 103. — Koch Syn. p. 7. — Hegetschw. Flora der Schweiz p. 528. no. 1563.

*Pulsatilla montana Rchb.* fl. exc. p. 733. — Rchb. D. Fl. p. 114.

*A. Pulsatilla nutans Gaud.* fl. helv. III, 485.

*A. pratensis florae Lyonensis.* — Aunier! Balbis, Gilibert! —

*A. pratensis C. Koch* pl. Cauc. in Linn. 1841. II. p. 248.

*A. pratensis β. intermedia Schult.* Fleischer in pl. Unionis Itin. 1826.

*A. longipetala Schleich.* teste herb. Illustr. Presl!

*Icones*: Sturm D. Fl. h. 46. — Rchb. Ic. fl. Germ. t. 52. no. 4656. —

*Herbaria*: Hoppe et Hornschuch plant. istr. Decas II. — Rchb. Cent. exs. fl. Germ. no. 1487. — M. Fr. Fege, herbier des pl. de Chammouny nomine: *A. Pulsatilla.* —

*Descriptio.* Rhizoma lignosum, brunneum, multiceps sed simplicius quam in *A. Pulsatilla et pratensi* esse solet. — *Folia* longe petiolata, subcoactanea, laete viridia, duplicato- vel triplicato-pinnata, laciniae lineares apicem versus paululum latiores acutiuscula; *scapus* longior quam in *A. Pulsatilla*, in anthesi vulgo spithamaeus, teres, villosus; *involucrum* a *pratensi* et *Pulsatilla* vix diversum; *flos* erectiusculus vel cernuus, (nubilante coelo haud raro pendulus atque clausus), major quam *pratensis*, paululum minor quam *Pulsatillae.* — *Sepala* extus sericeo-villosissima, lanceolata vel ovata, saepe emarginata, plerumque obtusa raro acutiuscula, recta apice haud reflexa, et dum favente sole laete viget planta, stellato-expansa, rigidiuscula. *Color sepalorum* constanter atroviolaceus, in speciminibus Gallicis praeterea intense purpureo-ruber. *Glandulae* sessiles vel brevissime stipitatae. *Stamina* magis conferta quam in *A. pratensi* fundum tantum clausi calycis, *nec* totum florem implentia, vel superantia. *Antherae* longitudine variantes mox ovatae mox oblongae. — *Styli* violacei. — Caetera sectionis.

*Distrib. geogr.* Omnium nostrarum maxime australis species, *Galliae austr., Italiae super., Helvetiae* et *Tyrolis meridion., Carnioliae, Chersonesi tauricae* et *Caucasi* incola. (43—47° lat., 22—60° long.) — *Gallia*: *Lyon*, Aunier! Balbis! Gilibert! (synonymiam constituerunt in herb. clariss. Kunze et Presl!). — *Italia*, (in agro Pedemontano-Taurinensi, Balbis in herbar. Sprengel! et forsan in locis a clar. Pollinio ad A. Pulsatillam indicatis!

*A. pratensis* in collibus Brixiae? — *Monte Baldo**) supra Madonna della Corona non procul ab „Ai Spiati" circiter 3800 pedum alt. in pratis saxosis, legi 14. d. Maji 1840. (eodem loco prius legit Clariss. Kunze) *Helvetia*, (prope Brauson et Martinach Vallisiae, Hegetschweiler!) *Tyrolis* (Botzen, Meran, Brixen, Heufler in litt.! altit. 800 — 1600 ped. — fortasse per Vitis viniferae in Tyroli regionem divulgata, Dr. Facchini! — stationes: Fagameier Joch in Ulten, Eschenlohr! et Kirschbaumer Alpe pr. Lienz, Hargasser! teste clariss. Heufler, non satis certae!) *Carnioliae* in pratis aridis Karstiae, in sylva Lipizzensi prope Tergestum, (locus classicus! ubi pulcherrimam speciem vere 1816. detexit clariss. Hoppe!) in monte Spaccato legit cl. Kunze! — in *Chersoneso taurica* prope Perekop! herb. Koch! in *tractu Tscherkessico kerketico Cabardah*, Koch!

*Termini borcales*: circ. 47° lat. Brixia Tyrolis.

*Termini occidentales*: circ. 22° long. Lyon.

*Termini australi-occidentales*: circ. 43° lat., 60° long. Caucasus.

Flor. Aprili, Majo. 4.

## 9. ANEMONE PRATENSIS L.

A. foliis radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis linearibus, involucralibus sessilibus multipartitis, laciniis linearisimplicibus, vel varie compositis latioribus elongatis, flore pendulo longe cylindriformi vel brevius campanulato-clauso, sepalis staminibus vix longioribus apice reflexis.

---

*) Haec, nisi loci altitudine atque sterilitate depauperata fortasse specimina, propter sepala staminibus vix multo longiora, A. pratensi potius adnumeranda mihi videtur, quod ulterius observandum erit.

*Anemone pratensis L.* sp. 760. Codex no. 4005. — DC. syst. I. p. 191. (excl. A. Pulsatilla ic. ap. Sturm.) DC. Prodr. I. p. 17. (excl. *β.* obsoleta Sims. bot. Mag.) — Wahlenb. suec. p. 355. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 5. — Poll. fl. veron. II. p. 219. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 104. — Koch Syn. p. 7. — Fleischer Flora von Esth-, Liv- und Kurland p. 196. — Maly Fl. styr. p. 2. — Wimmer Fl. von Schles. ed. nov. p. 12. —

*Pulsatilla pratensis Mill. Dict. n.* 2. — Spreng. syst. II. p. 663. — Rchb. Fl. exc. p. 733. — Rchb. D. Fl. p. 113. — Hartm. Skand. Flora p. 129. — Drejer Fl. hafn. p. 198.

*Pulsatilla nigricans Störck.* lib. de usu med. Puls. (a. 1771.) cum ic. bona! — Baumg. En. st. Transs. p. 110.

*Anemone silvestris Vill.* Dauph. 4. p. 726. (excl. Syn. Ger. et Linn.)

*Formae hybridae, varietates, formae.*

? × 1. *Pulsatilla affinis Lasch* in Linnaea III. p. 166. foliis 3—4juge pinnatis, pedunculo cernuo, sepalis stamina superantibus apice subreflexis; cum modificationibus: *a.* superior, *b.* gracilis, *c.* inferior, fortasse ex A. Pulsatilla et ex A. pratensi, quarum in congregatione occurrit in agro Driesensi Neo-Marchiae, hybrida. — Formae *a.* et *b.* valde insignes, forma *c.*, in qua sepala breviora sunt, ab *A. pratensi* vix diversa. — (Cf. descriptionem cl. Laschii; v. specimina authent. in herb. Berol.)

2. *var. cylindriflora*; flore longe angusteque cylindrico clauso, sepalis extus villosissimis dilute violaceis aut coeruleis. (Haec forma in Germania boreali vulgaris; v. specimina e Samlandia Borussiae orientalis et e Lithuania.)

3. *var. patula*; flore magno campanulato, sepalis ovalibus subpatulis apice obsolete reflexis atroviolaceis. (Haec forma hinc inde in Silesia atque Saxonia obvia, frequentius occurrit in Bohemia, ibique cum *A. montana Hoppe*, quae sepalis stamina duplo superantibus differt, commutata; in regionibus australioribus (Monte Baldo? Novarae, Brixiae Italiae) haec forma vulgatissima, et praeter eam nulla alia adesse videtur.)

4. *var. minor*; (syn. A. intermedia Schult. obs. p. 101. — A. pratensis *β.* minor Besser Primit. fl. Gal. p. 349. — A. pratensis *β.* versicolor Andrzj. in suppl. ms. Cat. hort. Crem. 1818. (flore intus viridi) e Podolia! — A. dahurica Herb. Lucae! nec Fisch.*) flore cernuo campanulato, sepalis *abbreviatis* subovatis extus villosissimis interne albidis vel pallide lilacinis apice vix reflexis, involucro saepe villosissimo. (Quum varietas 2. borealem, varietas 3. australem exhiberet typum *Anemones pratensis*, haec varietas quarta orientalibus in quibus crescit A. pratensis propria est regionibus: Galicia; Podolia; Charkow, Sarepta, Chwalinsk ad Volgam Rossiae.)

Inter multa, quae compluribus in herbariis vidi, specimina Besseriana tantum ea herbarii Reichenbachiani teneri-

*) *A. intermedia Schult.* Obs. bot. p. 101. (a. 1809.): A. pedunculo involucrato, villoso, petalis apice subreflexis, foliis 3-pinnatis. (Intermedia inter A. pratensem et Pulsatillam) est enim illa robustior, magis villosa, involucri pilosissimi laciniis linearibus latioribus quam laciniae folii. Petala pallide lilacina pilosissima apice tantum quidquam revoluta. — Folia supra glabra, subtus pilis longis. — Sponte in *Galicia* venit. —

*A. pratensis β. minor Besser* Primit. fl. Galic. p. 349. (a. 1809.): pedunculo involucrato, petalis apice reflexis *interne albidis*, foliis bipinnatifidis incisis, seminibus caudatis.

tate quadam insignia sunt; clariss. Rchb. in D. Fl. p. 113. plantam Besserianam, quam e Lithuania accepit, in omnibus partibus duplo vel triplo minorem et teneriorem describit (cf. Rchb. ic. fl. Germ. t. 53. no. 4655.), et cum ejus speciminibus Lithuanicis forma valde tenera atque pusilla *A. pratensis* pedunculo debili, quam in agro Misniensi legit G. Rchb. fil., satis bene congruit. — Nihilominus tam e descriptionibus synonymorum infra adjectis, quam e magna copia speciminum, quae e manibus Besseri clarissimi prodierant, praesertim illis, quae in herb. Regio Berolinensi asservantur, edoctus sum, hanc varietatem longe aliis notis, quam parvitate, excellere, nomenque verosimiliter ab abbreviato et, quod attinet ad longitudinem, minore flore ductum esse; imo vix dubitationem reprimere possum, ne haec, de qua dicimus, varietas sit A. pratensi robustior, quum nec e Schultesii verbis satis clare appareat contrarium, nec speciminibus satis grandibus atque robustis, quae ante oculos sunt, refutetur.

5. *var. chlorantha*; (syn. *A. helleboriflora Richter* mss. — *A. egregia forma* Rchb. fl. exc. p. 734. in observ. — Rchb. D. Fl. p. 113. var. *chlorantha* et *bicolor*. Icon. fl. Germ. t. 52. — Cf. Ueber einige Monstrositäten der Anemonen, vom Prof. Dr. Koch in Erlangen, in Regensb. Zeit. 1832. II. p. 535 — 539. — Mus. Senkenb. II. p. 34. et icon bona: t. IV. f. 1. — *A. livida Fries* ms.? in herb. Knnzeano.) Flore patulo, sepalis prasinis vel intense viridibus, interdum apice violaceis vel margine violaceo-vittatis, haud raro monstrose angustatis etiam interiore lamina villosis atque laciniatis (in formam atque structuram foliorum involucralium quasi redeuntibus), glandulis numerosis auctis, (in icone Mus. Senkenbergiani, quam ad vivum pingi curavit clariss. Richter, optime conspicuis) staminibus exterioribus villo-

sis dilatatis sepaliformibus. — Clariss. Richter, qui ante decem hos annos primus observavit in pascuis ad Albim ditionis Boitzenburgensis hanc monstrositatem, quovis novo anno iisdem locis vidit immutatam, et nuperrime in literis ad me missis profert sententiam, colorem coeruleum florum e terra modo prorumpentium ammonio stercoris animalis, quo pascua anserum et suum stercorosissima, ubi planta crescit, squalent atque horrent, esse exstinctum, qua de re ulteriores observationes instituet. (v. specimina communicata a clariss. Richter.) — *A. livida Fries* ms. herbarii Kunzeani (e Scania) vix differt. —

*Variat* porro *flore albo* (A. pratensis *β.* alba Tausch Fl. 1828. p. 367.) *flore sulphureo* (A. pratensis *β.* sulphurea Tausch Fl. 1830. p. 559.) (utramque mecum benevole communicavit cl. Tausch), *flore roseo*, (prope Regenstein Hercyniae legit Beyrich, v. in herb. Röm.); *sepalis laciniatis* (var. multiplex Tausch); *involucri lobis latissimis* (cf. icon).

*Icones*: Trag. hist. 413. — Cordus hist. 121. — Lobel. ic. 283. — Clus. hist. I. p. 246. f. 2. — Hellw. Puls. t. 11 et t. 12. — Fl. D. t. 611. — Schkuhr Handb. t. 150. — Spreng. Geheimn. der Befr. t. 15. f. 30—33. Störk lib. Puls. (icon bona!) — Sturm D. Fl. h. 46. — Hayne Arzn. I. t. 23. — Bot. Cab. t. 900. — Sv. Bot. t. 299. — Plenk t. 54. — Tratt. Ic. pl. 542. — Brandt et Ratzeb. h. 7. t. 31. — Nees ab Esenb. fasc. IX. t. 23. — Rchb. ic. fl. Germ. t. 52. no. 4655. —

*Herbaria*: Cent. pl. Sil. II. — Rothe Pfl. der Mittelmark, decas IV. — Rchb. Cent. exs. fl. Germ. no. 1388. — Fries Herb. norm. pl. Succiae fasc. I. no. 34. —

*Distributio geographica. A. pratensis* tantum *Europam* incolit a lat. 60° — ad lat. 45° vel fortasse usque ad

41°, (Bizantiis?) et a longit. 18°(?) ad 66°. — *Suecia*, (Scania, Blekingia, Oelandia, Gotlandia, Ostrogothia ad Linköping, 58° 20′ lat., Wahlbg.! — Vestrogothia, Hartmann! — Södermannland ad templum Vardingense, Arfridson! (term. bor. 59° lat.? Beilschm. schw. Jahresber. 1824. p. 219.) — *Norvegia*, ad Hovedoen prope Christiania, 60° lat.? Blytt! — *Dania*, (Drejer! Fl. hafn. p. 198.) *Germania*, (in ditione boreali usque ad *montes Thuringiae* et *piniferos*, („Fichtelgebirge") Koch! Syn. — occurrit praeterea passim in provinciis australibus, e. g. *Moravia* prope Brünn, Hochstetter! *Austria*, Austria inferior, Schiede! — in colle Türkenschanze agri Vindobonensis, Sternberg! in Reg. Zeit., Endlicher! in herb. — *Styria*, prope Grätz, Dr. Maly! — *Carinthia*, vallis Lavan, Graf! in Flora 1839. I. p. 198. — *Carniolia*, ad Babna Gora ditionis Labacensis, Fleischmann! in Fl. 1840. I. p. 304. — *Tyrolis*, (cf. A. montana). — *Bavaria*, Landshut, Hargasser! Eichstädt, Sendtner!) *Helvetia* et *Italia superior*, (in utraque, praesertim in Helvetia, valde dubia, verosimiliter cum *A. montana* confusa) *Gallia*, (specimina a me hucusque visa ad *A. montanam* pertinet) *Dalmatia*, Petter! in monte Beljak pr. Prugovo legit Michaelis! herb. Dr. Kummer. — *Moldavia*, Dr. Czihak! — *Transsylvania*, Baumgarten! — *ad mare nigrum prope Odessa*, Besser! — *Bizantiis*, Sestini teste DC.! — *Ucrania*, *Podolia*, *Galicia*, *Volhynia*?? (teste Eichwaldo, contradicente Bessero), *Lithuania* pr. *Vilnam*, Besser! *Hungaria*, (prope *Posonium*, Endlicher! *Pesthini*, Sadler! in *Banatu*, Rochel!) *Rossia*, (ad flumen *Courba*, Patrin! e DC. Syst. — *Charkow*, Tscherniaeff! in herb. Röm. — *Sarepta*, Fischer! — *Chwalinsk*, Albers! A. dahurica herb. Lucae!). —

*Termini boreales*: 60° lat. Christiania.

*Termini australes*: 45° lat. Moldavia; Odessa; 41° lat. Bizantiis.

*Termini occidentales*: 18° long.? in Gallia.

*Termini orientales*: 66° long. Chwalinsk, 62° long. Sarepta, 54° long. Charkow.

*Observ.* Haec species in regionibus australibus ab A. montana accuratius secernenda est. —

Flor. Martio, Aprili, Majo. 4. —

## 10. ANEMONE ALBANA Stev.

A. foliis radicalibus coactaneis duplicato-vel triplicato-pinnatifidis, laciniis abbreviatis incisis vel iterum pinnatifidis, lacinulis brevibus oblongis incisis, involucralibus conspicue tribus ovalibus basi connatis bi-tri-multifidis vel rarius uno alterove integro apice tantum inciso, flore campanulato basi angustato nutante, sepalis ovatis oblongisve apice plus minusve reflexis, glandulis subsessilibus.

*A. albana Stev.* in Mém. des Nat. de Moscou III. p. 264. — DC. syst. I. p. 545. in add. — Marschall a Bieberst. Taur. Cauc. III. p. 376. — DC. Prodr. I. p. 17. —

*Pulsatilla albana Spreng.* Syst. II. p. 663. — Ledeb. Fl. alt. II. p. 370.

*Pulsatilla ambigua Turcz.*

*Anemone obsoleta hort.*?

*Icones*: Sims. Bot. Mag. t. 1863. teste Rchb.! — Ledebour Ic. pl. fl. ross. illustr. t. 109. —

*Descr.* Tota planta pilis albis sericeis vestita. — *Rhizoma* omni ex parte cum aliis sectionis congruens. — *Folia radicalia* numerosa coactanea; petioli 1 — 4 pollices longi, carinati, ad basin vaginantes; foliorum lamina circumscriptione ovata, nunc pollicem longa, nunc duplo fere longiore,

$^3/_4$—1 poll. lata, pinnato-supradecomposita: laciniis vix 2 lin. longis, saepius brevioribus, lineam circiter latis, obtusiusculis vel acutiusculis, saepe incisis, planis, supra laete viridibus, glabris, subtus pilis albis obsessis; (haec Ledebourii cl. descriptio optime quidem quadrat in plantam tam altaicam quam caucasicam spontaneam, minime vero in cultam, cujus folia serotina ab iis *A. pratensis* omnino non differenda evadunt). *Scapi* 2—4 (in cultura 3—6) pollices alti, erecti; *pedunculus* floriger involucrum vix superans, seminiger 2—4 poll. ex involucro elatus etiam tunc, ut in statu juniore, plerumque deflexiusculus.— *Involucrum* minus profunde fissum, quam in A. pratensi; foliola plerumque 3 (3—5, Led.) integra vel varie fissa, ovali-oblonga. — *Flos* A. pratensis var. 4. haud dissimilis, colore albido, flavo vel coeruleo. — *Filamenta* variae longitudinis cum antheris flava. — *Styli*, ceterum ut in reliquis sectionis, flavescentes vel rubelli. — Glandulae, quas non vidit clariss. DC., inter sepala et stamina exteriora sessiles vel brevissime stipitatae. —

*Hab.* in excelsis montibus *Caucasi orientalis*, (flore flavo) Steven! — in *Caucasi orientalis* alpe *Schadagh* et in collibus circa acidulam *Nartsana*, M. a Bieb.! — in promontorio, in regione subalpina, imo in alpibus *totius Caucasi*, altit. 700—1400 hex., C. A. Meyer! Verz. p. 203. — Prata montosa *prope Tiflis occidentem versus*, R. F. Hohenacker! Un. Itin. 1839. (flore coeruleo). — In Caucasi tractu somchetico *Lori* (fl. albo et flore coeruleo) C. Koch Jenens.! in Linnaea 1841. II. p. 248. — — in *Flora Altaica ad flumen Tschuja* in montosis, Bunge! — in *Dauria*, Fiedler! in herb. Endl. — in *Flora Baicalensi*, Besser! —

*Floret* Aprili (Hohenacker!) Junio (M. Bieb.!). — 4.

*Observ. I. Anemone albana*, inter *A. pratensem* et *A. Bungeanam* collocanda, differt a priori segmentis foliorum radicalium abbreviatis obtusioribus, laciniis oblongis potius quam linearibus, involucra ium latioribus rarius atque minus profunde incisis; flore albido, flavo vel pulchre dilute coeruleo, nec purpureo; statura omnino minore; ab *A. Bungeana* differt foliorum laciniis licet brevibus tamen longioribus atque latioribus, involucro minus simplici, glandulis subsessilibus nec longissime stipitatis, statura majore.

*Observ. II.* Clariss. *Ledebour* plantam altaicam coeruleam a caucasica, quae tunc temporis non nisi flore flavo erat cognita, quam varietatem segregavit, atque clariss. *Turczaninoff* peculiare ei imposuit nomen *A. ambigua*; sed postquam peregrinatores celeberrimi *Hohenacker* atque *Carolus Koch* plantam flore coeruleo etiam e montibus Caucasicis ad nos reportarunt, nullum prorsus inter caucasicam et altaicam stirpem discrimen restat. —

## 11. ANEMONE BUNGEANA.

A. foliis pinnatim supradecompositis, laciniis abbreviatis suboblongis incisis, involucralibus semi-trifidis, laciniis abbreviatis subintegerrimis, floribus coaetaneis erectiusculis, glandulis longissime stipitatis, sepalis basi conniventibus apice reflexis.

*Pulsatilla Bungeana C. A. Meyer* in Flora altaica II. p. 371. — Ledebour Icon. plant. Fl. ross. alt. illustr. t. 110. (a. 1830.)

*Descriptio* (*Meyeriana*). Planta pulchella, vix digitalis. *Radix* lignosa, crassa, fusca, multiceps. *Petioli, caules, pedunculi* et *folia involucralia* pilis sericeis adpressis albis vestita. *Folia* pinnatim supradecomposita: laciniis parvis, vix lineam longis, $^1/_2$ lineam latis, obtusiusculis, aliis incisis, aliis integerrimis, supra glabriusculis, sub-

tus pilosis. *Folia involucralia* a flore plus minusve remota, semitrifida: laciniis lateralibus integerrimis saepe lineam longis; lacinia intermedia paulo longiore, nunc integerrima, nunc 2 — 3 dentata, nunc foliolo minuto pinnato terminata. *Pedunculus* erectiusculus vel vix inclinatus, demum elongatus. *Flos* 6-sepalus, coeruleus, violaceus vel purpureus. *Sepala* lineari-oblonga, obtusiuscula, 5—6 lin. longa, $1^1/_2$ —2 lin. lata, dorso adpresse pilosa, intus glabra, florifera a basi ad mediam partem usque erecta, conniventia, parte superiore reflexa vel patentia, demum omnino recta. *Stamina exteriora sterilia pauca, capillaria, elongata* (*lin.* 2 *fere longa*), *glandula minuta* (*anthera abortiente*) *terminata, cum filamentis, antheris et stylorum apicibus violacea.* — *Carpella, gynophorum* et *semen* sectionis. —

*Hab.* in *Sibiria* in rupium fissuris prope desertum editum juxta fluvium *Tschuja* expansum, Bunge! (50° lat., 88 —89° long. or. Greenv.)

*Floret* Majo, Junio. 2.

### 12. ANEMONE WALLICHIANA *Royle.*

A. foliis pinnatis scapo dimidio brevioribus, foliolis 3 —5 sectis, segmentis cuneatis apice tridentatis, petiolis involucrisque villosis, pedunculis involucro duplo longioribus, flore subnutante, sepalis 6 patentibus elliptico-oblongis extus sericeis intus glabris.

*Anemone Wallichiana Royle* Illustrat. of the Botany of the Himalayan-Mountains, fasc. II. p. 52. (a. 1834.)

Affinis *A. Bungeanae* et *A. albanae.*

*Hab.* Chango in *Kunawur.* — (n. v.)

### 13. ANEMONE DAHURICA *Fisch.*

A. foliis ternati-sectis, segmentis tribus lateralibus sessilibus inaequalibus trilobis, terminali petiolato 3-partito,

lobis 2- et 3-fidis omnibus linearibus acutis, sepalis 6 erecto-conniventibus.

*Anemone dahurica Fisch.* in litt. ad DC. — DC. Prodr. I. p. 17. —

*Pulsatilla davurica Spreng.* Syst. II. p. 663.

*Habitat* ad flumen Ingodam in *Dahuria.* — (In *flora Baicalensi*, Besser!) 4. — Flos carneus, magnitudine *A. pratensis*, sed pallidus; fructus *A. Pulsatillae*, DC.! ex speciminibus Fischerianis.

*Observ.* Haec, quae in herbariis publicis Vindobonensi et Berolinensi desideratur, species mihi nullibi visa; planta, quam prope Chwalinsk legit cl. Albers, et quam A. dahuricae nomine mecum benevole communicavit clar. *Lucae*, ad *A. pratensis* varietatem *versicolor Andrzj.* potius est referenda. —

### 14. ANEMONE CHINENSIS *Bge.*

A. foliis ternatisectis isochronis, segmentis lato-obovatis, lateralibus tripartitis, terminali petiolato ternati-secto, lobis omnibus obovatis profunde incisis inaequaliter dentatis supra glabriusculis subtus villosis, flore erecto, sepalis 6 erecto conniventibus, (involucro conspicue composito e foliis tribus, radicalibus similibus, singulis foliis integris vel trifidis, lobis ovali-lanceolatis 2 — 3-dentatis vel integerrimis). —

*Anemone* (*Pulsatilla*) *chinensis Bunge* Enum. plant. Chinae bor. Mémoire lu le 7 Mars 1832. 4. p. 2. —

*Icon*: tab. 5.

*Descriptio.* Planta pulchra sericeo-villosa, in anthesi 4″—6″ alta; *folia* petiolata juniora villosissima, adultiora coriaceo-rigida, ad involucrum attingentia; ternatisecta, segmenta lateralia obovato-cuneata, inaequaliter haud profunde trifida (nec tripartita!), terminale brevissime petiolulatum profunde trifidum, lacinia apice dentata vel integra; *involu-*

*crum* (cujus clariss. Bunge mentionem omnino non facit), prae caeteris sectionis speciebus valde distinctum, e foliis tribus basi connatis compositum; folia integra vel trifida apice saepe 2—3-dentata, ita ut totum in aliis Pulsatillis in tot lacinias solutum involucrum hic e lobis sit compositum tribus vel novem; in specimine herb. regii Berolinensis *folia involucralia pulchro vialaceo colore florum tincta* exstant, extus villosa, intus glabra; *pedunculus* villosissimus, pollicaris et ultra; *flos* violaceus erectus, magnitudine A. Pulsatillae (nec A. pratensis), *sepala* 6 ovali-oblonga acutiuscula conniventia. — *Glandulae* et fructificationis organa congenerum; *carpidia* matura desiderantur. —

Restat, ut monstrositatem commemorem valde memorabilem et haud vilis momenti ad singulorum in Pulsatillis organorum recte intelligendam naturam atque dignitatem; obvia enim fuit mihi in herbario Römeriano A. chinensis *involucro bifloro*, utroque flore perfecto, pari inter sese magnitudine; nec erat involucrum hocce novo formationis augmento in suis partibus compositius, nec flos secundarius proprio suo involucello inclusus, ut in alia ista hujuscemodi formatione, supra sub *A. Pulsatilla* commemorata; nulla alia re, arbitror, aptius intelligi atque demonstrari potest, involucrum sic dictum, e quo flori secundario erat origo, *non calycis sed foliorum caulinorum* naturam habere. Caeterum in hac re novus conjunctissimae Anemonarum et Pulsatillarum inter se necessitudinis testis conspici potest. —

*Habitat* in montosis *Zui-wey-schan*, *Ssi-jüi-ssy*, *Lun-züan-ssy Chinae borealis*. — Floret Aprili. ♃. — (Clariss. de Bunge legit 1831.) (v. sp. in herb. regio Berol., et in herb. clariss. Kunze et de Römer.)

Sectio II. *PREONANTHUS Ehrh.* Phytoph. I. no. 95. (1780.) DC. Syst. I. p. 193. Prodr. I. p. 17. Endl. Gen. p. 845. Enchir. p. 434. no. 4773. *α. β.*

*Calyx* corollinus 6—10 *sepalus*, albus flavidusve. — *Gynophorum hemisphaericum.* — *Carpidia* stylo *valde elongato* plumoso instructa. — *Folia involucralia terna, basilaribus homoidea, petiolis* brevibus vaginantibus *insidentia.*

## 15. ANEMONE ALPINA L.

A. foliis radicalibus ternato-decompositis, laciniis linearibus incisis vel inciso-dentatis, involucralibus ternis breviter vaginato-petiolatis conformibus, flore solitario, sepalis plerumque senis (rarius 7—10) oblongis ovalibusve distantibus vel contiguis patentibus, carpidiorum stylis valde elongatis hirsutis. —

*A. alpina L.* sp. I. 760. Codex no. 4006. — Wahlbg. Carp. p. 166. — Baumgarten En. st. Transsylv. p. 106. — Poll. fl. Veron. II. p. 220. — DC. Syst. I. p. 193. — DC. Prodr. I. p. 17. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 5. — Gaud. Fl. helv. III. p. 487. — Hegetschw. Fl. d. Schw. p. 529. — Röhl. D. Fl. ed. Koch III. p. 108. — Koch Syn. p. 8. — Maly Fl. Styr. p. 2. — Wimmer Fl. v. Schles. ed. nov. p. 12. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 5. — Torr. et Gray Fl. of North Am. I. p. 11. —

*Pulsatilla alpina* Spreng. Syst. II. p. 663.

*Anemone grandiflora Hoppe* pl. exs.

*Anemone millefoliata Bert.* Amoen. 374. (a. 1819.)

*A. myrrhidifolia Vill.* Delph. III. p. 727.

*P. apiifolia* quorund. aut. Scopoli? Pers. in S. V. ed. XV. p. 546. Schult., Hoppe ms. ex DC.! —

*A. Burseriana Scop.* carn. no. 664.

*A. baldensis Lam.* dict. I. p. 614. *non L.*

*A. micrantha hort.*

*A. flemmensis Scop.*? ex Steud. Nomencl. (cf. DC. Syst. I. p. 215.)

*A. alba Lobel.* et *A. Burseriana Scop.* ap. Rchb. fl. exc. no. 4653 et 4654. et D. Fl. p. 111—113.

*Var. β. sulphurea*, sepalis sulphureis, rarissime albicantibus: P. lutea C. Bauh. — A. apiifolia Scop.?, Wulfen in Jacq. Misc. 2. t. 4. — Willd. sp. pl. II. p. 1276. — A. sulphurea L. mant. I. 78. A. vernalis γ. sp. I et II. Codex no. 4001. — DC. Syst. I. p. 194. var. γ. ε. ζ. — (in Tyroli, in Carinthia, e. g. in alpe Ortazha, in Helvetia centrali et australi, in Pyrenaeis).

*Icones*: Jacq. austr. t. 85. — Sturm D. F. h. 51. — Loddiges Bot. Cab. t. 1617. — Sims Bot. Mag. t. 2007. (major semiplena). — Rchb. ic. fl. germ. t. 51. f. 1. 2. 3. —

*Herbaria*: Cent. sil. VI. — A. baldensis Sieb. herb. austr. no. 176. — A. lutea DC. Sieb. herb. austr. no. 179. — Puls. alba Lobel. Rchb. Cent. exs. 1776. — P. grandiflora Rchb. Cent. 1586. — P. lutea Rchb. Cent. 1777. —

*Descr.* Sane egregia Illustr. Kochii in D. Fl. IV. p. 108—110, qui praeterea laudat eas Jacquini, Gaudinii, Wimmeri et Grabowskii. — Rchb. D. Fl. p. 111—113.

*Distributio geographica.* Europaea, inter 52° et 42° lat., et 16—44° long. — *Germania*, (*Hercyniae* in Bructero, 3500 ped., Cordus! Thalius! Haller! et in minus elevato loco: Hirschhörner, Hampe! ex herb. Lucaeano! — in *Sudetis* frequens ad 4000 ped. alt., Wimmer! — *Hockschar*? in montibus Silesio-Moravicis „*Gesenke*" dictis, de Mückusch! — *Babia Gora*, Wimmer! — in *Carpatis* a termino Fagi usque supra terminum Mughi, „Leiten" et „Stoesschen" Kesmarkensium, „Teufels Hochzeit" Lipto-

wiae; nec non ascendit in juga valde elevata e. g. in Kahlbacher Grat infra cacumen Lomnitzense, 6600 pedum supra mare elevatione, Wahlbg.! — per alpes *Austriae inferioris*, *Styriae*, *Carinthiae*, *Salisburgi* et *Carnioliae*; per *totum* alpium tractum Tyrolis alt. 3500 — 6500′ supra mare, Heufler! in litt.) — *Dalmatia*? Petter! *Banatus*, Rochel! — *Transsylvaniae* in alpibus, Baumgarten! — *Italia*, (in ditione *Florae Veronensis* et *Pedemontanae*, Pollini! — in montibus *Penninis* et *Abruzzis* alt. 900—1000 hexap., *deest* in *Aetna* monte, Tenore! — in *Corsica* insula in monte Rotondo d'Oro, 6000 — 7000 ped. supra mare, de Salis-Marschlins!) — *Helvetia*, (per omnes alpes 4500 — 6000 ped. alt., *var. β. sulphurea* a 5000 — 7000 ped.*) non nisi in montibus vetustissimae formationis, Hegetschweiler!) — *Gallia*, in *Jurasso*, DC. — in *Alsatiae Vogesis* 3400—4400 ped. alt. teste Kirschleger! — in *Cebennis* et *Arveniae montibus*, DC.!) — per *Pyrenaeos* (DC.! Bentham!) in *Hispaniam*, e. g. monte Soba circa Sallentum *Arragoniae*, 42° 40′ lat., teste Römer! script. de pl. hisp. p. 23. —

America, in declivitatibus orientalibus *alpium saxosarum* (Rocky mountains) inter 52° et 55° lat., Hooker! — *Kotzebue's Sund*, Capt. Beechey! (66½ lat., 216° long.) — *Sinus St. Laurentii*, Dr. Mertens! 18. Jul. 1828. (66° lat., 210° long.) e Linnaea 1830. p. 67. —

*Termini boreales*: in *Europa* circiter 52° lat. in Bructero Hercyniae; in *America*: 55° lat. Hooker! — Kotzebue's Sund et Sin. St. Laurentii, 66—67° lat.

*) ?! — in Tyroli legi A. alpinae var. sulphuream in pascuis valde humilibus supra Sterzing *ad pedem* montis Jauffen. —

*Termini australes*: in *Europa* circiter 42° lat. Monte Soba Arragoniae; Corsica; montes Abruzzi; in America: 52° lat. Hooker! —

*Termini orientales*: in *Europa* 44° long.? — Transsylvania. —

*Termini occidentales*: in *Europa* 16° long.? — Pyrenaei. —

*Observ. I.* Species valde variabilis, quam in diversas inter se species divellendam esse vix credo. — Multa in herbariis, haud pauca in Sudetis et alpibus Tyrolensibus observavi specimina. Statura plantae, pilorum rarior vel densior vestitus, sepalorum denique numerus, forma, collocatio, directio certissime characteres satis stabiles non praebent. — Recentem vero nuperrime clariss. Rchb. in D. Fl. p. 112. protulit notam, quum *A. alpinae* folia recte explanata, *A. Burserianae* contra folia apice reflexa tribuat, characterem luculentiorem, quam qui botanicorum in alpibus peregrinantium observationes futuras fugiat vel deludat. — DC., qui in Systemate Vegetabilium sex, in Prodromo septem singulas enumerat varietates, quarum fere nulla mera varietas vocari potest, insequentes hasce insuper memorat modificationes: 1° floris magnitudine nunc A. coronariae nunc rarius A. nemorosae aequali (huc var. *minima Tsch.*); 2° floris colore nunc albo, nunc albo foris purpurascente, nunc ochroleuco, flavido et flavo foris pallidiore; 3° sepalis ellipticis, rarius ovatis (etiam spathulatis, hujuscemodi specimina in Hercynia legit Beyrich); 4° foliis nunc glabratis, nunc parce pilosis, nunc pilis sericeis longis confertis onustis (pilis brevissimis, ad lacum minorem in Sudetis, Wimmer!) 5° foliis ante florem, cum eo, aut rarius post eum (in alpibus summis) nascentibus; 6° statura nunc bipedali, saepius pedali, et ad alpium cacumina vix digitali (huc referenda A. sessiliflora Tausch pedunculo rudimentari tabescente); flore simplici,

duplici aut pleno, petalis accessoriis linearibus planis acutis apice ciliatis (staminibus et *pistillis* in sepala mutatis, in alpe *Fuscher Tauern* cf. Fl. 1835. p. 512.); sepalis novem regularibus, et decimo aliis duplo longiore ad pedicelli basin cum foliis involucralibus sito, et ideo analogiam tegumenti vere calycini cum involucro indicante (sepalum inter folia involucralia annatum, cf. Fl. 1825. p. 512. et 1831. p. 9.); caeterum, Candollio bene monente Pulsatillas et Anemones auctorum evidenter conjungens.

*Observ. II.* Secundum observationes cl. Zahlbruckneri et C. Steinii *P. alba* Rchb. gaudet substramine soli *calcareo*, secundum clariss. Unger *mixto*, secundum clariss. Sauter non nisi in *primordialibus* alpium tractibus crescit; *P. grandiflora*m vel *Burserianam* clarissimi Zahlbruckner et Steinius tractibus *primordialibus*, clarissimi Unger et Sauter *calcareis* vindicant. —

*Floret* Majo, Junio, Julio (pro loci elevatione); — favente tempestate serius iterum Septembri, Octobri. — 4.

### Sectio III. *PULSATILLOIDES DC.*

Syst. I. p. 195. — Prodr. I. p. 18. — Endl. Gen. p. 845. Enchir. p. 434. no. 4773. *b. γ.* (Asteranemia Rchb. Consp. p. 191. no. 4944. *b.*)

*Calyx* corollinus 5 — 20 *sepalus. Gynophorum conicum. Carpidia* stylo *aequilongo inflexo* instructa, *hirsutissima, basi attenuata. Folia involucralia bina ternave amplo vaginantia, apice* plus minusve *incisa.* — *Pedunculi* nunc *solitarii*, nunc *bini, terni, quaterni*, haud raro *iterum ramosi.* — *Folia basilaria* varie composita segmentis *articulatis*, palmatave. — (Omnes capenses; habitu sublignoso.)

### 16. ANEMONE CAPENSIS *Lam.*

A. caule basi folioso sublignoso, foliis radicalibus ternatis vel 2 — 3-jugo-pinnatis rigidis glabratis, segmentis inferioribus longe petiolatis ternatis vel bijugo-pinnatis, superioribus brevissime petiolatis vel sessilibus ternatis trifidisve, omnibus articulatis, laciniis latius vel tenuius cuneiformibus acuminatis inciso-dentatis, involucralibus binis vel rarius ternis vaginantibus, floribus ex involucro nunc solitariis nunc binis, (altero iterum ad medium pedunculum involucellato) erectis magnis, sepalis numerosis lanceolatis ovatisve.

*Atragene capensis* L. sp. 764. Codex no. 4026: „foliis ternatis, foliolis incisis dentatis, petalis exterioribus quinis." Thunb. fl. Cap. ed. Schult. p. 440: „foliis triternatis, foliolis incisis, dentatis." —

*Clematis capensis* Poiret dict. suppl. II. 296. —

*Anemone capensis* Lam. dict. I. p. 164. — DC. Syst. I. p. 195. — DC. Prodr. I. p. 18: „A. foliis biternatim sectis rigidis glabratis, segmentis cuneiformibus apice dentatis." —

*Pulsatilla africana* Spreng. Syst. II. p. 664, *nec Herm.*: „P. involucro flori proximo, foliis ternatis rigidis glabris, foliolis ovato-acuminatis inciso-dentatis basi cuneatis, sepalis numerosis." — Ecklon et Zeyh. Enum. pl. Afr. fasc. I. p. 1.

*Anemone arborea hort.*

*Icones*: Andr. bot. Rep. t. 9. — Sims. Bot. Mag. t. 716.

*Descr.* DC. Syst. I. p. 195.

*Hab.* ad *Caput Bonae Spei* in hiatu rupis ad verticem montis „Tafelberg" et in latere orientali montium „Duywels- et Tafelberg" alt. III. Thunberg! Ecklon! —

*Floret* Sept., Oct., Ecklon! — Octobri — Martio, DC.! — ♃.

*Observ. I.* Hujus valde variabilis speciei vidi in herbario Kunzeano egregiam formam foliis omnibus ternatis,

foliolis articulato-petiolatis ambitu subrotundis bi-trifidis dentatis, quam foliorum figura atque compositione tam discrepantem formam propriam exhibere speciem crediderim, nisi in aliis speciminibus folia ternata cum foliis pinnatis mixta obvia fuissent. — Caeterum, ut e diagnosibus apparet, ad hanc formam ternatam synonyma referenda sunt Linnaeana et Sprengeliana; Candollius plantam foliis biternatis, Thunbergius triternatis describit. —

### 17. ANEMONE TENUIFOLIA DC.

A. caule basi ramoso sublignoso, foliis radicalibus trijugo-pinnatis rigidis glabratis, segmentis inferioribus longe petiolatis ternatis vel bijugo-pinnatis, superioribus brevissime petiolatis vel sessilibus trifidis, omnibus articulatis, laciniis lineari-subulatis acutis incisis, involucralibus binis (ternis Spr.! DC.!) vaginantibus, pedunculis ex involucro binis, ternis, quaternis praeter primarium involucellatis, pedicellis ex involucellis solitariis vel binis, carpidiis oblongis hirsutissimis stylo paulo breviore uncinato apice glabro instructis. —

*Atragene tenuifolia L. fil.* suppl. 270: „A. foliis duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integris." — Thunb. fl. Cap. ed. Schultes p. 440: „A. foliis duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus." —

*Clematis tenuifolia Poiret* suppl. II. 298.

*Anemone tenuifolia DC.* Syst. I. p. 196. — DC. Prodr. I. p. 18: „A. foliis triternatim sectis glabris, segmentis pinnati-partitis, lobis lineari-filiformibus acutis integris." —

*Pulsatilla tenuifolia Spr.* Syst. II. p. 664: „involucro 3phyllo bifloro, foliolis oblongis incisis villosis, foliis radicalibus triternatis rigidis glabris, foliolis multipartitis, laciniis lineari-filiformibus, sepalis 7 — 9 oblongis obtusis." — Ecklon et Zeyh. Enum. pl. Afr. fasc. I. p. 2. —

*Hab.* ad *Caput Bonae Spei* in montibus prope Winterhoek in Rode sand sive het Land van Waweren, Thunberg! — in summis verticibus montium prope „Zwellendam, Gnadenthal", tum secundum fluvium „Rivier zonder Einde" alt. III. IV. (Zwellendam). Ecklon! —

*Floret* Sept., Octobri. — 2.

*Observatio.* Planta, quam flore dimidio minore, foliis magis compositis, laciniis angustis linearibus ab *A. capensi* differre dicunt autores, mihi e paucis tantum speciminibus Ecklonianis seminigeris innotuit; haec fuerunt magis ramosa quam *A. capensis*, quam hucusque ultra binos pedunculos gestantem haud novi; caeterum characteres essentiales inter utramque dignos qui species separent atque designent, haud reperi, et si quis in his speciebus me versatior et experientior eas velit conjungere botanicus, lubentissime annuam. —

## 18. ANEMONE ALCHEMILLAEFOLIA E. M.

A. foliis radicalibus palmatis 5 — 7 lobis, lobis ovato-obtusis inciso-serratis glabriusculis, petiolis foliorumque costis sparse sericeo-lanatis, involucralibus binis vel ternis late lanceolato-acutis superius profunde dentatis, pedunculo solitario infra florem dense lanato, sepalis numerosis lanceolato-ovatis apiculatis.

*Anemone alchemillaefolia E. Meyer* ms. ad pl. Drègeanas venales.

*Pulsatilla caffra Eckl. et Zeyh.* Enum. pl. Afr. austr. fasc. I. p. 1: „caule subterete basi praesertim villoso, foliis radicalibus palmatis longe petiolatis 6 — 8-lobis serratis utrinque glabris, nervis primariis pilosis, involucro 2partito flori approximato, villoso, laciniis multifidis, sepalis 5, pedunculo 1-floro villoso, petalis lanceolatis albo-rubescentibus." —

*Habitat* in collibus apricis graminosis (altit. IV.) apud sedes „Tyali" *Caffrorum* principis ad pedem montium „Chami et Winterberg", prope „Philippstown" (*Kafferland* et *Ceded Territory.*) fl. Octobri. — Ecklon et Zeyher! Cap, Drège! — (vidi sp. in herb. Regio Berol. et in herb. de Röm.)

Sectio IV. *ANEMONANTHEA DC.*

Syst. I. p. 196. Prodr. I. p. 18. — (*Stephanomata* Spreng. Syst. II. p. 660.) Endl. Gen. p. 845. no. 4773. b. δ.

(Huc *Oriba* Adans.)

*Calyx* corollinus 5 — 20*sepalus.* *Gynophorum* cylindricum vel hemisphaericum. *Carpidia* plerumque subrotunda stylo recto uncinatove praedita, lana densa involuta, villosa, villosiuscula, rarius glabra. *Involucrum* trifolium sessile vel petiolatum, uniflorum vel biflorum, pedunculo secundario vel ad basin vel segregatim involucellato. —

§. 1. *Carpidiis lanatis, gynophoro cylindrico:*

*a.* Radice tuberosa, foliis involucralibus sessilibus.

19. ANEMONE CORONARIA L.

A. foliis radicalibus ternato-decompositis, lobulis lanceolato-linearibus incisis mucronato-dentatis, involucralibus ternis sessilibus foliosis varie laciniatis (rarissime integris), sepalis 5—8 ovalibus obovatisve, carpidiis lanatis. —

*A. coronaria L.* sp. 760. Codex no. 4007. — DC. Syst. I. p. 196. — DC. Prodr. I. p. 18. — Poll. Fl. Veron. II. p. 222. — Spreng. Syst. II. p. 661. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 5. — Rchb. Fl. exc. p. 731. — Rchb. D. Fl. p. 109. — Moris Fl. Sard. vol. I. p. 18. —

*Anemone Oenanthe Ucria* in Roem. Arch. I. p. 69. (a. 1796.)

*var. β. pusilla*; gracilior, foliis tenuiter dissectis, flore pallide purpurascente, sepalis haud contiguis. — A. pusilla DC. Syst. I. p. 197. — De Less. ic. sel. I. t. 13. (*nec* t. 12.!) — DC. Prodr. I. p. 18. — Spreng. Syst. II. p. 661. — A. coronaria var. pusilla Spach hist. VII. p. 250. — (Habitat in insula *Cypro*, Labillardière! specimina vidit DC. in herb. Desfont.!). —

*Icones*: Lam. Illustr. t. 496. f. 1. — Flora Graeca vol. VI. t. 514. — Iconogr. Taur. vol. IV. tab. 45. ic. 5. (teste Morisio!). — Bot. Mag. 841. — Rchb. ic. fl. germ. no. 1648. — var. *β.* Deless. ic. I. t. 13. —

*Herbaria*: Sieber Herb. cret. — Coll. pl. dalm. curante Viviani no. 69. sub nomine A. stellata. — N. Bové, herbier de Mauritanie. —

*Distributio geographica.* Per maris mediterranei insulas, oras et terras adjacentes *Europae*, *Asiae* et *Africae*, inter 45° et 31° lat., et 20° et 55° long. —

Europa: *in insulis Balearicis*, Cambess.! Enum. p. 163. — *Gallia australis* in *Galloprovincia* et in agro *Monspeliensi*, DC.! — *Italia*, (prope *Nicacam*, Bellardi! — provincia *Vicetina*, Marzarius e Pollini! — *Liguria occidentalis* in olivetis vallium *d'Andora* et *di Diano*, semper sterilis, tuberibus tantum se propagans) Badarro! in Moretti Bot. ital. I. p. 8. — in *agri Romani Campagna*, de Oertzen! Isis 1818. — *Romae* Villa Pamfili Doria, Schweigger! — *Panormi Siciliae*, Dr. Helfer! Decker! — in *Sardiniae* agris sterilibus frequens, Moris! e. g. prope *Cagliari*, Müller! Un. Itin.) — *Dalmatiae* prope *Spalato* ad sepes circa Torette in Monte Marian, Petter! de Welden! — *Graecia*, Sibthorp! (prope *Nauplia*! — in *Troade* ad *Ajacis tumulum*, Clarke! ex DC.) — *Creta* prope *Caneam*, Sieber! in *Archipelago*, DC.! —

Asia: in insula *Cypro*, (var. pusilla) Desf.! — *Smyrna*, Fleischer! Unio itin. 1827. — *Aleppo*, Russell! — *Palaestina* in planitie Kâma, Sahelet el Ramle („Saron" Bibliorum sanctorum) Berggren! — *Hebron*, de Schubert! — *Port William*, Colonel Chesney Expedition to the Euphrates, a. 1836. no. 27. (e speciminibus Berol.)

Africa: in *Algeria*, (prata prope *Marabut Undlida*, Schimper! Un. itin. 1832. — sur les collines *d'Alger*, N. Bové! Febr. 1837.)

*Termini boreales*: 45° lat. prov. Vicetina; Liguria occidentalis.

*Termini australes*: 31° lat. Palaestina.

*Termini occidentales*: 20° long. Gallia australis — insulae Balearicae.

*Termini orientales*: 55° long. Aleppo. —

*Descr.* Moris Flora Sard. I. p. 19. — Rchb. D. Flora p. 109.

*Floret* a Februario ad Aprilem. ♃. —

*Observ.* Haec quoque pro indole generis formis suis minus constantior species; folia radicalia e simplicissima forma *subrotundo-triloba* per varios evolutionis gradus, simpliciter ternata, triternata et triternato-multifida equidem observavi. Major attamen perpulchri floris olim in hortis vulgatissimi varietas, ita ut in Chinensibus hortis plus quam ducentae inter se diversae varietates coli dicantur (cf. Okenii Isis 1819. p. 1089.), ut taceam quod in Reliquiis Herbarii Schoberiani ultra sexaginta exstant. Colitur etiam nomine *Anemola* in Lusitaniae, et nomine *Arèmula* in Chilensibus hortis (cf. hist. of the plants of Chile in Silliman Journal vol. XIX. p. 299 sq.); — nec tantum culta, sed etiam spontanea planta variat floribus puniceis, purpureis, coerulescentibus, violaceis, lilacinis, flavis, albescentibus, albis aut pulchre variegatis vittatisve. — Mira colorum splendore micantem

atque magna copia invenit clariss. Berggren *A. coronariam* in arvis *Saronensibus terrae sanctae*, ex hac ad „*lilium Salomonis Saronense*" conjecturam faciens. —

### 20. ANEMONE FULGENS Gay.

A. foliis radicalibus plus minusve profunde tripartitis, lobis ovato-cuneatis inciso-dentatis, involucralibus ternis sessilibus oblongo-lanceolatis integris incisisve, sepalis 8—15 oblongis apice latioribus obtusiusculis, carpidiis lanatis. —

*A. fulgens Gay* ined. e DC. Prodr. et Rchb. pl. crit.

*A. hortensis Thor.* chl. land. 238.

*A. pavonina Lois.* not. 87.

*A. pavonina β. fulgens DC.* Prodr. I. 18. — DC. et Duby Bot. Gall. I. 5.

*A. latifolia Bellard.* ms. Re in Reliq. Bellard. in Mem. acad. sc. Torin. vol. XXXIII. p. 233. (a. 1829.)

*A. hortensis Hb. Willd.* no. 10441, fol. 1. —

*Icones*: Rchb. plant. crit. III. t. 201. icon 343. (a. 1825.) — Rchb. ic. fl. germ. no. 4650. —

*Var. β. sepalis numerosis, angustioribus, acutissimis:*

*A. pavonina Lam.* dict. I. p. 166. — DC. Syst. I. p. 197. *excl.* syn. Lois. et Thor. — DC. Prodr. I. p. 18. no. 15. excl. var. *β.* — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 5. excl. var. *β.* — Spreng. Syst. II. p. 661. — Rchb. Fl. exc. germ. p. 732. — Rchb. D. Fl. p. 110. —

*A. hortensis* var. *α. acutiflora* Spach Hist. nat. des Végét. t. VII. p. 251.

*Descr.* Radix tuberosa, dentiformis vel incertae formae, brunnea, fibrosa. Folia longe petiolata tripartita, rarissime quinquepartita, subtus, uti petioli, scapi atque pedunculi, dense pilosa; lobi ovato-cuneiformes, praesertim laterales 2—3 incisi dentati, summus plerumque integer. Rarissime occurrunt folia vere ternata. Flos magnus. Sepalo-

rum color puniceus, coccineo-ruber, raro violaceus, (Dufour et Renaud!) interdum ad sepalorum basin flavescens (Bellardi!). — Varietas *β.* sepalis numerosis (flore pleno) angustioribus acutissimis, quam DC. pro speciei typo habet, prius cum A. coronaria in hortis sub nominibus A. oeil de paon, Candiote, A. de Crete vulgatissima, ex Illustr. Reichenbachii sententia, qui primus *A. fulgentem Gay.* pro planta originaria spontanea declaravit, cultura orta est. — Linnaeus nostram plantam ex synonymia retulit ad *A. hortensem*, cujus, ut optime monuit Illustr. Rchb., in omnibus partibus granditam exhibet quasi effigiem, sed in Herbario Linnaeano Candollius eam inter *A. coronariae* varietates reperit. —

*Habitat* species in *Galliae* provincia *Vasconia* (*Gascogne*) in ditione urbis *Mont de Marsan* (*Departement des Landes*) in vineis atque incultis prope *Aquas Tarbellicas* (*Dax*), Thore! Dufour! Renaud! Grateloup! — e. g. ad pagum *St. Pandalon*, Endress! Unio Itin. 1831. — in *Galloprovincia* circa *Olbias*, Ziz! Pfende! — in *Italia* prope *Nicaeam* (*Nizza*) Risso! Bellardi! — et verisimiliter in *Oriente*, DC.! — (circiter ad 44° lat. et inter 17—25° long.). —

*Floret* Martio, Aprili, Majo. — 4. —

*Observ.* De hac specie ejusque variantibus formis, nec non de ejus in medicina vi febrifuga optime disseruit clariss. *Grateloup* in Ann. gén. des Sciences phys. vol. VI. pag. 375—382. (a. 1820.) —

## 21. ANEMONE HORTENSIS L.

A. foliis radicalibus primariis cordato-suborbiculatis crenato-trilobis, secundariis profunde 3—5-partitis, partitionibus lato-ovalibus linearibusve cuneatis plus minusve incisis vel inciso-dentatis, involucralibus ternis sessilibus oblongo-lanceolatis integris subincisisve, sepalis subduodenis

(8—14) plus minusve latis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, carpidiis lanatis stylum subaequantibus.

*A. hortensis L.* sp. I. 761. Codex no. 4008. (excl. syn. ad A. fulgentem Gay spect.) — Willd. sp. II. p. 1277. — Rchb. Fl. exc. p. 732. et D. Fl. p. 110. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 106. — Koch Syn. p. 8. — Moris Fl. Sard. I. p. 19. — Hegetschw. Fl. der Schw. p. 528. no. 1564. — A. hortensis *β.* obtusiflora Spach Hist. vol. VII. p. 251. —

*A. stellata Lam.* dict. I. p. 166. — DC. Syst. I. p. 198. — DC. Prodr. I. p. 18. — Spreng. Syst. II. p. 661. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 5. —

*A. versicolor Salisb.* Prodr. 371. (a. 1796.)

*A. sibirica Herb. Willd.* no. 10,445.

*Icones*: Flora Graeca vol. VI. t. 515. — Sturm D. Fl. fasc. 46. (sepala nimis multa!) — Curt. Bot. Mag. t. 123. — Sweet Brit. Fl. Gard. t. 112. teste Spach! — Rchb. ic. fl. germ. no. 4649. —

*Herbaria*: Sieber herb. Cret., et herb. agri Rom. et Neap. fasc. IV. — Rchb. Cent. exs. fl. germ. no. 373. —

*Descript.* DC. Fl. fr. V. p. 634. — Koch D. Fl. IV. p. 106 — 107. Moris Fl. Sard. I. p. 20. — Rchb. D. Fl. p. 110. —

*Distributio geographica.* In *Europa* australiori nec non in *Asia minori*, inter 46° 30′ — 37° lat., et inter 22—47° long. — *Hispania* (?) Clusius! — *Gallia*, (in *Galloprovincia* prope *Arclatem* (Arles) et *Telonem*, DC.! Endress! U. it. 1830. — Hyères, herb. Ber.!). — *Corsica*, (*Capo Corso*, Sieber! — mirae saepe magnitudinis vulgatissima in olivetis, e. g. *Bastia*, de Salis-Marschlins!). — *Helvetia*, (*Cant. Wadt* et *Cant. Wallis*, Hegetschweiler! e. g. *Roche*, *Moutru*, Haller! *Cossonay*, DC.! ex herb. Deless. — *Lavey* et *aux Devens*, Murrith! ex

Rchb.) — *Italia*, per *totam* peninsulam, e. g. *Nicaea*, *Genua*, *Bologna*, Bellardi! Bertoloni! Pollini! — *Cajano*, *Radicofani*, *Aquapendente*, *Roma*, *Mola di Gaëta*, *Capua*, *Portici*, Herbich! — *Calabria*, Günther! — *Sicilia*, Dr. Philippi! *Sardiniae* in pascuis et arvis frequens, Moris! e. g. *Cagliari*, Müller! u. it. 1829. — *insula Elba*, herb. Rchb.!). — *Dalmatia*, e. g. *Spalato*, de Welden! — *Istria*, (*Fiume*, *Dignano*, *insula Veglia*,) Noé! — *Croatia*, Rchb.! — *insula Dia*, Sieber! — *Macedonia*, Frivaldsky! — *ad promontorium Thracicum*, Berggren! (jam Clusius habuit *A. hortensem Bizantiis*, 1580.) — *Troas*, Clarke! — *in Oriente*, Olivier! ex DC. —

(Olim fortasse in *Germania* copiosius culta*), et ex hortis aufuga, ex Clusii et Tabernaemontani temporibus vero nulli botanico sponte obvia. — „*Eam* (scilicet *A. hortensem*, ut ex synonymia et ex *icone optima* satis liquet) *quibusdam Germaniae locis secundum Rhenum inter Moguntium et Andernacum inter vepres in aprico florentem Martio conspiciebam.*" Clus. rar. pl. hist. lib. II. p. 250. — „*In Kreichsgau et Wormsergau in locis incultis apricis.*" Tabernaemontani Kreuterb. p. 72 sq. —)

*Termini borcales*: inter 46—47° lat. *Helvetia.*

— *australes*: circiter 37° lat. *Sicilia.*

— *occidentales*: circiter 22° long. *Galloprovincia.* (An Hispania?)

*Termini orientales*: circiter 47° long. *Promontorium Thracicum.*

---

*) „Colitur in hortis rusticorum aliorumque Rhenanis." Gmel. Fl. Bad. vol. II. p. 512. —

*Floret* a Februario ad Aprilem. — 2. — Flores rosei, purpurascentes, miniati, (Suter helv. I. 328.) rarius albidi, nunquam lutei. —

## 22. ANEMONE PALMATA L.

A. foliis radicalibus cordato-suborbiculatis obtuse 3 — 5-lobis (rarissime indivisis truncatis reniformibusve) crenato-dentatis, involucralibus ternis sessilibus lato-cuneatis profunde 3—5fidis, laciniis apice incisis dentatisve, scapo subbifloro, pedunculo secundario segregatim involucellato, involucello bifolio caeterum involucro aequante, sepalis 10—15 oblongis obovatisve obtusiusculis (flavis), exterioribus latioribus extus sericeo-tomentosis, carpidiis lanatis stylo recto paulo brevioribus.

*A. palmata L.* sp. 758. Codex no. 4009. — DC. Syst. I. p. 199. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 660. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 6. — Moris Fl. Sard. vol. I. p. 20. — Boissier voyage dans le midi d'Espagne vol. I. livr. II. p. 5. —

*A. malvifolia L.* sp. I. app. pag. 1197. no. 22. et Codex 4009. *b.* est *eadem.*

*A. lobata hort.* ex Steudel Nomencl.

*Icones*: Clus. hisp. 307. Hist. p. 248. ic. 2. — Barrel. ic. t. 792. (*bona*, teste Morisio!). — Tratt. ic. pl. t. 476. — Andr. bot. Rep. t. 172. — Ker. Bot. Reg. t. 200. — Maund Bot. Gard. (Jan. 1828.) no. 37. t. I. — Bot. Mag. vol. XLVI. no. 2079. (var. albida.) —

*Herbaria*: N. Bové, herbier de Mauritanie, 1837. — Collect. Un. itiner. a. 1827. 1830. 1832. —

*Descript.* Moris Fl. Sard. vol. I. p. 21. —

*Distrib. geogr.* In *terris mari mediterraneo adjacentibus* inter 43°—et 36° lat., et 8° — circiter 42°

long. — *Lusitania*, (ad *Tagum*, Clusius! — in collibus et ad aggeres *Conimbrae*, *Olyssiponae*, *Estremadurae* et *Beirae*, Brotero! Link et Hoffmannsegg! C. Hochstetter! — prope *Seixal* inter Pinum maritimam in arenosis, Holl! 1828.) *Hispania*, (prope *Madritum* et *Valentiam*, Cavanilles! in siccis regionis montanae inferioris, *Sierra de Mijas*, circa *Ronda*, in montanis prope *Anteguera*, (ex Haenseler) altit. 1000 — 3000′, Boissier!). — *Gallia*, (*Galloprovincia* prope *Olbiam*, Sibthorp! Endress! un. it. 1830. — *Toulon*, Kunze!). — *Italia*, (*Sicilia*, Gussone! — *Sardinia*, in pascuis collinis apricis calcareis *Mara Calagonis*, Moris! — in collinis prope *Sinai Sardiniae*, Müller! un. itin. 1827. — *Toscana*, herb. Kunth.?). — *Graecia*, Bory! — *Algeria*, Desfontaines! (*Algier*, in collibus prope maison carrée, W. Schimper! Un. it. 1832. — dans les prairies *d'Alger*, Bové! 1837.) —

*Termini boreales*: Galloprovincia, 43° lat.
— *australes*: Algeria, 36° lat.
— *occidentales*: Olyssipona, 8° long.
— *orientales*: Graecia, circiter 42° long.

*Floret* primo vere, DC.! — a Januario ad Martium, Moris! — Aprili, Majo, Boissier! — 4. —

*Observ. I.* Veterum synonyma apud *DC. Syst.* non satis luculenter exposita mihi videntur; praesertim in varietate *β.* DC., quam illustrissimus autor non vidit, et quae in Reliquiis herbarii *Schoberiani* uno manco specimine, in horto Patavino culto, exstat, magna est confusio. — Haud negligendum est, multos autores ipsumque Linnaeum *A. palmatae* calycem hexaphyllum tribuisse. — Forsan prima hujus plantae auctoritas, quam *Candollius* tribuit *Clusio*, *Conrado Gesnero* adjudicanda, sed jam synonymiae accurate revisendae deerat potestas.

*Observ. II.* Involucrum, secundum autores, e. g. Candollium et Morisium rarissime biflorum, equidem in sexaginta a me examinatis speciminibus ultra quadragies pedunculis geminis, altero seorsum involucellato, donatum offendi, quo in hac sectione satis memorabili charactere *A. palmata* ad *A. silvestrem* accedit. —

## 23. ANEMONE DECAPETALA L.

A. foliis radicalibus profunde trilobis tripartitisve, interdum vere ternatis, lobis rotundato-cuneatis grosse dentatis vel plus minusve incisis, involucralibus sessilibus tripartito-multifidis, laciniis linearibus acutis, scapo nunc simplici *nunc* 2—3 *floro* (ex icone Hookeriana), pedicellis segregatim conformi-involucellatis, sepalis 10 — 12 lineari-oblongis, gynophoro cylindrico, carpidiis lanatis, stylis rectis. —

*Anemone decapetala L.* Mant. I. p. 79. Codex no. 4013. — DC. Syst. I. p. 200. — DC. Prodr. I. p. 19. — Aug. de St. Hil. Fl. Bras. mer. I. p. 5. (a. 1824.) — Spreng. Syst. II. p. 661. — Hook. Bot. of Capt. Beechey's Voyage, vol. I. p. 3. (a. 1830.) —

*A. trilobata Juss.* Ann. Mus. vol. III. p. 248. t. XXI. f. 3. — (a. 1804.)

*A. macrorrhiza Domb.* Herb. (fide DC. et specim. herb. Kunth.)

*A. bicolor Pöpp.* Diar. 104. in sched. Coll. pl. Chil. I. no. 150.

*A. helleborifolia DC. var.?* (Herb. Bertero no. 46.) Un. itin. 1835. — ? —

*Icones:* Ann. du Mus. III. t. 21. f. 3. — Hook. Bot. of Capt. Beechey's Voyage vol. I. t. 1. —

*Descript. Radix* tuberosa, tubere solitario nigricante oblongo, fibroso, vix unciam longo. *Folia radicalia* hirsu-

tula, circumscriptione cordato-rotundata, profunde trifida vel tripartita, lobis subrotundo-cuneatis remote grosse dentatis incisisve. *Petioli* 1—2-rarius 3-pollicares dense pilosi. — *Scapus* nunc digiti longitudine (specimina Brasiliensia), nunc spithamaeus ad pedalem, superne praecipue hirsutus pilis erecto-patentibus, *uni-bifiorus* (sic Hookerus!). — *Involucra involucellaque* triphylla, foliolis sessilibus tripartito-multifidis basi dilatatis, segmentis linearibus, acutis, primum dense pilosis, demum glabriusculis. *Pedicellus* digitalis ad palmarem, erectus, hirsutus. *Sepala* 10—18 (ex St. Hil.) patentia, albo-coerulescentia, lineari-elliptica, extus sericea, intus glabra, lineata. *Stamina* numerosa; antherae cuspidatae. *Capitulum* ovale vel subglobosum, demum elongato-oblongum, densissime lanatum. *Carpidia* dense disposita, patentia, ovata, stylo rectiusculo ascendente piloso terminata, tota lana immersa. — (Cf. St. Hil. l. c. p. 6.)

*Habitat* in AMERICA MERIDIONALI inter circ. 10 — 37° lat. austr. — *Peruvia*, Dombey! Leubaz! — *Chile*, Née! Dombey! Cuming! (monte *Quintero Chil. bor.*, Pöppig! — prope la *Quinta*, punta de *Cortes*, Bertero! — *Valparaiso*, Bridges! — *Conception* et *Collina*, Collie!) — *Brasilia merid.*, Arduin! (ex DC.) St. Hilaire! — *Prov. Rio grande do Sul*, Sellow! — *Uruguay*, prope Monte Video, Commerson! (ex DC.) —

*Observ. I. A. decapetala L.* herbarii Berolinensis, quam in provincia Rio grande do Sul *Brasiliae* legit Sellow, differt statura valde tenera, foliis radicalibus parvulis profunde tripartitis interdum vere ternatis, foliolis ovalibus obsolete incisis subintegris, involucralibus tripartitis rarius subintegris, pedunculo solitario. — *A. bicolor Pöpp.* excellit statura grandiore, scapo bifloro, foliorum lobis paullo obtusioribus magis incisis; — *A. helleborifolia var.*? un. itin. (*nec* DC.!) flore majore purpureo-coeruleo. — Planta

Hookeriana et Selloviana fortasse proprias species exhibent, quoniam etiam in stylorum forma discrepare mihi videntur.

*Observ. II.* Haec species ex icone Hookeriana aeque jure in sectionibus *Anemonanthea DC.* et *Anemonospermos DC.* potest collocari; sed in descriptione caeterum optima scapi non nisi 1—2flori describuntur. Quum vero hic de integra sectionum Candollearum dignitate agatur, nullaque, praeter illam in *A. triternata* commemoratam, exstet rei analogia, novo atque confirmato res eget testimonio. —

*Floret* primo vere, St. Hil. — Majo, DC.! — Julio, Augusto, Pöpp! — Septembri, Bertero! — 2. —

24. ANEMONE SPHENOPHYLLA *Kz. Pöpp.*

A. foliis radicalibus profunde tripartitis, lobis ternatim multifidis cuneato-subpetiolulatis, laciniis late linearibus, involucralibus sessilibus tripartito-multifidis, laciniis linearibus acutis, scapo plerumque simplici, sepalis 10 — 12 linearioblongis, gynophoro cylindrico, carpidiis lanatis, stylis rectis.

*Anemone sphenophylla Pocpp.* Fragm. Syn. pl. Chil. Diss. p. 27. (a. 1833.)

*A. chilensis Sprcng.* ms. in Syst. veg. suppl. et in Herb.

*Herbaria*: Pöpp. Coll. pl. Chil. I. no. 151. — „In Diario deest." — A. sphenophylla Kz. —

*Habitat* in *Chile borealis* collibus graminosis ad *Concon.* (24—30° lat. austr.) — *Fl.* Aug., Sept. — Pöppig! — 2. —

*Observ.* Ab *A. decapetala L.*, specie caeterum simillima, foliis multifidis satis differt. —

25. ANEMONE CAROLINIANA *Walt.*

A. foliis radicalibus ternatis, foliolis tripartitis incisisve *petiolulatis*, lobis linearibus rarissime subcuneiformibus

acute dentatis, involucralibus ternis sessilibus subcunciformibus trifidis, lobis linearibus divaricatis plerumque integris, scapo unifloro, sepalis 10—20 oblongo-linearibus, gynophoro cylindrico, carpidiis lanatis mucronatis. —

*Anemone Caroliniana Walt.* Fl. Car. p. 157. — Ell. sk. II. p. 53. — DC. Syst. I. p. 201. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 661. — Torr. et Gray Fl. of North Am. I. p. 12. —

*A. tenella Pursh* Fl. Bor. Am. II. p. 386. — Nutt. gen. II. p. 21. —

*var. β. heterophylla*: foliis radicalibus tripartitis trilobisve aut *fere indivisis* (!), segmentis indivisis trilobisve rotundo-ovalibus crenato-serratis. *A. heterophylla Nutt.* (ex Torrey et Gray! — specimina *A. heterophyllae*, quae ad herb. Berolinense misit Hooker, ab *A. Caroliniana* non recedunt.) —

*Icon*: desideratur.

*Habitat* in *America boreali* inter 28—40° lat. et 275—300° long. — Ad flumen *Platte*, *Missuri*, e. g. *St. Louis*, James! ad castellum vetustum *Connvillbluft*, herb. Rchb.! — *Carolina borealis* et *australis*, Walter et de Schweinitz! — *Louisiana* et *Arkansas*, Torrey et Gray! — *Texas*, Drummond! — (var. β. in rupestribus civitatis *Arkansas*, Nuttall!).

*Descr.* Tota planta 4—12 pollicaris, *tenerrima*, delicatula; *radix* parva tuberosa; *folia radicalia* pauca glabrinscula, licet in segmentorum forma valde variantia, tamen omnia ternata, foliola semper (*interdum longissime*) *petiolulata*, qua nota et insuper involucri simpliciori compositione ab *A. decapetala*, quacum confundere eam volunt *Torrey* et *Gray*, satis atque optime differt. — *Scapus* unifloras; *pedunculus* elongatus, debilis, tenuiter sericeus; *flos*

bellus venustus, 1—1½ poll. in diametro; *sepala* (10—12 DC., 15—20 Torr. et Gr.) alba, interdum colore purpureo suffusa; exteriora (6—8) minus tenera extus pubescentia; interiora petaloidea linearia. — *Capitula* cylindrico-oblonga. —

*Flor. Martio*, *Aprili* (Torr. et Gray), *Majo* (DC.). — 4. —

### 26. ANEMONE BERLANDIERI n. sp.

A. foliis radicalibus ternatis, foliolis *longissime petiolulatis subrotundis* vel late cuneatis inaequaliter 2—3-partitis incisisve, lobis ovalibus incisis obsolete mucronatis obtusis, involucralibus ternis basi vaginantibus supra multipartitis, scapo unifloro, sepalis subduodenis oblongo-linearibus, carpidiis lanatis. —

*Icon*: nostra tabula sexta.

*Herb.* Coll. plant. ven. Berlandieri no. 1453.

Prope *St. Antonio de Bejar* civitatis *Texas* (circ. 30° lat.) legit Berlandier. — 4. —

*Descr.* Planta hirsutiuscula circiter sexpollicaris. *Radix* parva, tuberosa. *Folia radicalia* numerosa longe petiolata, scapum florentem aequantia vel superantia, petiolis hirsutis 3—4-, laminis 1—3-pollicaribus; foliola petiolis circiter pollicaribus insidentia, figurae in diagnosi indicatae, pilis sparsis obsita glaucescentia. *Scapus* 3—5-pollicaris, hirsutus, crassus, basi tenuior. — *Involucrum* trifoliatum basi vaginato-dilatatum, supra irregulariter multipartitum. *Pedunculus* brevis, circiter pollicaris, involucrum vix superans, dense sericeus. — *Sepala* subduodena, linearia, albo-purpurascentia, iis *A. decapetalae* et *A. caroliniana*e similia. — *Carpidia* lanata, stylo recto (?), gynophoro cylindrico insidentia. — *Fructus* maturi desiderantur. —

*Observ.* Ab *A. decapetala L.* praeter alios characteres differt foliis ternatis, foliolis petiolulatis; ab *A. Caroliniana Walt.*, planta gracillima, cui caeterum in autorum descriptionibus hucusque „foliola petiolulata" nondum erant attributa, praesertim foliorum lobis ovalibus (*nec* linearibus), involucro vaginante, scapo crasso humili villosiori, et ut brevibus dicam verbis, tota indole robustiore magis herbacea differt. —

## 27. ANEMONE TRITERNATA Vahl.

A. foliis radicalibus bi- aut triternatis, foliolis ovatis tridentatis, involucralibus ternis sessilibus multifidis, laciniis lineari-setaceis, scapo unifloro vel bifloro, pedunculo secundario segregatim involucellato, sepalis 10 — 12 oblongo-linearibus, gynophoro longissime cylindrico, carpidiis rotundis lanatis, stylis brevibus rectis (obliquis? St. Hil.). —

*Anemone triternata Vahl* Symb. III. p. 74. t. 65. — DC. Syst. I. p. 201. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 661. — Aug. St. Hil. Fl. Bras. mer. I. p. 5. —

*A. fumariaefolia Juss.* Ann. Mus. III. p. 247. t. XX. f. 2. — (a. 1804.)

*Icones*: Lam. Illustr. t. 496. f. 3. — Vahl Symb. III. t. 65. — Juss. Ann. Mus. III. t. XX. f. 2. —

*Habitat* in *Uruguay* circa *Monte-Video* ad ostium fluminis *Plata*, Commerson! — *Brasiliae* prov. *Cisplatina*, Sellow! (circ. 35° lat. austr.) *Cisplatinae prov.* in monte *Cerro Aspro* et ad urbem *Rocha*, St. Hil.! — *Peruvia*, Leubaz! —

*Descript.* Planta 4 — 16-pollicaris, gracilis; *radix* tuberosa vel napiformis, scapos complures emittens. — *Folia radicalia* tenerrima, pauca, glabra, bi- vel triternatim decomposita, lobis parvulis ovatis lincaribusve, trilobis tridentatisve crassiusculis; omnibus folii segmentis petiolulatis.

*Petioli* debilissimi. *Involucri folia* multifida, in plurimos lobos setaceos vel lineares incisos secta. *Scapus* adscendens, plus minusve elongatus, pilosiusculus, uni- vel biflorus, pedunculo secundario breviori seorsim aeque involucellato. *Sepala* 10—12 (10—18 ex St. Hil.) lineari-oblonga, alba, magnitudine specierum antecedentium. *Gynophorum* pollicare vel ultra, vix lineam latum, capitula longissima gerens. *Carpidia* rotunda, compressa (immatura?), lana densa obtecta, stylis brevibus rectis instructa. — — Foliorum figura (cultura?) aberrare videtur; vidi folia ternatim composita, foliolis pinnatim incisis, segmentis late linearibus inciso-serratis. — (cf. St. Hil. Bras. mer. I. p. 5.)

*Observ.* Hujus speciei clariss. de Schlechtendal inter plantas Sellovianas ejusmodi vidit specimina triflora, qualia commemorat Hook. ap. Beechey I. p. 3. (cf. Linnaea 1833. p. 170.)

*Floret* Octobri, (St. Hil.) Novembri, (DC.) — 4. —

28. ANEMONE FORMOSA *Clark. Spreng.*

A. foliis radicalibus crassis profundissime tripartitis subrotundis flabelliformibus subtrilobis acute dentatis, folio superiori tripartito, laciniis bis-trifidis angustis, involucro tripartito, laciniis lanceolatis, inferiore unidentato, sepalis late-ovatis majusculis.

(A. biflora *β.* trifoliata DC. Syst. I. p. 201? Spreng.)

*Spreng. Neue Entdeck.* III. p. 157—158. (a. 1822.) „Pflanzen in *Clarke's* Reisen." — Spreng. Syst. II. p. 661. no. 14. inter *A. bifloram DC.* et *A. apenninam L.*

*Patria. Asia minor.* (teste *Spreng.*)

*Observ.* Deest in *herb. Sprengeliano.* — Mihi nullibi visa. —

## 29. ANEMONE BIFLORA DC.

A. foliis radicalibus ternatim sectis, segmentis partitis in lobos lineares obtusos subincisos, involucralibus sessilibus multipartitis, pedicellis geminis, altero involucellato.

*A. biflora DC.* Syst. I. p. 201. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 661. no. 13. —

*α. bifoliata*: *involucro* involucelloque bifoliatis. *Radix* tuber oblongum superne attenuatum subtus fibrillosum; folia glabra radicalia longe petiolata trisecta, segmentis partitis in lobos subincisos lineares obtusos crassiusculos; *scapus* teres petiolorum longitudine, nempe circiter 4-pollicaris; *involucrum* bifolium foliolis sessilibus multipartitis et radicalia aemulantibus; *pedicelli* duo uniflori adpresse pubescentes, unus nudus, alter prope basin involucellum bifolium inferiori simile gerens; *flores* subcernui flavi 5-sepali; *scpala* ovali-oblonga obtusa extus pubescentia paulo majora quam in *A. ranunculoide*; *stamina* pauca in flore bi-involucrato, plurima in flore uni-involucrato; *ovaria* multa in primo, pauca in secundo.

*β. trifoliata*: *involucro* trifoliato. *Petioli* et *scapi* multo breviores; *flores* longius pedicellati ex albido subpurpurascentes; *involucrum* generale trifolium; *sepala* priori paulo magis villosa et obtusiora; *carpella* lanata ut in *A. baldensi*. — An species propria? („An ab hac satis differt *A. formosa Spreng.* Neue Entdeck.?" *DC. Prodr.*!)

*Habitat* in *Oriente*, Michaux! (*Persia*?) ♃. — *DC.* vidit specimina sicca in *herb. Deless.* —

*Observ.* Ad verbum ex DC. Syst. I. p. 201 — 202. — Mihi nullibi visa. —

*b.* Radice lignosa elongata, foliis involucralibus sessilibus:

30. ANEMONE PARVIFLORA Mchx.

A. foliis radicalibus tripartitis, lobis cuneatis incisis crenato-obtusis, involucralibus sessilibus subconformibus longioribus angustioribusque, lobis subintegris, scapo unifloro, sepalis 5—6 ovalibus, capitulis globosis, carpidiis lanatis, stylis glabris introrsum vergentibus aequilongis. —

*A. parviflora Mchx.* fl. Bor. Am. I. p. 319. (a. 1803.) — DC. Syst. I. p. 200. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spr. Syst. II. p. 661. — Richardson in Frankl. 1. Journ. ed. II. app. p. 21. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 5. — E. Meyer pl. labrad. p. 95. no. 193 et 194. — Schlechtendal in Linnaea 1831. p. 574. — Torr. et Gray Fl. of N. A. I. p. 12. —

*A. cuneifolia Juss.* Ann. du Mus. III. p. 248. t. 21. f. 1. (a. 1804.)

*A. cuneata de Schlechtendal pat.* in Herb. Willd. suppl. (ex Linnaea 1831. p. 574.)

*A. tenella Banks.*! *herb., nec* Pursh! (A. indeterminata, Banks. ms. in Reliq. Heimianis!)

*A. borealis Richards.* in Frankl. 1. Journ. ed. II. app. p. 22. — E. Meyer plant. Labrad. p. 95. no. 194. —

*A. sylvestris β. alba minor. Schrank.* (teste E. Meyer!)

*Icones*: Ann. du Mus. III. t. 21. f. 1.

*Descript.* (cf. egregiam *Richardsoni*!) Magnitudine valde variabilis; specimina minima florentia bipollicaria (praesertim *labradorica* et *novae Terrae*), maxima seminigera Hookeriana pedalia et ultra (Chamissonis maxima spithamaea); *florum* amplitudo non minus varia; (diametrum in aliis 9 lineas metientem, quindecim in aliis reperit in plantis Chamissonianis *de Schlechtendal*; mihi ipsi ante oculos

sunt flores vix quatuor linearum in diametro;) in quibus modificationibus teste Hookero omnis posita est inter *A. parvifloram Mchx.* et *A. borealem Richards.* discrepantia. — *Radix fibrosa*, sed fibrillae oriuntur e rhizomate lignoso elongato saepe repente, quare a *Candollio* male in paragrapho: „*radice tuberosa*" posita. *Folia radicalia* pauca, glabriuscula, laevia; *involucralia* tria, tripartita, lobis oblongis integris vel apice dentatis, in infera scapi parte posita, ita ut *pedunculus* appareat longissimus. *Sepala* 5—6, nunc parvula, nunc maxima, extus subsericea, alba, haud raro ad basin colore purpureo-coeruleo suffusa. Carpidiorum *capitula* globosa, densissima. *Carpidia* dense lanata, stylis subulatis glabris. —

*Distributio geographica.* *America borealis*: inter 45° lat. usque ad *mare arcticum*, 70° lat., Richardson! Drummond! — (inter *Saskatchawan* fluvium et *lacum Servorum*, Richardson! — *alpes rupestres*, Hooker! — *Canada*, Torrey! — ad amnes *Sinus Hudsonis*, Michaux! — *Labrador*, Pursh! Morison! Herzberg! Henne! — *Anticosti*, Pursh! — *Terra nova* (*New-Foundland*), Banks.! — *Sinus Kotzebuei*, Beechey! — *Unalaschka*, Adalb. von Chamisso! — *Asia borealis*: *Sinus St. Laurentii* (Chamisso!) *Kamtschatka* et *insulae Kuriles*, Dr. Merk! in herb. Willd. suppl. (a. 1788.)

*Observ. I.* Floris pleni, staminibus omnibus in phylla petaloidea introrsum decrescentia sive vera petala mutatis, involucro magis remoto, exemplum praebuit sinus St. Laurentii in terra Tschuktschorum pulcherrimum. (Schlechtendal!)

*Observ. II.* Verisimiliter quoque *Anemone* Mertensii, quam in sinu St. Laurentii die XVIII. Jul. 1828 observavit, eadem est; cf. Linnaea 1830. p. 67: „Wo ein Bächelchen

durch das Moor rieselt, sieht man jetzt auch eine kleine weissliche Anemone, die unsrer *A. nemorosa* gleicht." —

*Flor.* aestate. 2. —

c. Radice fibroso-fasciculata vel cylindrica lignosa, foliis involucralibus petiolatis:

### 31. ANEMONE BALDENSIS L.

A. radice cylindrica lignosa repente, foliis radicalibus biternatis, foliolis tripartitis cuneato-abbreviatis, laciniis inciso-dentatis, involucralibus breviter dilatato-petiolatis subconformibus tripartito-multifidis, scapo unifloro, sepalis subnovenis (6 — 10) elliptico-oblongis, capitulis ovalibus, carpidiis dense lanatis, stylis glabris subinflexis aequilongis. —

*A. baldensis L.* Mant. I. 78. Codex no. 4002. — DC. Syst. I. p. 203. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 661. — DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Poll. Fl. Ver. II. p. 223. (excl. syn. A. dubia Bell.) — Rchb. Fl. exc. p. 732. — Rchb. D. Fl. p. 111. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 110. — Koch Syn. p. 9. — Hegetschw. Fl. der Schw. p. 530. — Hooker Fl. Bor. Am. I. p. 5. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. I. p. 12. —

*A. alpina Scop.* Carn. ed. II. p. 384. no. 662. et t. 26. (mala!). —

*A. fragifera* Wulf. in Jacq. Misc. II. p. 155.

*A. uralensis DC.* sec. Hooker (ubi?) teste Steudel Nomencl.! — (?!)

*Icones*: All. Ped. t. 44. f. 3. t. 67. f. 2. — Scop. Carn. t. 26. — Vill. Dauph. III. t. 49. — Jacq. ic. rar. t. 103. — Sturm D. Fl. h. 14. (bona!) — Rchb. ic. fl. germ. t. 50. no. 4652. (bona!). —

*Herbaria*: Rchb. Cent. exs. no. 1091.

*Descript.* D. Fl. ed. Koch. IV. p. 111. (optima!) — Rchb. D. Fl. p. 111. —

*Distributio geographica.* Per *Europam mediam* in lapidosis glareosisque alpium editissimarum a 47° lat., ad 44° lat., et 22° long. ad 44° long., et in *America boreali* in aridis cacuminum orientalium *alpium rupestrium* (Rocky Mountains) inter 52° et 55° lat., Drummond! (ex Hooker et Torrey!). —

(*Gallia*, (alpes *Delphinatus* et *Galloprovinciae*, DC.! in *Jurasso*, herb. Luc.!) — *Italia*, (*Sabaudia*, *Pedemontium*, *Lombardia*, Pollini!). — *Helvetia*, (*Vallisia*, *Graubündten*, Hegetschweiler! — *Cant. Freyburg*, Trachsel! Fl. 1828. p. 479.) — *Tyrolis*, (inter 5000 — 6000 ped. alt.; — *deest* in alpium *boreali* tractu, et in *centralis latere boreali*, nec non in *Vorarlberg*, Heufler! in litt.). — *Carinthia*, *Carniolia*, testibus plurimis! — *Styria*, Vest! Schultes! — *Transsylvania*, Baumg.!)

*Europae termini borcales*: 47° 10′ lat. *Gross Glockner*; *Styria*? —

*Europae termini australes*: 44° lat. *Galloprovincia*; *Italiae montes Pennini.* —

*Europae termini occidentales*: 22° long. *Gallia.* —

*Europae termini orientales*: 44° long. *Transsylvania.* —

*Observ. I.* *Folia* glabra, rarissime pilosa; in planta americana minus stricte coaetanea, quam in nostra. *Sepala* extus sericea, forma variantia, alba, plus minusve colore purpureo-coeruleo suffusa (*A. baldensis* var. *subcoerulea* Hook.) — *Capitula* fere fragariae habitum referunt. — Quandam *A. baldensis* cum *P. alba Rchb.* habet similitudinem, inprimis in foliorum compositione, ita ut jam *Sieberus*

*A. alpinam* pro *A. baldensi* habuerit, atque in *Herb. fl. austr. no.* 176. promulgaverit, de quo errore *Hoppius* „*Ohe*!" suum exclamavit in Fl. 1822. p. 650. — Nihilominus nuperrime (Fl. 1841. Apr. p. 243.) iterum clariss. *de Welden* hujus speciei cum *A. Burseriana Scop.* (sectionis Preonanthus!!) et cum *A. apennina L.* (cui est radix tuberosa!!) „*affinitatem conjunctissimam sororiam, formasque inter eas transitorias*" observasse contendit. Quid hoc sibi velit, equidem haud intelligo. —

*Observ. II. Anemonem baldensem* in alpibus *Anemones silvestris* vices gerere quidam putant botanici. —

*Flor.* Julio, Augusto. — 2. —

## 32. ANEMONE SILVESTRIS L.

A. radice fibroso-fasciculata, foliis radicalibus palmatim 3—5-partitis, partitionibus subrhombeis inaequaliter inciso-serratis, involucralibus ternis (ex abortu pedunculi secundarii quaternis quinisve) petiolatis conformibus, scapo subbifloro, pedunculo secundario segregatim involucellato (rarissime nudo, involucello ad basin residuo), sepalis 5 — 6 obovato-ellipticis integris emarginatisve extus sericeis, gynophoro cylindrico, carpidiis basi valde attenuatis lanatis, stylo horizontali brevissimo glabro.

*A. silvestris L.* sp. 761. Cod. no. 4011. — DC. Syst. I. p. 207. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 662. — DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Ledeb. Fl. alt. II. p. 364. — Rchb. Fl. exc. p. 732. — D. Fl. ed. Koch IV. p. 111. — Koch Syn. p. 9. — Hartm. Skand. Fl. p. 129. — Fleischer, Est-, Liv- u. Kurland p. 197. —

*A. alba Juss.* Ann. Mus. III. p. 248. t. 20. f. 1. (a. 1804.)

*A. hirsuta Gilib., nec* Moench, e Steud. Nomencl.

*A. pratensis Pall.* autogr. in herb. Willd. no. 10447. *var. β. A. ochotensis Fisch.* Cat. hort. Gorenk. no. 47. (a. 1808 teste Trautvetter, 1812 teste Besser), in hortis botanicis satis vulgata, differt: statura humiliori, omnibus partibus tenerioribus glabriusculis vel omnino glabris, in sicco glaucescentibus, flore plerumque solitario 5-sepalo, foliis tripartitis minus incisis obtusioribus, involucri foliolis interdum integris, et (teste Ledebour) praesertim radice longe lateque repente. — Habitat in *Sibiria*, verisimiliter in *Dahuria* regionibusque *Baicalensibus*; in regionibus *altaicis* deest, Ledebour! — Cum hac exactissime congruit: „*A. silvestris* germanica statura minor" Pallas autogr. in herb. Willd. 10447, fol. 7. —

*Icones*: Bull. t. 59. — Schkuhr Hdb. t. 150. (fila plumoso-barbata receptaculi, ut optime monuit illustr. *Ledebour*, sunt carpidia immatura abortivave). — Curt. Bot. Mag. t. 54. — Rchb. ic. germ. t. 50. no. 4651. (optima!). — Ann. Mus. III. t. 20. f. 1. (A. alba Juss.) — Curt. Bot. Mag. t. 2167. (v. *β.*) (a. 1820.) mala! —

*Herbaria*: *Ruthe* Pfl. der Mittelm. dec. IV. —

*Descriptio*: Koch D. Fl. IV. p. 111—112. — Rchb. D. Fl. p. 110. — Fl. alt. II. 364. —

*Distributio geographica.* Per maximam partem *Europae* et *Sibiriae*, nec non in *Caucaso*; inter 58° — circ. 42° lat., et circ. 18°—140° long. —

Europa: *Suecia*, (*Oelandiae* prope Husvalla, Whlb.! *Gotlandiae* Faröen, Myrin!). — *Germania*, (in nonnullis planitiei atque in omnibus alpinis regionibus prorsus deest, e. g. in *Styria*, Maly! in *Tyroli*, de Heufler!). — *Italia*? („*Allionio* semel occurrit in montibus *Pedemontii* supra *Coasse*"). — *Helvetia*? (*Mulhusia*, *Basilea*,

Wegelin! *Bex*, Albers! ex Hegetschweiler dubia!). — *Gallia*, (in *Alsatia*, (4000 ped. alt.!!! teste Kirschleger!) *Lotharingia*, *Arvernia*, agro *Laudunensi* et *Parisiensi*, DC.!) — *Hispania*? (in monte *Soba* prope *Sallentum Arragoniae*, Röm.! scr. hisp. p. 23.) — *Hungaria*, Sadler! Endlicher! Rochel! — *Galicia*, Besser! — *Transsylvania*, Baumgarten! — *Moldavia*, Czihak! — *Rumelia*, in montibus *Balcani*, Frivaldsky! — *Rossia*, (Bessarabia, Ledebour! *Podolia*, *Volhynia*, *Lithuania*, Besser! *Ucrania* MB.! *Crimea*, Clarke! *Pultawa*, Gonitzer! *Saratow*, Albers! — *Livonia*, Ledebour! Fleischer! —

Asia: in *omni Sibiria*, Gmelin! — ad *Obi* ripas circa *Barnaoul*, (53° lat., 84° long.) Patrin! — in *Flora altaica*, *baicalensi* et *dahurica*, Ledebour! — ad *Lenam*, *Salengam* et *Scutelek*, Pallas! — in *Caucaso*, M. Bieb.! — in monte *Beschtau Caucasi*, alt. 200—300 hexap., C. A. Meyer! Verz. p. 203. —

*Termini borcales*: 58° lat. *Gotlandia* (59°? *Livonia*!) —

*Termini orientales*: circ. 140° long. *Regiones transbaicalenses* et *Dahuria*. —

*Termini australi-occidentales*: 42 2/3° lat. et 18° long. *Hispania*; — *australes*: 41—45° (?): *Caucasus*. —

*Observ.* Stylus haud uncinatus. — Variat foliorum sectione (cf. Ledeb.) et vestitu, (glabra aut hirsuta, nitentia et non nitentia, Gmelin!) atque sepalorum colore plerumque lacteo, rarius dilute roseo (Ledeb.), saturate purpureo (Gmel. et herb. Rchb.), luteo (Herb. Willd. 10, 447. fol. 5.) et variegato-viridi (in floribus, quorum stamina monstrose excreverunt in sepala perangusta spathulaeformia, Gmel. Sib. IV. 197.). — Quinarius sepalorum numerus tam in Germania

quam in Sibiria frequentior, rarior senarius; flores 6—9-sepalos, quales habet in diagnosi clariss. Wimmer, nondum vidi. — Specimina ex ariditate loci minora exhibent *A. silvestrem albam minorem C. Bauh.*, *A. silvestrem β. DC.* Syst. et Prodr. (agri Herbipolitani), *var. minorem* Poll., Bess., Klett et Rchtr., *pusillam* Roch., *A. albam Sternb.* Fl. 1828 Beibl. p. 115, et sine ullo dubio *A. albam Juss.**) Ann. Mus. vol. III. (a. 1804.) p. 249. t. 20. f. 1: „*caule simplici subunifloro, foliis 5-partitis, lobis apice sinuato-dentatis, involucro 3-phyllo conformi*" (DC. Syst. I. p. 208. no. 32. Prodr. I. p. 20. no. 36.), quam illustr. Jussieu condidit ex speciminibus Patrinianis, in *Dahuria* circa *Tchita* lectis. —

*Flor.* Majo, Junio. ♃. —

§. II. *Carpidiis villosis glabrisve, gynophoro hemisphaerico:*

*a.* Radice tuberosa.

33. ANEMONE APENNINA L.

A. radice tuberosa, foliis radicalibus hirsutiusculis ternatis, foliolis petiolatis tripartitis, segmentis oblongis inciso-dentatis acutis, involucralibus petiolatis ternatis inciso-dentatis, scapo unifloro, sepalis 12—18 (plerumque 14) oblongis obtusis (coeruleis), carpidiis . . . .

*β. parvula DC. Prodr.*, differt habitu *gracillimo, foliolis sessilibus glabris ovatis parce incisis*, (foliis involucralibus fere sessilibus DC.), *sepalis* 6—9 *parvulis angustis hyalino-coeruleis.* — Ex mea sententia haec valde

*) „Peut-être une varieté *d'A. silvestris*, distinct par quelques légères nuances dans ses formes, p. e. 5 pétales plus arrondis." Jussieu! — —

insignis varietas, quae in *Georgia* et *Iberia* habitat, et, teste DC., a clarissimo *Clarke* ad ripas *Simoïs* lecta est, propriam exhibet speciem, quod carpidiorum docebit comparatio, quae in speciminibus *Hohenackerianis* et *Besserianis* desiderantur.

*A. apennina L.* sp. 762. Codex no. 4019. — MB. Taur. Cauc. II. p. 19. — Poll. Fl. Ver. II. p. 225. — DC. Syst. II. p. 202. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 661. — DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Sm. Engl. Fl. III. p. 36. — Hook. Brit. Fl. I. p. 264. — Rchb. Fl. exc. p. 731. et D. Fl. p. 18. — Mackay Fl. hibern. p. 6. (a. 1836.). —

*A. caucasica Willd. herb.* 10,457: „foliis ternis 3 — 5-partitis trifidis, laciniis apice dentatis." Willd. mss.

*A. pyrenaica Pall.* mss. in herb. Willd. 10,456. —

*A. coerulea Lam.*? (teste Steudel Nomencl.!)

*Icones*: Engl. Bot. t. 1062. — Curt. Lond. VI. t. 35. — Jaum. et St. Hil. Fl. fr. t. 38. a. — Rchb. ic. fl. germ. t. 47. no. 4645. —

*Herbaria*: Sieber pl. agr. Rom. et Neap. fasc. IV. — Hohenacker pl. un. itin. 1838. (var. *β.*) —

*Distributio geographica.* Per *Europam australem* (et *occidentalem*?) et *Asiam caucasicam*, in umbrosis submontanis. — *Anglia* atque *Hibernia*, (rarissima et probabiliter non indigena, sed potius antiquae atque diutinae culturae in vicinitate vastorum hortorum hinc inde superstes, Hooker! Watson! Mackay!). — *Belgia*? (prope *Bruxellas*, herb. Juss. ex DC.! — prope *Utrecht*, Bergsma et Nijhoff, ex Rchb. fl. exc.! — *Belgia*, Martens! in herb. Rchb.). — *Gallia*? (*Galloprovincia*? Loiseleur!) — *Corsica*, (abunde supra *Quenza* in ascensu montis *Coscione*, de Salis-Marschlins!). — *Italia*, (in valle

*degli ossi* montis *Baldi*, Pona! mihi in loco indicato diligentissime indaganti haud obvia! a montibus *Penninis* per *agrum Romanum* et *Neapolitanum* (*Viterbo*, *Roma*, *Capua*, *Neapoli*) usque in *Calabriam*, Tenore! Savi! Herbich! — *deest* in *Sardinia*, Moris!). — *Dalmatia*, Visiani! — *Montenegro*, *Friedericus Augustus*, Saxoniae Ser. Rex! — *Macedonia*, Frivaldsky! — in *Peloponnesi* montibus, Sibthorp! — ad ripas *Simoïs*, Clarke! — in *toto Caucaso*, (*Georgia*, Hohenacker! — in monte *Tauro*, Th. Kotschy! — *Iberia*, MB.! Steven! Besser! — in *tractu Bortschalo*, C. Koch Jenensis!). —

*Observ.* *Radix* tuberosa, rotunda, nigra, avellanae magnitudine. *Folia* non apte *triternata* nuncupantur. *Scapus* infra involucrum glabriusculus. *Sepala*, magnitudine et numero variantia, obtusa („acutaque" Rchb. fl. exc.), pulcherrime coerulea, interdum juxta *Tournefortium* alba. *Carpidia* nondum observavi. —

*A. caucasica Willd. herb.*, specimen unum satis bonum, quod *A. apenninae* nomine *Willdenowio* e *Caucaso* misit *Adams*, ut optime jam monuit DC., non differt.

*Floret* Martio, Aprili, Majo. — 2. —

### 34. ANEMONE CRASSIFOLIA *Hook.*

A. radice *subtuberosa* fibris crassiusculis, foliis radicalibus *cordatis coriacco-carnosis* trifidis, lobis incisis subtrifidis supra pilosiusculis subtus glabris, involucralibus *binis* trifido-incisis (*sessilibus*), scapo simplici adpresso-piloso superne dense sericeo, sepalis 6 ovalibus (albis), carpidiis ovatis *longe rostratis glabris* apice uncinatis. —

*Anemone crassifolia Hook.* Icon. plant. vol. III. tab. 257. (a. 1840.)

*Hab.* frequenter in cacuminibus montium, qui „*Black Bluff*" dicuntur, in *Van Diemensland*, altit. 4000—4500

ped. supra mare, prope vallem *Belvoir*. — Febr. 1837. — *Ronald Gunn Esq.*! (no. 775.) et Dr. Milligan! —

*Observ. Folia radicalia* ex icone breviter petiolata, parva, pauca; *altitudo* plantae depictae circiter 6 — 8-pollicaris; *carpidia* gynophoro plane hemisphaerico insidere videntur. Species haec distinctissima, unica hucusque in *Polynesia* nota, in paucis tantum exstat speciminibus *Milliganianis*, in collectione *Gunniana* casu quodam prorsus deficiens.

*b.* Rhizomate cylindrico repente, rarissime fasciculato.

*a. Pedunculis stricte solitariis.*

35. ANEMONE SIBIRICA L.

A. foliis ternatim sectis, segmentis inciso-dentatis ciliatis, involucralibus breviter petiolatis trisectis conformibus, sepalis sex orbiculatis. (DC.!)

*A. sibirica L. sp. II.* 763. Codex no. 4010. — DC. Syst. I. p. 214. — DC. Prodr. I. p. 22. — Spreng. Syst. II. p. 662: „A. foliis radicalibus ternatis, foliolis palmatis incisis ciliatis, involucro tripartito, laciniis lanceolatis, sepalis 6 subrotundis, germinibus *glabris*." —

*Habitat* in *Sibiria*, a *Jenisea* in *transbaicalenses* regiones usque. *Gmelin*! 4. — (DC. vidit sp. in herb. *Linn.* et *De Less.*) —

*Descriptio Candolleana.* „*Planta* semipalmaris; *foliorum lobi* lineares, conferti, obtusi, margine integri hirsuti; *petioli* hirti; *scapus* uniflorus pilosus basi glaber; *involucrum* tripartitum lobatum, laciniis lanceolatis; *sepala* 6 patentia orbicularia in sicco fulva, staminibus quadruplo longiora; *ovaria glabra*! hoc charactere ad *Homalocarpos* accedit, sed *fructus maturus desideratur*. An potius *A. albae* affinis?" —

*Observ.* Planta mihi nullibi visa et prorsus ignota, *deest* in herb. Sprengeliano, et specimen Friedlandianum, quod hoc nomine inscriptum in *Herb. Willd. no.* 10,445. asservatur, nihil aliud est, quam *A. hortensis L.* — Quum etiam a recentioribus rerum botanicarum Sibiricarum scriptoribus non sit laudata species, haud absque re autorum origines hic ad calcem apponere duxi.

---

„*A. caule unifloro, involucro folioso, obtuso.*" Gmel. sib. IV. p. 199 — 200. *no.* 41. —

---

„*A. caule unifloro, involucro folioso, obtuso.* Sp. I. p. 541. Sp. II. p. 763. Syst. X. p. 1084. XII. 375. no. 18. — Habitat in Sibiria, D. Gmelin. 4. — „Folia radicalia digitata, multifida, marginibus praesertim hirsuta: petiolis pilosis, basi vaginantibus. Scapus nudus pilosus. Involucrum sub flore tripartitum, lobatum: laciniis lanceolatis. Flos patens: petalis 6, subrotundis, fulvis. Stamina flava. Pistillorum capitula subrotunda, muricata." (sp. I. II.) — „Folia suborbiculata, ternata: foliola inciso-palmata, ciliata, petiolis hirtis." (syst. XII. XIII.)" — *Codex Linn. no.* 4010.

## 36. ANEMONE DELTOIDEA *Hook.*

A. foliis radicalibus ternatis, foliolis rhomboideis (deltoideo-ovatis, Gray!) integris trifidisve inciso-serratis acutis, involucralibus sessilibus foliolis radicalibus conformibus, sepalis 5 — 6 obovato-obtusis, carpidiis ovatis, stylo breviusculo acuminatis, basi lanatis.

*Anemone deltoidea Hook.* Fl. Bor. Am. vol. I. p. 6. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. vol. I. p. 13. —

*Icon*: Hook. l. c. tab. III. fig. A. —

*Hab.* in sylvis densis umbrosis ad oras *Columbiae*, Douglas! Scouler! („*Oregon River*, near the sea, Scouler! Nuttall!" apud Torr. et Gray!). — 4. —

*Descriptio. Planta* 10—12-pollicaris, parce hirsuta. *Rhizoma* filiforme. *Folia radicalia* longe petiolata, ternata, foliolis late-ovatis subdeltoideis, integris trifidisque. *Scapus* erectus, gracilis, 8—10-pollicaris, parce pilosus, supra medium involucratus. *Involucrum* e foliis tribus sesqui-binncialibus, rhomboideis, acutis vel acuminatis, subtus margineque subpilosis, sessilibus, indivisis subtrifidisve basi integerrimis vel inciso-serratis. *Flos* solitarius, longe pedunculatus, majusculus, magnitudine *A. pensylvanicae*. *Sepala* alba, ovalia vel obovata, obtuse patentia, glabriuscula. *Stamina* numerosa, sepalis multo breviora. — Habitus *A. nemorosae*, sed ex involucro ab hac et ab omnibus aliis speciebus prorsus differt. (Hooker!) —

*Obserr.* Planta mihi nondum visa, et utrum ad hanc turbam, an ad praecedentem „carpidiis lanatis" spectet, dubia. — Ipse illustrissimus *Hooker* nonnisi folia hujus speciei vidit, postquam aeri jam incisa fuit secundum specimina Scouleriana. —

### 37. ANEMONE RICHARDSONI *Hook.*

A. rhizomate *filiformi*, foliis radicalibus *palmato-reniformibus* 3—5-partitis, lobis latissimis subincisis acute dentatis, involucralibus *sessilibus* rotundato-cuneatis trifidis dentatisque, scapo *unifloro*, sepalis 6 ovali-patentibus, carpidiis compressis *glabris*, *stylis longis deflexis uncinatis*.

*A. Richardsoni Hook.* in Frankl. I. Journ. ed. II. app. p. 21. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 6. — de Schlechtendal in Linnaea 1831. p. 575. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. I. p. 13. —

*A. ranunculoides, var.? Richards.* in Frankl. I. Journ. ed. I. app. p. 740. —

*A. arctica Fisch. ms.* (teste Hookero, qui specimina Fischeriana comparavit).

*A. Vahlii Hornem.* ök. dän. Fl. vol. II. p. 198. suppl. (a. 1835.); (pro conjectura ex icone facta!) —

*Icones*: Hook. Fl. Bor. Am. vol. I. tab. IV. fig. A. (optima!) — *A. Vahlii Horn.* in Fl. Dan. fasc. 37. tab. 2176. (a. 1836.)

*Habitat* in *America* et *Asia borcali*: ad *sinum Hudsonis*, et per *alpes rupestres* usque ad *mare arcticum*, 55—68° lat., Richardson! Drummond! Hooker! — *Unalaschka* et per *omnem Sibiriam*, Fischer! — *Unalaschka*, *insula Chamissonis*, *sinus Eschscholtzii*, *insula* et *sinus St. Laurentii*, Adalb. de Chamisso! — *Groenlandia*? Vahl! (si quidem planta Hornemanniana revera huc spectat). — 4. —

*Observ. I.* Species e rhizomatis indole, foliorum figura, involucro sessili, et praesertim ex carpidiorum natura distinctissima. (Cf. descr. egreg. Richards.) — *Planta* 4—10-pollicaris, subpilosa, sub anthesi similis florenti *A. parviflorae*. — *Rhizoma* filiforme, horizontaliter repens, folia et scapos numerosos emittens. *Sepala* 6 plerumque ovalia, lutea, majora quam in A. ranunculoide. — Carpidiorum *capitula* ratione floris majuscula, depressa. *Carpidia* numerosa, oblongo-ovata; *styli* longissimi, fulvi, deflexi, apice extrema (siccitate praecipue) sursum curvati, uncinati. (Vidi specimina Hookeriana et Chamissoniana.)

*Observ. II.* *A. Vahlii Horn.*, quam nonnisi ex nimis levi autoris diagnosi: „A. radice horizontali repente, scapo unifloro, involucro foliiformi ternato sessili", et ex icone pulchella in Flora Danica, *in qua fructus desiderantur*, hucusque novi, verisimiliter non differt, quod carpidiorum inspectio atque comparatio docebit. —

## 38. ANEMONE TRIFOLIA L.

A. rhizomate vermiculari, foliis radicalibus ternatis, foliolis subsessilibus ovatis vel lato-lanceolatis acuminatis indivisis serratis basi integerrimis, involucralibus ternis petiolatis omnino conformibus, scapo unifloro, sepalis subsenis (5—7) ovali-oblongis utrinque glabris.

*A. trifolia L.* sp. 762. Codex no. 4016. — DC. Syst. I. p. 205. — DC. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 662. — Poll. Fl. Ver. II. p. 224.— DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Rchb. Fl. exc. p. 731. et D. Fl. p. 108. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 114. — Koch Syn. p. 9. — Maly Fl. styr. p. 2. —

*A. lancifolia Pursh* Fl. Bor. Am. II. p. 386. — DC. Syst. I. p. 205. — DC. Prodr. I. p. 20. —

*Icones*: Dod. Purg. p. 301! (*icon nomenque princeps*, a. 1574!) — Tabern. p. 75. f. 9. (teste Koch!) — Tratt. ic. pl. t. 281 et 282. (var. polyphylla Tratt.) — Sturm D. Fl. h. 14. — Rchb. ic. fl. germ. t. 48. no. 4646. —

*Herbaria*: Sieb. pl. agr. Rom. fasc. III. et herb. austr. 175. — Rchb. Cent. exs. no. 1090. —

*Descript. Planta* nunc spithamaea, nunc ultrapedalis. *Rhizoma* nodoso-vermiculare, album, fibris brunneis, horizontaliter repens, fere Dentariae. *Folia radicalia* pauca, singula, ternata; *foliola* subsessilia angustius vel latius lanceolata vel ovata, acuta, indivisa (rarissime incisa), margine et venis ciliis tenellis sericeis densissimis obsita, quibus planta juvenca pulcherrime splendet. *Folia involucralia* petiolata, terna, in supera scapi parte; foliola radicalibus conformia, sed saepe magis angustato-acuminata, apice basique integra; lateralia oblique lanceolata ad basin interiorem arcuato-repanda integerrima. *Scapus*, excepto pedunculo circiter bipollicari puberulo, glabriusculus, erectus,

teres, interdum, pedunculorum petiolorumque instar, rubellus. *Flos* fere semper solitarius (rarissime accedit pedunculus secundarius ad basin involucellatus), magnitudine *A. nemorosae*, 5—7-sepalus. *Sepala* utrinque glabra, candida, (*rubella* vidi in herb. Willd.), venosa, forma variantia, plerumque obtusa. *Stamina* numerosa *antheris albis*. *Carpidia* 20—25 villo albo pubescentia (DC.!); glabra, ovalia, obtusa (Hoppe ap. Sturm!); equidem matura nondum vidi. —

Ab *A. nemorosa* differt *rhizomate albo*, *statura graciliori*, *altiori*; *foliolis haud incisis* serratis laete viridibus tenuibus, involucralium lateralibus interius *basi arcuato-repandis integerrimis*, *costis venisque pube tenella brevissima sericea splendentibus*; *antheris albis*. — *Formae* sic dictae *transitoriae* foliolis incisis, quas memoravit Dr. *Graf* in Fl. 1837. II. p. 660, et quales ipse observavi vivas loco laudato (*Grosskahlenberg*), nec non in *agro Veronensi* et in *monte Baldo*, rarissime occurrunt.

*Distributio geographica*. *Europa meridionalis*, inter 49°—43° lat., et 20°—34° long. — *Gallia*, (circa *Andegavum*, Bastard! et *Parisiorum* circa *Chantilly*, Vaillant! Thuillier! ex DC.). — *Italia*, (frequenter in *Pedemontio*, e. g. *Genua*, prom. Porto Fino, monte Summano; *Hetruria*, prope *Treviso*, Herbich! — *Lombardia*, e. g. *Pavia*, *Verona*, *Avesa*, *Vicenza*, *colles Euganei*, *monte Baldo*, Balbis! Pollini!) — *Tyrolis*, (in nemorosis submontanis usque ad 3500 ped. alt., (teste *Hoppe* in alpes adscendens); deest ab alpium tractu centrali septentrionem versus, de Heufler! in litt.) — *Carinthia*, (*Klagenfurt*, Hoppe! *vallis Lavan*, Fl. 1839!) — *Carniolia* (Friaul, Host! prope *Labacum* ad fluvium *Save* et in monte *Gross-Kahlenberg*, Graf! Freyer! in *alta Welshiza* prope *Jauerburg*, Sieber!) — *Styria*, (prope *Mahrburg*, Peyer! ex Maly!). —

*Termini borcali-occident.*: 49° lat., 20° long. *Parisiis.*

*Termini australes*: 43° lat.? *Hetruria.*

*Termini orientales*: 42—43° long. *Styria.*

*Sibiria*: in betuletis ad *Tomum*, Gmelin! —

*America borcalis*: in montibus excelsis *Pensylvaniae* et *Virginiae*, Pursh! —

*Floret* Aprili, Majo; in montibus editioribus Junio, Julio. — 4. —

*Observ. A. lancifolia Pursh*, quam *Hookerus* dubitanter, *Torrey* et *Gray* simpliciter inter *A. nemorosae L.* synonyma recensent, secundum specimen *Kinnianum*, quod ex hereditate *Comitis de Struensee* est penes herbarium Berolinense, ad amussim quadrat cum nostra *A. trifolia*, ad quam optime eam jam revocavit in Systemate illustriss. *Sprengelius.* — Specimina *sibirica* nondum vidi. —

### 39. ANEMONE MINIMA DC.

A. foliis radicalibus . . . . ., involucralibus petiolatis tripartitis, lobis ovatis acuminatis extus et ad apicem serratis, sepalis 5 ovali-oblongis obtusis.

*A. minima DC.* Syst. I. p. 206. — DC. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 662. — Torrey et Gray Fl. of North-Am. I. p. 14. —

*Habitat* in *Virginia* ad montes *Alleghanis*, Palisot de Beauvais. — 4. —

*Omnium tenerrima*, *A. trifoliae* affinis, sed triplo minor; *radix* horizontalis teres longa gracilis fibrillas paucas agens; *folia radicalia* in speciminibus mihi obviis nulla; scapus teres gracilis digitalis glaber; *involucri foliola* petiolata tripartita, partitionibus adpresse pubescentibus ovatis acuminatis, lateralibus extus serrato-dentatis, medio utrinque ad apicem serrato; *pedicellus* erectus, 1-florus, ad-

presse pubescens, involucri longitudine; *flos* albus parvus 5-sepalus, sepalis oblongis obtusis glabris, 4 lin. longis, 2 latis; *stamina* sepalis dimidio breviora; *ovaria* pauca pubescentia. (DC.) —

*Obs.* DC. vidit specimina sicca in herb. Beauv.; mihi planta, quam nullibi vidi, *A. trifoliae* forma depauperata esse videtur; scriptores Americani *Torrey* et *Gray*, qui eam inter dubias recensent species, pro *A. nemorosae* varietate habent.

### 40. ANEMONE UMBROSA *C. A. Meyer.*

A. foliis radicalibus ternatis quinatisve, segmentis inciso-serratis, lateralibus bifidis; involucralibus petiolatis trisectis, segmentis inciso-serratis, lateralibus subbifidis; pedunculis solitariis (binisve Led.), sepalis 5 ellipticis extus (utrinque Led.) *pubescentibus*, ovariis *stipitatis*.

*A. umbrosa C. A. Meyer* in Fl. Alt. II. p. 361. (a. 1830.)

*Icon*: Ledeb. ic. pl. Fl. ross. alt. illustr. tab. 118.

*Habitat* in sylvis umbrosissimis ad rivulum *Grammatucha* prope *Riddersk Sibiriae altaicae*, Ledebour! — 4. — (50½° lat., 84° long. Greenw.)

*Descriptio Florae altaicae.* Planta ex habitu et foliorum forma media quasi inter *A. trifoliam* et *A. nemorosam*, ab utraque tamen *ovariis supra torum stipitatis* (nec non sepalis pubescentibus) distinctissima. Ab *A. Fischeriana DC.*, specie nobis plane ignota, differt foliis radicalibus non biternatim sectis et foliis caulinis petiolo longo, non brevissimo, donatis. — *Truncus radicis* tenuis, crassitie fili emporetici vel paullo crassior, aequaliter cylindricus, hinc inde dentatus, extus flavescens vel fuscescens. *Folia radicalia* longe petiolata (petiolo piloso), nunc tri-

secta, nunc pedatim quinquesecta: segmentis lato-ellipticis, basi cuneata integerrimis, a media parte ad apicem usque modice incisis et duplicato-serratis, in utraque pagina margineque pubescentibus; lateralibus saepe bifidis. *Caulis* 5—6 pollicaris, erectus, tenuis, pilosiusculus. *Folia caulina* (abortu interdum bina) pilosiuscula, subtus pallidiora, subpollicaria, petiolo semipollicari ciliato suffulta, trisecta: segmentis subellipticis, incisis et inciso-serratis, basi cuneatis; lateralibus bifidis, rarius subbipartitis: lobis et serraturis acutis, segmento intermedio inciso vel semitrifido. *Pedunculi* solitarii vel bini, foliorum longitudine, filiformes, pubescentes. *Flos* albus, magnitudine illius *A. nemorosae*, 5-sepalus. *Sepala* elliptica, obtusa, patentia, utrinque margineque pubescentia. *Stamina* generis. *Ovaria* sericea, stipitata: stipite $^1/_2$ lin. circiter longo. *Stylus* brevissimus, glaber. *Gynophorum* hemisphaericum, glabriusculum. *Carpidia* ignota. — (v. sp. in herb. Kze et Schlchtd.). —

## 41. ANEMONE NEMOROSA L.

A. foliis radicalibus parcis ternatis quinatisve; involucralibus petiolatis ternatis, petiolo folium dimidium aequante vel superante, foliolis ovalibus inciso-serratis, intermedio trifido basi cuneato, lateralibus bifidis basi oblique ovatis; pedunculis solitariis; sepalis subsenis (6—8, rarissime 9—13) oblongis obtusis *utrinque glabris*, carpidiis sessilibus pubescentibus oblongis apice brevi incurvo.

*A. nemorosa L.* sp. 762. Codex no. 4018. — DC. Syst. I. p. 203 (excl. cit. Gmel. sib. IV. no. 38?). — DC. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 661. (excl. *A. Fischeriana DC.*) — DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Hook. fl. scot. p. 171. — Hook. Brit. Fl. I. p. 264. — Mackay Fl. hibern. I. p. 6. — Hartm. Skand. Fl. p. 130. — Drejer Fl. hafn. p. 197. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 112. — Koch

Syn. p. 9. — Rchb. fl. exc. p. 731. — Rchb. D. Fl. p. 108. — Hegetschw. Schw. p. 530. — Poll. Ver. II. p. 224. — Baumg. En. p. 108. — Hook. Bor. Am. I. p. 6. — Torr. et Gray Fl. of North Am. I. p. 12. (excl. in utraque *A. lancifolia Pursh*!).

*A. quinquefolia L.* sp. 762. Codex no. 4017. (*A. pentaphylla Hook.* ms.)

*A. alba Gilib.*

*Icones*: Fl. Dan. t. 549. — Engl. Bot. t. 355. — Bull. t. 3. — Sv. Bot. t. 3. — Hayne I. t. 24. — Sturm D. Fl. h. 14. (bona!) — Br. et Ratzb. h. 7. t. 32. — Tratt. ic. pl. t. 279 et 280. (forma sessiliflora). — Labr. et Hegetschw. h. 10. — Curt. fl. Lond. II. t. 38. — Jaume et St. Hil. t. 433. Zenk. Fl. v. Thür. h. 3. (mala!) — Rchb. ic. fl. germ. t. 47. no. 4644. —

*Herbaria*: Cent. sil. II. — Ehrh. pl. off. 145. — Wierzb. pl. Bann. —

*Descript.* Koch D. Fl. IV. p. 112. — Rchb. D. Fl. p. 108. —

*Distributio geographica.* Per *omnem ferc Europam*, a 67—38° lat., et 10—55° long., *Asiam caucasicam* (et *sibiricam*?), nec non in *America boreali*, a lat. circ. 31° — circ. 50°.

Europa: *Hibernia*, Mackay! — *Anglia* et *Scotia*, 51 — 58° lat. ubique, Hooker! Watson! — *Suecia* et *Norvegia*, vulgatissima usque ad *Jämtlandiam* et *Angermanniam septentrionalem* et *Drontheim*, 64° lat.; dein non nisi prope mare septentrionale *Nordlandiae* usque ad *Salten* (67° lat.) passim, et ad montem *Geota Lapponiae Umensis* rarissima, Wahlbg.! — *Dania*, Drejer! — *Germania* et *Helvetia*, ubique vulgatissima, in alpibus teste *Heuflero* usque ad 3500′, teste *Hegetschweilero* usque

ad 5000 pedum altitudinem adscendens! — *Gallia*, DC.! — *Italia*, ubique, sed deest in *Sicilia* et *Sardinia*! — *Dalmatia*, Petter! — *Hungaria*, Endlicher! Sadler! Rochel! — *Galicia*, Besser! — *Rossia*, (*Petropolis*, de Chamisso! Weinmann! *Moscovia*, Goldbach! *Lithuania*, *Podolia*, *Volhynia*, Besser!). — *Transsylvania*, Baumgarten! — *Moldavia*, Czihak! — *Graeciae* in Parnasso, Sibthorp! —

Asia: in *Caucaso*, MB.! — in *Sibiria*?? —

America: *Canada* usque ad oras *australes* lacus *Winipeg*, 50° lat.; deest usque ad 53° lat., Richardson! — a *montibus rupestribus orientem* versus, Drummond! *occidentem* versus, Douglas! — *Virginia*, L.! — *Georgia*, Gray! —

*Flor.* Martio, Aprili, Majo. — 2. —

*Observ. I.* Inter innumeras vulgatissimae atque perpulchrae speciei *formas*, quae minus apte varietates dicuntur, hasce imprimis recensere juvabit:

*α. rubra*; sepalis intense atque utroque latere rubris. (huc var. *β.* Mackay Fl. hibern.)

*β. coerulea*; sepalis coeruleis; rhizomate elongato repente et sepalorum numero ab *A. apennina* recedens. — *Gallia*, DC.! — prope *Dachsland* ad Rhenum legit *Zeyher*! (v. in herb. Fürnr.)

*γ. sulphurea*; (*A. intermedia Winkl.* ms., *A. nemorosa γγ. flava Peterm.* Fl. Lips. p. 407., *A. ranunculoidi* × *nemorosa Kze* ap. Rchb. D. Fl. p. 108.) Ex placito Kunzeano probabiliter hybrida ex A. nemorosa et A. ranunculoide; et revera formae mihi obviae fuerunt nunc *A. ranunculoidi*, nunc *A. nemorosae* proximae. Occurrit enim plerumque foliis involucralibus, ut in *A. nemorosa*, petiolatis, segmentis grosse inciso-serratis, pedunculo solitario; inter-

dum, *A. ranunculoidis* instar, foliis involucralibus subsessilibus, pedunculis geminis. *Flores* semper *majores* quam in A. ranunculoide; *sepala* 5—7 oblonga, sulphurea. *Carpidia* matura, quantum scio, nondum observata. — Ad *Albim* prope pagum *Zadel* et in „*Rosenthal*" *Lipsiensium* primum anno 1835, tunc quovis redeunte vere legerunt Eduardus Winkler, Kunze, Petermann, nec non ego ipse vivam observavi. — Loci sodales habet A. nemorosam et A. ranunculoidem.

δ. *biflora*; *Hoppe* Bot. Zeit. 1825. p. 511: foliorum involucralium lobis ovatis obtusis vix incisis, fere ut Thalictri aquilegiifolii; involucello involucro simili. — Ad radicem montis *Untersberg* legit Hoppe! —

ε. *parviflora*; de Schlchtd. herb. (β. *minor Sut.* helv., δδ. *micrantha Peterm.* lips.) perigonio valde minuto. In umbrosis, aridis, et in alpibus.

η. *hirsuta Wierzb.* statura robustiore, ubique hirsuta. *Orawicza Banatus*, Wierzbicki! — mons *Magdalenae* prope *Brixiam Italiae*, Bracht!

ϑ. *semiplena*; circiter tripollicaris, floribus magnis 9—13-sepalis, staminibus pistillisque integris. Hanc pulcherrimam formam prope *Domanze Silesiae* magna in copia legit atque mecum communicavit amic. *Unverricht.*

*Vegetationis aberrationes*:

α. *plciocalymma*; foliis involucralibus monstrose numero auctis (8—12), longe petiolatis, sepalis viridescentibus subluciniatis. Hujuscemodi specimina possideo in *Reliq. Schoberianis*, et vidi *Vindobonae* in herbario *Portenschlagiano.*

β. *scssiliflora*; flore brevissime pedunculato vel in involucro vere sessili.

*γ. multiplex*; (*A. nemorosa γ. multiplex Scr.* pl. sel. h. Gen.) staminibus in sepala transeuntibus; ex DC. etiam *pistillis* in sepala mutatis! —

*δ. monoica*; femina, absque ullo stamine, Fl. 1839. p. 346.

*ε. Metamorphosis insignis*, primum ab illustr. *Nees ab Esenbeck* ita descripta: „An der gem. A. nemorosa, die keinen Kelch, sondern statt dessen nur einen kaum merklichen Ring unter der Blume hat, sahen wir die ganze Blume sich in grüne Blätter, nach dem Muster der vielmal getheilten Stengelblätter, verwandeln. Die äusseren Blumenblätter näherten sich diesen Stengelblättern der Gestalt nach fast gänzlich; die folgenden waren einfacher, aber noch grün; dann traten solche hervor, die nach unten noch den Blumenblättern glichen, auch weiss waren, aber an der Spitze nur an einem Rande in einige grüne Lappen auswuchsen; weiter gegen den Mittelpunkt zu, wo sonst die Staubgefässe sich befinden, erschienen Blumenblätter, schmal und schmäler, mit oder ohne grüne Spitzen; einige trugen Antheren; spärlich waren auch noch regelmässige Staubgefässe zu sehen, doch hatte Alles einen grünlichen Anstrich. Die weiblichen Theile waren in etwas verminderter Anzahl zugegen, und einige entwickelten sich sogar zu scheinbar vollkommenen, reifen Saamen, die uns aber nicht keimten." (Isis 1818. p. 1003.) — „Sepala et stamina transmutata sunt in folia involucralia plus minusve incisa, structura corollino-foliacea; sepala 4 extima in perfecta folia tripartita vegetationis transierant, petiolo 8 lin. longo, involucrum quasi alterum formantia. Pedunculus valde abbreviatus, vix ultra lineam longus, ita ut totus transmutatus flos involucro sit brevior. Pistilla mutationem non passa sunt." (Mus. Senk. vol. II. p. 37.) — (v. sp. in herb. Schoberiano.)

*Observ. II.* Planta americana, quamquam ea forma, quae A. quinquefoliam Linnaei exhibet, etiam in Europa haud

raro occurrit, paululum differt sepalis strictius 5, foliolis brevioribus latioribus parce incisis. —

### 42. ANEMONE ALTAICA *Fisch.*

A. foliis radicalibus biternatim sectis, segmentis 2—3-fidis inciso-dentatis; involucralibus petiolatis, segmentis inciso-dentatis, lateralibus bifidis, intermedio trifido; pedunculis solitariis, sepalis 8 — 12 *lineari-oblongis* patentibus utrinque glabris, carpidiis villoso-hirsutis sessilibus oblongis, stylis ensiformibus convergentibus rectiusculis.

*A. altaica Fisch.* herb. apud Ledeb. Fl. alt. II. p. 362. (a. 1830.)

*A. Salesovii Fisch.* ms. in herb. Berol.

*A. nemorosa* (Kamtschatcensis) Chamiss. autogr. et de Schlchtd. in Linnaea 1831. p. 574. ex placito Ledeb.! —

*Icon*: Ledeb. ic. pl. Fl. ross. alt. illustr. t. 388.

*Habitat* frequentissime in *Sibiria altaica* in locis montosis ad radicem montium et in subalpinis, nec non in parte septentrionali montium altissimorum, Ledeb.! Bunge! — in montibus *Kurtschum* (49° 15′ lat., 85° long. Gr.) haud rara, Meyer! — ad *portum Petro-Pauli Kamtschatkae*, Adelb. de Chamisso! — *Fl.* primo vere nivibus deliquescentibus. 4. —

*Descr. Florae altaicae. Radicis truncus* elongatus, horizontalis, radice *Dentariae enneaphyllae* (et ergo etiam *A. trifoliae*) simillimus, flavus, hinc inde *valde incrassatus* et *tuberculis magnis obtectus* (*non* aequaliter cylindricus, ut in *A. nemorosa* vel ranunculoide). *Folia radicalia* pilosula, longe petiolata: petiolo trisecto; segmentis longe petiolulatis, iterum trisectis: segmentis secundariis sessilibus, basi interdum confluentibus; lateralibus bifidis; segmento intermedio obovato, basi plerumque cuneiformi, apice trifido; segmentis omnibus obtusiusculis vel acutis (rarissi-

me acuminatis), incisis et dentato-serratis. *Caulis* pilosiusculus, simplicissimus, erectus, crassitie fili emporetici, 4—6 poll. altus. *Folia caulina* petiolata, pilosiuscula, trisecta, illis *A. nemorosae* subsimilia, sed segmentis plerumque latioribus minus acutatis (?) instructa: segmento intermedio ovato vel lato-elliptico, acutiusculo, rarius acuminato (ejusmodi est *A. Salesovii Fisch.* herb. Ber.), trifido inciso et fere ad basin usque serrato-dentato; segmentis lateralibus, basi obliquis, bifidis, incisis et serrato-dentatis. *Pedunculus* semper solitarius, foliis longior, adpresse pilosus, florens erectus, fructiferus nutans. *Flores* albi, in pagina inferiore saepe venis coeruleis vel violaceis picti, nunc $1^1/_2$ poll. lati, nunc fere duplo minores. *Sepala* 8—14, plerumque 9, anguste oblonga, plerumque $1^1/_2$—2 lin., rarissime 3 lin. lata, obtusa, patentia, staminibus multo longiora, utrinque glabra. *Carpidia* villoso-hirsuta, oblonga, utrinque acutata, $1^1/_2$ lin. longa, flavescentia, *stylo* ensiformi, inclinato, $^2/_3$ lin. circiter longo, apice vix reflexo vel subuncinato terminata. *Gynophorum* hemisphaericum, subvillosum. *Semen* exacte generis. —

Species *A. nemorosae* sane affinis est, sed *radicis structura* et *colore*, foliis radicalibus biternatis, segmentis foliorum caulinorum (brevius petiolatorum?) minus acutatis, latioribus, potius dentatis quam serratis, nec non *sepalorum numero* et *forma* ab illa distinctissima. Multo magis accedit ad *A. isopyroidem*, distinguitur tamen foliorum segmentis *crebrius dentato-serratis* et *sepalis numerosioribus*. Ab *A. Fischeriana DC.* differt foliis caulinis *longe petiolatis*, foliorum lobis *nunquam* (vel *rarissime*) *acuminatis*, nec non *sepalorum numero* et *forma*. (Ledebour.) —

*β. Pedunculis binis-quaternis, secundariis basi, rarius secundario segregatim involucellato:*

43. ANEMONE ISOPYROIDES *Juss.*

A. foliis petiolo ramoso *biternatim sectis*, segmentis inciso-tridentatis subcuneatis, involucralibus petiolatis ternatim sectis, segmentis lateralibus bifidis, sepalis 5 (in icone Juss. 6) oblongis. (DC.!) —

*A. isopyroides Juss.*! ann. du Mus. III. p. 249: „foliis longe petiolatis biternatis, foliolis subcuneiformibus sinuato-crenatis, involucro triphyllo ternato, petalis oblongis." (a. 1804.) — DC. Syst. I. p. 205. — DC. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 662. (excl. syn. *A. reflexa Led.*) —

*Icon*: Juss. Ann. du Mus. III. t. 20. f. 3. —

*Patria*: ignota. „Nous ignorons le lieu natal de cette plante, trouvée dans notre herbier avec *l'A. ranunculoides*." Juss. — ♃. —

*Descriptio.* Similis *A. nemorosae*; *radix* horizontalis; *folia radicalia* longe petiolata, *petiolo* apice trifido, petiolulis segmenta 3 subcuneata, incisa aut dentata gerentibus; *involucri folia* petiolata tripartita; partitionibus lateralibus bifidis, unde quasi 5-partita videntur; *flores* 1—2 in involucro (1 in icone); *sepala* oblonga, angusta, elongata. DC.! — *Carpidia* rotunda, breviter acuminata, Juss.! — (DC. vidit specimina in herb. Juss.) —

*Observ. I.* „On distinguera *l'A. isopyroides* aisément de *l'A. nemorosa* et *l'A. ranunculoides* par ses pétales allongés, les folioles de son involucre plus courtes et moins aiguës, ses petioles ramifiés, ses feuilles divisées, ses folioles cunéiformes obtuses et plus écartées." Juss.! —

*Observ. II.* „*A. isopyroides Juss.* in regionibus altaicis deest, nisi eadem sit ac A. altaica Fisch., quod tamen vix credo." — *Ledebour*! in Fl. alt. II. p. 364.

*Observ. III. Deest* in herb. Sprengeliano. — Planta, „quam *A. reflexae* nomine ex Imao regionum altaicarum ad *Sprengelium* misit *Ledebour*", nec non *A. reflexa* herb. gen. Berol. fol. 3. exhibent *A. coeruleam DC.* —

### 44. ANEMONE FISCHERIANA DC.

A. foliis petiolo ramoso *biternatim sectis*; involucralibus *brevissime* petiolatis, lobis elongatis *acuminatis*, pedicellis 2 pubescentibus, sepalis 5 *ellipticis*. (DC.!) —

*A. Fischeriana DC.* Prodr. I. p. 20. — Led. Fl. Alt. II. p. 363. — Ledeb. fl. ross. I. p. 16. —

*A. nemorosa var. sibirica* Spreng. Syst. II. p. 661. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 6. (fide Spreng.!) —

*A. baicalensis Fisch.* in herb. Steph. Endl.? (an haec potius ad A. altaicam Fisch. spectat?). —

*Habitat* in *Sibiria* prope Salair, Fisch.! in litt. ad DC. — 2. —

*Observ. Flores* albi fere omnino *A. isopyroïdis Juss.*; *carpella* villoso-pubescentia. (DC. vidit specimina Fischeriana; autoribus *florae altaicae* ignota et nullibi visa; mihi in omnibus, quae inspexi, herbariis desiderata.) —

### 45. ANEMONE RANUNCULOIDES L.

A. foliis radicalibus parcis ternatis quinatisve, involucralibus breviter petiolatis ternatis, foliolis oblongis inciso-serratis (rarius angustis subintegris), intermedio subtrifido, lateralibus subbifidis basi parum obliquis, pedunculis subgeminis (2—4), sepalis subquinis (6—9 ex Pollini!) ovalibus leviter emarginatis extus pubescentibus, carpidiis pubescentibus (interdum denno subglabris) ovatis, apice longo rectiusculo uncinato-reflexo. —

*A. ranunculoides L.* sp. 762. Codex no. 4020. — DC. Syst. I. p. 206. — DC. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 662. — MB. Taur. Cauc. II. p. 20. — Baumg. En.

p. 108. — Poll. Ver. II. p. 225. — DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Hook. Brit. Fl. I. p. 264. — Hartmann Skand. Fl. p. 130. — Drejer Fl. hafn. p. 197. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 113. — Koch Syn. p. 9. — Rchb. fl. exc. p. 731. — Rchb. D. Fl. p. 107. — Hegetschw. Fl. d. Schw. p. 531. — Led. fl. ross. I. p. 14. —

*A. lutea Lam.* fl. fr. III. p. 318.

*A. flava Gilib.*

*Icones*: Fl. Dan. t. 140. — Engl. Bot. t. 1484. — Sv. Bot. t. 405. — Lodd. Bot. Cab. t. 556. — Sturm D. Fl. h. 7. (bona!). — Jacq. austr. t. 159. — Tratt. ic. pl. t. 453. Jaume et St. Hil. fl. fr. t. 338. f. 6. — Labr. et Hegetschw. ic. helv. 17. t. 4. — Zenker Fl. von Thür. h. 14. — Rchb. ic. fl. germ. t. 47. no. 4643. —

*Herb.* Cent. sil. II.

*Descript.* Koch D. Fl. IV. p. 113. — Wimmer et Gr. Fl. Sil. —

*Distributio geographica*: inter 67° et 42° lat.; et 15° — circ. 130° long. Europa: *Anglia*, rara, et fortasse non vere indigena, Watson! — *Suecia*, (vix ultra 60° lat.) — *Norvegia*, prope *Christiansand* til *Salten*, Hartmann! *Saltdalen*, 67° lat., Sommerfelt! — *Dania*, Drejer! — *Germania* et *Helvetia*, (in planitie ubique, sed *A. nemorosa* paullo rarior, in alpibus vix ultra 2000 ped. adscendens! *Heufler*! in litt. — *Wahlenbergio* teste in *Szalatin Liptowiae inferioris* fere usque ad terminum fagi, i. e. 4000 ped., adscendit! — *Belgia*, Martens! — *Gallia*, DC.! — *Hispania*, (monte *Soba* prope *Sallentum Arragoniae*, 42⅔° lat., Römer scr. pl. hisp. p. 23. — *Italia*, (a *Viterbo*, 42° lat., *septentrionem versus*, Herbich!) — *Hungaria*, Endlicher! Sadler! Rochel! — *Galicia*, Besser! — *Rossia*, (*Petropolis*, Weinmann; *Dorpat*, Ledebour! *Moscovia*, Goldbach! — *Lithuania*,

*Podolia*, *Volhynia* usque ad *mare euxinum*, Besser!). — *Transsylvania*, Baumgarten! — *Moldavia*, Czihak! — *Macedonia* et *Rumelia* in *Balcano*, Frivaldski! —

Asia: in *Flora Baicalensi*, Besser et Turczaninoff! — in *Caucasi* nemoribus rarius, MB.! in tractibus *Lori* et *Bambaki*, C. Koch Jenensis! —

*Observ. I.* Nonnulli autores hanc speciem nuncuparunt uniflroram; diligentissimis vero in diversis regionibus institutis observationibus reperi, scapos vere uniflroros esse rarissimos, et plerumque, si appareat planta uniflora, hoc ex abortu pedunculi secundarii factum esse, quod ex foliis involucellaribus minutis fere semper conspicuis apparet. — Variat interdum floribus plenis, rarissime albis, Reinegger!, et juxta clariss. Bergeret et Lapeyrouse in *var. pyrenaica* violaceis; praeterea etiam foliolis integerrimis. —

*Observ. II.* Monstrositas: „flos primarius sessilis 5-sepalus, quorum 4 normalia, quintum in folium involucrale transiens; ex ejus surgit medio flos secundarius regularis pedunculo 10 lineas longo." Mus. Senk. II. p. 41. (cf. Engelgelmann de Antholysi t. I. f. 2., et de *Anemones ranunculoidis* floribus proliferis: Isis 1819. p. 1085. —

*Observ. III.* Neque hujus speciei, neque *A. nemorosae* vidi specimina sibirica. —

*Floret Aprili*, *Majo*, Anemone nemorosa paulo serius. 4. —

## 46. ANEMONE COERULEA DC.

A. foliis radicalibus quinatis, foliolis angustis trifidis inciso-serratis, involucralibus breviter petiolatis trisectis, segmentis profunde incisis, lobis angusto-linearibus parce serratis subintegrisve, pedunculis subgeminis, sepalis 5 ovalibus ellipticisve patentibus, carpidiis sessilibus ellipticis villosis, stylis setaceis convergentibus rectiusculis.

*A. coerulea DC.* Syst. I. p. 203. — DC. Prodr. I. p. 19. — Spreng. Syst. II. p. 661. — Ledeb. Fl. alt. II. p. 359. — Ledeb. fl. ross. I. p. 14. —

*A. reflexa Led.* (*olim*!) ms. in herb. Spreng., Schwaegr., et Berol. fol. 3. (signante Chamissone!).

*A. incisa Led.* Ind. sem. hort. Dorpat. a. 1824.

*A. uralensis Fisch., DC.*!, ex sententia Sprengelii! —

*A. ranunculoides var. gracilis de Chamisso* mss. et de Schlchtd. in Linnaea 1831. p. 574. et ex consequentia: *A. lineuris* de Schlchtd. pat.

*Icon*: De Less. ic. sel. I. t. 14. (optima!). —

*Habitat* in *Sibiria* circa *Zmeof*, Patrin! ex DC. — in *montibus altaicis* frequenter in pratis humidis montosis et ad nives deliquescentes, Ledebour! Bunge! in pratis ad rivulum *Urmuchaika* prope *Buchtarminsk* (49 ½° lat., 84° long. Grw.), Meyer! — ad portum *Petro-Pauli Kamtschatkae*, Ad. de Chamisso! — Floret primo vere. ♃. —

*Descr. Fl. alt. Planta* 5 — 8 poll. alta, gracilis, erecta, glabriuscula, apicem versus pilis mollibus albis brevibus plus minusve obtecta. *Radicis truncus* cylindricus, crassitie fere pennae anserinae, intus albus, extus obscure brunneus, horizontalis, in apice caulem et folia protrudens. *Folia radicalia* illis *A. ranunculoidis* similia: segmentis tamen basin versus minus attenuatis, subsessilibus. *Caulis* ut in *A. ranunculoidi*, glabriusculus. *Folia caulina* (involucralia auct.) petiolo brevi, 2 lin. vix longiore, membranaceo suffulta, trisecta: segmento intermedio basi cuneato, in media parte trifido: lobo intermedio elongato, lanceolato, in utroque latere serraturis 2 instructo; lobis lateralibus lanceolato-falcatis, integerrimis, segmentis lateralibus bipartitis vel profunde bifidis: lobis lanceolatis inciso-serratis vel integerrimis, omnibus acuminatis acutisve, rarissime obta-

siusculis. Segmenta foliorum caulinorum interdum indivisa, inciso-serrata; haec forma, quae haud raro occurrit, ad *A. lancifoliam* accedit. *Pedunculi* solitarii vel bini, rarius terni, tenues, erecti, pilis albis patulis vestiti, nunc foliorum longitudine, nunc foliis plerumque breviores. *Flores* quoad magnitudinem variabiles, nunc pollicares, nunc fere duplo minores, *dorso dilute rosei*, rarius *coerulei*. *Sepala* 5, rarissime 4, utrinque minutissime pubescentia, margine villoso-ciliata, patentia, lato-elliptica (4 lin. longa, 3 lin. lata), vel suboblonga (5 lin. longa, 2 lin. lata), semper obtusa, interdum retusa, staminibus multo longiora. *Stamina* generis. *Germina* et styli fere ut in *A. nemorosa* (equidem stylos multo longiores offendi). *Receptaculum* hemisphaericum, puberulum. *Carpella* parva, elliptica, villosa, stylo aequilonga. — *Styli* in fructu convergentes, inclinati; haud hamati. *Semen* structura generis. — Habitu et foliorum forma proxime accedit ad *A. ranunculoidem*; differt *segmentis* foliorum caulinorum *magis divisis*; lateralibus saepissime profunde bifidis vel bipartitis; *floribus albis* vel *coeruleis* (nunquam flavis) nec non *carpellorum* et *stylorum indole*. In *A. ranunculoide* enim carpella orbiculata stylo divergente uncinato terminata sunt. — Ab *A. nemorosa* foliorum segmentis multo angustioribus, serraturis paucioribus, pedunculis subgeminis, sepalis 4—5, carpellis minoribus et stylis setaceis ensiformibus (nec non involucro fere sessili) dignosci potest. —

### 47. ANEMONE URALENSIS DC.

A. foliis radicalibus . . . . ., involucralibus breviter petiolatis trisectis, segmentis linearibus inciso-dentatis, sepalis 5—6 ovali-oblongis.

*A. uralensis DC.* Prodr. I. p. 19. — Led. fl. ross. I. p. 14. —

*Hab.* in montibus *Uralensibus*, Fischer! — 4. —

*Obscrv.* Planta parva habitu et magnitudine fere *A. coeruleae*; DC.! — et ex diagnosi tam parum ab A. coerulea DC. differt, ut *Sprengelius* in Syst. II. p. 661. eam *A. coeruleae* synonymon recensuerit. — Ex Stend. Nomencl. *Hookerus A. uralensem DC.* pro *A. baldensi L.* habet, sed ubi? — DC. vidit specimina a Fischero communicata. —

48. ANEMONE REFLEXA *Steph.*

A. foliis radicalibus ternatis vel quinatis, foliolis ovatis indivisis subtrifidisve apice grosse dentatis, involucralibus petiolatis trisectis, segmentis lanceolato-acuminatis inciso-serratis basin cuneatam versus integerrimis, pedunculis subgeminis, sepalis 5—6 linearibus reflexis, staminibus crassiusculis in capitulum globosum congestis.

*A. reflexa Steph.* in Willd. sp. II. p. 1282. — DC. Syst. I. p. 207. — DC. Prodr. I. p. 20. — Spreng. Syst. II. p. 662. — Hook. Bot. of Capt. Beechey's Voyage I. p. 111. (exc. syn. A. coerulea DC.) — Ledeb. fl. ross. I. p. 14. —

*Icon*: De Less. ic. sel. I. t. 15. (bona!)

*Habitat* in *Sibiriae regionibus Baicalensibus*, e.g. *Irkutsk*, Stephan, Laxmann! Pallas! Besser! ad *Lenam*, Redowski! *montes Sajanenses*, Lessing! — nec non in *Kamtschatka*(?), Lay et Collie! (50—60° lat., 120—180° long.) — 2. —

*Descr. Rhizoma* A. ranunculoidis; scapus glabriusculus tenuis palmaris ad pedalem; *folia radicalia* paucissima, singula; *involucralia* terna petiolata glabra, forma quasi medium tenentes inter *A. nemorosam* et *A. trifoliam*, *petiolis* pilosiusculis circiter pollicaribus; *pedunculi* 2—3 per anthesin pollicares vel ultra, sed involucro multo breviores, erecti pilosiusculi, ad basin aequo modo ut in *A. ranunculoide* et in *A. coerulea* involucellati, foliis involucellaribus minutis plerumque binis trisectis, foliolis integris. *Flos* valde singularem praebet adspectum; sunt enim sepala

linearia margine involuta exactissime reflexa, ita ut stamina numerosissima crassiuscula undique effusa globum confertum referant. *Stamina* sepalis paulo breviora, antheris magnis ovatis. *Carpidia* matura non vidi; juvenca villosissima oblonga, stylis rectis.

*Obs.* Ex placito illustr. *Ledeb. A. trifolia DC.* Prodr. I. p. 20. (quoad plantam *sibiricam*).

49. ANEMONE ANTUCENSIS *Kz. Pöpp.*

A. foliis radicalibus 3—5-partitis, lobis obovatis grosse inciso-dentatis obtusis obsolete mucronatis, involucralibus sessilibus petiolatisve fere conformibus, scapo simplici biflorove, involucello pedunculi secundarii segregato bifolio, sepalis 5—6 ellipticis, carpidiis in capitulum globosum aggregatis glabris, stylis longis revolutis involutisve. —

*A. antucensis Pöpp.* Fragm. Syn. plant. Chil. p. 27. (a. 1833.)

*Herb.* Pöppig Coll. pl. Chil. III. no. 150. — Diar. 751. — A. antucensis Kz. —

*Descr. Planta* gracilis, pubescens. Radix cylindrica, brevis, lignosa. — *Caulis* 1—2-pedalis, uni- oder biflorus, pedunculo secundario segregatim involucellato. *Involucrum* mox vere sessile, mox petiolatum, petiolis pollicaribus; folia involucralia terna, basilaribus conformia 3—5-partita, incisa, raro integra obsolete crenata; *involucellum* di-triphyllum (monophyllum aut diphyllum, Pöpp.), sessile subpetiolatumve. *Pedunculus* florens $\frac{1}{2}$—6-pollicaris, seminiger interdum pedalis. — *Flores* albi, magnitudine *A. nemorosae*; *sepala* 5—6 nervosa. — *Carpidia* in capitulum globosum collecta, arcuato-acuminata, glabra, stylis longis revolutis involutisve terminata.

*Crescit* in *Chile australis* sylvis alpinis, *Andes de Antuco, Pico de Pilque.* — Floret *Decembri.* — ♃. — Pöppig! —

50. ANEMONE WIGHTIANA *Hook.*

Sericeo-villosa, foliis longe petiolatis circumscriptione cordato-subrotundis tripartitis, segmentis profunde trifidis, laciniis cuneatis crenato-lobatis, involucralibus (1—2) sessilibus plerumque trifidis segmentis oblongo-linearibus integris bi-trifidisve, sepalis 6—8 ellipticis, stylis uncinatis.

*Anemone Wightiana Hook.* ic. pl. vol. II. t. 176. (a. 1837.)

*α. minor. A. Wightiana Wall.* Cat. no. 4697. — Wight Cat. no. 9. 11. — Wight et Arnott Fl. Pen. Ind. or. vol. I. p. 3. no. 7. (a. 1834.)

*β. major. A. dubia Wall.* Cat. no. 4698. — Wight Cat. no. 10. — Wight et Arnott Fl. Pen. Ind. or. vol. I. p. 3. no. 6. —

*Habitat* in montosis *Neelgherries* (11° lat. bor.), Dr. Wight! et in montibus insulae *Ceylon*, 6000 ped. supra mare elevatione, Col. Walker! —

*Observ.* Comparatione speciminum Walkerianorum et Wightianorum edoctus, illustrissimus Hooker sententiam illam jam a Wight et Arnott prolatam, *A. dubiam* et *Wightianam Wallichii* in unam speciem conjungendas esse, confirmavit. Utraque forma in iisdem occurrit locis. Planta, quam clariss. *Schmid*, missionarius doctrinae christianae, in montibus *Neelgherries* legit, ex levi in *Musco Jenensi* inspectione, eadem esse mihi videtur. — Aptius fortasse species, ut volunt autores, in sectione *Anemonospermos* ponitur, sed ex icone Hookeriana eam hujus loci esse censui. — Flos fere *A. nemorosae*, albus (vel interdum ruber?), mellosus. —

51. ANEMONE DISCOLOR *Royle.*

A. scapo unifloro maculato, foliis 3 — 5-partitis sericeo-villosissimis, lobis obtuse inciso-serratis cuneato-ovatis,

involucris triphyllis sessilibus, foliolis cuneatis lobatis dentatis, sepalis 7 ovalibus extus pilosis intus glabris, ovariis ovatis hirsutis. (Royle!)

*A. discolor Royle* Illustrations of Bot. of Himal. Mount. vol. I. fasc. II. p. 52.

*Icon*: Royle Illustrations v. I. tab. 11. f. 2.

*Hab.* ad nivem deliquescentem in *Himalayae* alpibus „*Choor-Urukta* et *Kendarkanta*" (31° 1′ lat.) supra 10,000 pedes elevatis una cum *A. obtusiloba*, cujus fortasse, teste Roylio, varietas est" sufficienti tamen numero characterum essentialium distincta", quod ex icone vix crederes.

*Descriptio. Radix* fusiformis petiolorum vaginantium rudimentis obtecta. *Folia radicalia* explanata, petiolis latis basi membranaceis, auriculata, acuminata 3 — 5-loba, lobis saepe subtrifidis oblongo-cuneatis grosse serratis, villosa, mollia atque velutina. *Involucrum* e tribus constans foliolis sessilibus integris dentatisque aut trilobis, lobis oblongo-linearibus 3-dentatis. *Scapus* erectus vel adscendens, teres, striatus, haud raro maculatus, villosus. Pedicelli solitarii vel bini, inter aestivationem involucrum vix superantes, tunc duplo triplove longiores; in involucro bifloro pedunculus primarius est brevior (fere sessilis) nudus, secundarius elongatus involucello bifolio instructus. *Flores* erecti; *sepala* fere 7, imbricata, obovata, staminibus triplo longiora, supra candida infra amoene coerulea, interdum omnino coerulea lividave. *Stamina* filamentis latis apicem versus angustatis. *Ovaria* ovato-oblonga, valde villosa. —

*Floret* Aprili, Majo. — 4. —

52. ANEMONE SELLOWII *n. sp.*

A. foliis radicalibus ternatis, foliolis breviter petiolatis late ovatis supra argute serratis, lateralibus profundissime bipartitis, intermedio trifido, involucralibus sessilibus minutis inciso-serratis, caule bifloro, sepalis subnovenis ovato-oblongis, carpidiis glabris, stylo tenui longo apice involuto.

*Habitat* in *Brasilia*, Sellow, Coll. pl. Bras. 891. (v. in herb. Berol.)

*Descriptio.* *Radix* crassiuscula, tuberculato-fibrosa, obliqua. *Folia radicalia* circiter 4, ternata, supra sparse pilosa, infra pube densa brevissima albicantia, margine ciliata, petiolis 3—4-pollicaribus dense villosis, ad medium caulem tangentia; foliola lateralia breviter petiolata, ambitu subrotunda, ad basin usque partita, segmentis ovato-cuneatis apicem versus argute inciso-serratis, plerumque acutis; foliolum terminale breviter petiolatum ovato-cuneatum trifidum, apice argute serratum. *Caules* e radice solitarii vel bini vix pedales, crassitie petiolorum, infra sparse, sub involucro densius pilosi. *Involucrum* in supera caulis parte e foliolis 5 (ternis exterioribus involucralibus, binis inferioribus involucellaribus) sessilibus minutis vix $^1/_2$ poll. longis inciso-serratis compositum; *pedunculi* ex involucro bini, sub anthesi 1—2-pollicares, supra praesertim dense pilosi; secundario haud segregatim involucellato. *Flos* magnitudine A. nemorosae; *sepala* 8—9 ovali-oblonga utrinque glabra, in sicco flava, stamina duplo superantia. *Carpidia*, verisimiliter in gynophoro plano-hemisphaerico, oblonga, glabra, stylo valde tenui aequilongo apice arcte involuto terminata. — Carpidia matura desiderantur. Haud dubie bona species. —

## Sectio V. *ANEMONOSPERMOS DC.*

Syst. I. p. 208. — DC. Prodr. I. p. 21. — (Diplocalymmata Spreng. Syst. II. p. 660.) — Endl. gen. p. 845. no. 4773. 6. ε. —

*Calyx corollinus* plerumque 5-sepalus, rarius 4-sepalus, rarissime, ut in A. japonica, pleio-sepalus. *Gynophorum* hemisphaericum, rarius cylindricum. *Carpidia* lanata, pubescentia glabrave. *Pedunculi* 2 — 5 (plerumque 3); quorum primarius nudus uniflorus, secundarii segregatim involucellati, iterum di- vel trichotomi; rarius pedunculi 2 — 6-uniflori ad basin involucellis minutis instructi.

### §. 1. *Pedunculi* 2 — 6-*uniflori*, *ad basin involucellati.*

### 53. ANEMONE CYLINDRICA *Gray.*

A. foliis radicalibus *sericeo-pubescentibus* ternatis, foliolis lateralibus bipartitis, intermedio trifido, *lobis linearilanceolatis apice inciso-dentatis*, involucralibus conformibus petiolatis, involucellaribus numerosis *basilaribus* petiolulatis, *pedunculis* 2 — 6, *rarissime solitariis*, sepalis 5 obovatis obtusis, capitulis longe cylindricis, carpidiis lanatis.

*A. cylindrica Gray* in Ann. Lyc. New-York III. p. 221. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. I. p. 13.

*Habitat* in *America boreali*; in parte occidentali civitatis *New-York*! Gray! prope *Boston*, Greene! Nuttall! *Bellows Falls*, *New-Hampshire*, Carey! *Michigan*, Follwell! *Indiana*, Darlington!

*Observ.* Planta 1 — 3-pedalis. *Radix* fibroso-fasciculata. *Caules* crassi, robusti, ut omnes plantae partes, sericeo-pubescentes. *Pedunculi* (sub anthesi 4 — 6-polli-

cares, seminigeri 8 — 12-pollicares,) subumbellati uniflori, non segregatim involucellati, sed *folia involucellaria* ad basin pedunculorum pro eorum numero plus minusve numerosiora, conferta, plus minusve minuta, omnia tamen petiolulata. *Sepala* subcoriacea, pallide viridi-lutescentia, extus sericea. *Carpidiorum capitula* cylindrica, pollicaria. *Styli* brevissimi. — Habitum prae se fert sectionis *Anemonospermos* propter pedunculos multos, ubi quasi inter *A. virginianam* et *A. multifidam* intermedia esset, sed a *Torrey* et *Gray* propter pedunculos non segregatim involucellatos in hac sectione posita est.

*Floret* Majo, Junio. ♃. — (v. specimina in herb. Schlchtd.)

54. ANEMONE MEXICANA *Humb. Bonpl. et Kth.*

A. foliis radicalibus ternatis, foliolis rhomboideo-ovatis plus minusve incisis crenato-serratis, involucralibus binis ternisve subsessilibus conformibus, pedunculis 2 — 5 ad basin minute involucellatis, sepalis 5 ovalibus, gynophoro hemisphaerico villoso, carpidiis oblongis rugosis demum glabris, stylis longis teneris demum recurvo-inflexis.

*A. mexicana Humb. Bonpl. Kth.* in DC. Syst. I. p. 210. — Humb. Bonpl. et Kunth nov. gen. vol. V. p. 33. — Kth. Syn. vol. III. p. 114. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 662.

*Icon*: desideratur.

*Habitat* prope *Santa Rosa Mexicanorum*, alt. 1450 hex., Humboldt et Bonpland! — rarissime in sylvis *Jalapae*, Schiede! — prope *San José del Oro*, Koch! —

*Descr.* Planta erecta pedalis et ultra, plerumque subvillosa. *Radix* fibroso-fasciculata, fibris pilis brunneis obsitis, ut in *A. Hepatica L.* — *Caules* complures erecti, simplices, teretes, tenuiter patenter villosi. *Folia radicalia*

plurima, longissime petiolata, ternata, crassiuscula, reticulato-venosa, supra puberula glabrave, subtus tenuiter lanuginosa pallidiora, statu juniore violacea, margine ciliata; foliola brevissime petiolulata, 1—4-pollicaria, rhomboideo-ovata, plus minus profunde bi-trifida, rarius subintegra, acuminata vel obtusiuscula, margine irregulariter apiculato-crenato-serrata, basin subcuneatam versus integerrima. *Petioli* 5—8-pollicares, patenter-villosi, basi membranaceo-vaginantes. *Folia involucralia* bina ternave subsessilia vel brevissime petiolata similia; involucellaria 2—4 basilaria minuta. *Pedunculi* 2—5 subumbellati, 1—6-pollicares, erecti, teretes, tenuiter lanuginosi, nudi; secundarii ad basin involucellis minutis suffulti. *Flos* minor majorve, in speciminibus Humboldtianis magnitudine Ranunculi Flammulae; in aliis 1 — $1^1/_2$-pollicaris in diametro. *Sepala* 5 alba aut purpurea, ovata oblongave, obtusa, patentia, utrinque glabra (in speciminibus Humboldtianis extus tenuiter lanuginosa); *stamina* plurima, filamentis glabris brevibus, antheris ovato-ellipticis. *Gynophorum* hemisphaericum villosum. *Carpidia* numerosa (circ. 20), oblonga, rugosa, basi atque apice attenuata, circiter 2 lin. longa, statu juniori pubescentia, (qualia viderunt Kunthius atque DC.), matura omnino glabra, stylis ovario longioribus capillaceis glabris, primum rectiusculis, demum recurvo-inflexis coronata.

*Fl.* Majo, Schiede! Julio, Koch! Septembri, Humboldt! — ♃. — (v. specimina Humboldtiana, Kochiana atque Schiedeana in herb. Willd. et Schlchtd.)

*Observ.* Fortasse haec species cum praecedente aptius propriam sectionem constituit. —

§. 2. *Pedunculi 2—5 segregatim involucellati, iterum dichotomi.*

*a.* Carpidiis lanatis.

55. ANEMONE VIRGINIANA L.

A. foliis radicalibus ternatis, foliolis ovato-lanceolatis bi-trifidis inciso-serratis, involucralibus involucellaribusque petiolatis conformibus, sepalis 5 ellipticis subcoriaceis extus sericeis, capitulis ovato-oblongis, carpidiis basi lanatis.

*A. virginiana L.* sp. 761. Codex no. 4012. — DC. Syst. I. p. 208. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 662. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 7. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. I. p. 13. —

*A. hirsuta Moench.* meth. 105.

*Icones*: Gaertn. fruct. I. t. 74. — Hook. Bor. Am. I. tab. 4. fig. B.

*Habitat* in *America boreali* in sylvis et ad fluminum ripas 55° — 33° lat. a *Canada boreali* usque ad *Carolinam australem*, Torrey et Gray! — in *montibus rupestribus*, Hooker! ad *Missouri*, Gambold! *Canada*, longe lateque dispersa, Hooker! *Pennsylvania*, Pöppig! *Virginia*, Gronow! *Kentucky*, Hooker! —

*Descript. Radix* fibroso-fasciculata nigricans; *caulis* erectus 2—3-pedalis, superne in pedunculos divisus, pilis brevibus sericeis adpressis magis minusve vestitus. *Folia* ampla; radicalia longe petiolata, involucralia petiolis 1—3-pollicaribus, omnia pulcherrime reticulatim venosa, subpuberula, foliolis plus minusve tenuius incisis. *Pedunculi* ex involucro generali trifolio 3 — 4 elongati; centralis nudus interdum pedalis; laterales 2—3 medio involucellum bifolium gerentes; ex involucello pedicelli saepius bini, 1 nudus, alter interdum aborticus adhuc involucellatus. *Flores*

plerumque parvi; *sepala* 5 elliptica acuta subcoriacea, pallide flavo-viridia, nunc purpurascentia, intus glabra, extus sericea. *Carpidiorum capitula* oblonga (1/2 poll. in diam., 3/4 poll. longa, Gray!), nunc fere cylindracea, raro (ut in speciminibus Boottianis ex Hook., et in herb. Willd. fol. 4.) tereti-globosa. *Carpidia* numerosissima, densissime compacta, subrotunda, compressa, basi densissime lanata (matura lanae filis divaricatis e loco suo extracta et dispersa, DC.), *stylis* rectiusculis acuminatis sugblabris terminata. — *Varietatem* flore multo majore, sepalis albis interdum vere obtusis legit prope *Philadelphiam Durand.* —

*Floret* Majo, Junio, DC.! — Augusto, Poeppig! — 4. —

### 56. ANEMONE MULTIFIDA DC.

A. foliis radicalibus ternatim divisis, segmentis cuneato-petiolatis tripartitis laciniatis, laciniis linearibus acutis, involucralibus involucellaribusque breviter petiolatis conformibus, pedunculis 2—4 (rarius abortu ?1), sepalis 5—8 subcoriaceis elliptico-obtusis extus sericeis, gynophoro cylindrico, carpidiis lanatis, stylis subuncinatis glabris.

*A. multifida Poir.* in Encycl. Meth. suppl. vol. I. p. 364. (a. 1810.) — DC. Syst. I. p. 209. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 663. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 7. — Torr. et Gray Fl. of North Am. I. p. 13.

*A. Hudsoniana Rich.* app. Frankl. Journ. ed. II. p. 22.

*A. Commersoniana Rich.* ap. Spreng. Syst. II. p. 662? (an species propria?).

*β. sanguinea*; caule bifloro, flore rubro. — *A. Hudsoniana β. sanguinea* Rich. — *A. sanguinea Pursh*! in herb. Lamb. — DC. Syst. var. *β.* — Hook. Bor. Am. var. *γ.* — Torr. et Gray var. *β.* —

*γ. globosa*; caule plerumque 1- (interdum 2—3-) floro, capitulis globosis. — *A. globosa Nutt.* ms. —

*Icones*: DeLess. ic. sel. I. t. 16. — DeLess. ic. sel. I. t. 17? —

*Habitat* in *utraque America extratropica*; in *australi* inter 35° — 55° lat. *Conception*, Capt. Beechey! *Andes de Chile*, Dr. Gillies! in *Chile australis* pratis alpinis frigidis *Sierra Velluda*, *Andes de Antuco*, Poeppig! ad *fretum Magellanicum*, Commerson! — in *boreali America*, circiter inter 40° — 65° lat., a litoribus *sinus Hudsonis* et *sinus St. Laurentii* usque ad *Columbiae oras*, et ultra a montibus rupestribus occidentem versus, nec non a *civitatibus consociatis* fere usque ad *mare arcticum*, frequenter, Richardson! Drummond! — ad *lacum superiorem*, Pitcher! Watertown, New-York, (var. Hudsoniana), Crawe! *Vermont*, Robbins! Carey! (var. *γ.* in planitie fluminis *Platte*, et in vallibus *montium rupestrium* in lat. 42°, Nuttall!) —

*Observ. I.* Planta molliter pilosa, pedalis et ultra, radice dura lignosa; pedunculi numero et altitudine inconstantes; unus nudus, 1—3 segregatim foliolis binis subsessilibus involucellati; solitarios nondum vidi. Flores parvuli, ex albo luteoli, citrini, purpurei vel atrorubri. Carpidiorum capitula ovali-rotunda. — *Torrey* et *Gray* plantam *freti Magellanici* ab ea *Americae borealis* diversam esse suspicantur; tamen icon DeLess. t. 16., si a foliolis brevius incisis recederis, bene congruit.

*Observ. II. A. multifida γ. uniflora* DC. Prodr. I. p. 21. DeLess. ic. sel. I. t. 17. (*A. Commersoniana Rich.* ap. Spreng. Syst. II. p. 662.), quam nondum vidi, ex icone, ut bene monuerunt Torrey et Gray, vix huic speciei adnumeranda esset.

*Floret* Januario, Pöppig! Junio, Gray! — 2. —

57. ANEMONE JAPONICA *Zucc. et Sieb.*

A. caulescens, foliis radicalibus caulinisque ternatim sectis, segmentis cordatis trilobis inaequaliter duplicato-serratis, involucralibus inferioribus petiolatis basi cuneatis caeterum conformibus, superioribus sessilibus, pedunculis elongatis vel nudis, unifloris vel dichotomo-ramosis et iterum involucratis, sepalis plusquam 20 extus sericeis (oblongis, obtusis, plicatis, extimis calycem mentientibus), cariopsibus ecaudatis dense villosis.

*Anemone japonica Zucc. et Sieb. Fl. jap. I. p.* 15.

*Atragene japonica Thunb.* fl. jap. p. 239. — Willd. sp. II. p. 1286. — Pers. Syn. II. p. 98.

*Clematis? polypetala DC.* Syst. I. p. 167: „Facies Anemones, Thunberg! et ex descriptione revera videtur Anemone." — DC. Prodr. I. p. 10.

*Icon:* Zucc. et Sieb. Fl. jap. I. tab. 5. —

*Descr.* Herbacea perennis, undique pilis brevibus adpressis tenuiter pubescens. *Folia* radicalia magna longe petiolata ternatim secta, palmatinervia superne laete viridia, subtus glaucescentia; segmenta pedicellata, circumscriptione ovato-rotundata, cordata, 3- vel sub-5-loba, inaequaliter duplicato-serrata serraturis mucronatis, acuta, 2—4″ longa totidemque lata; *petioli* basi vaginantes, superne canaliculati subtus convexi, pedicelli subpollicares, segmenti terminalis longiores, villosi. *Caulis* pedalis vel bipedalis, stricte erectus, teres, crassitie pennae anserinae. *Folia caulina* seu *involucralia* ternatim verticillata, breviter petiolata petiolis villosis basi vaginantibus, patentia, ternatim secta; segmenta sessilia vel intermedium pedicellatum, e basi cuneata oblongo-lanceolata sursum attenuata, saepius sublobata, inaequaliter duplicato-serrata. *Pedunculi* plerumque terni, rarius quaterni quinive, valde elongati, tennes, stricti;

primarius centralis nudus uniflorus, laterales seu secundarii medio iterum involucrati foliis tribus vel rarius duobus minoribus subsessilibus e basi late cuneata trilobis; ex his involucris proveniunt iterum pedicelli bini rarius terni, quorum intermedius nudus florifer, laterales apice adhuc involucellati plerumque abortivi. *Flores* erecti, speciosi, diametro bipollicares, polysepali; *sepala* 20—30, horizontaliter patentia, sessilia, oblonga, obtusa, integerrima, extus sericea roseo-albida et *extima* 5 *virescentia*, intus pulchre purpureo-rosea. *Stamina* hypogyna, indefinita, pluriseriata, sepalis multoties breviora; *filamenta* brevia, filiformia, glabra, alba; *antherae* congenerum, erectae, ellipticae, aureae; *pistilla* plurima, toro inserta et in capitulum globosum dense aggregata; *ovaria* minima, compressiuscula, lana densa involuta; *stigmata* sessilia, brevissima, uncinata, superne tenuiter papillosa. — Fructus desideratur. —

*Crescit* in sylvis humidis, ad margines rivulorum, imprimis frequens in monte *Kifune* prope urbem *Miako*, (circ. 35° lat. et 154° long.), unde et nomen japonicum: Kifune-Gik, i. e. Aster de Kifune. (nom. sinense: „Siu-Jak'jak', Tsju-Botan") Colitur frequentissime. — Floret autumno. — 4. —

*Adn.* Toto habitu quam maxime *A. virginianam* et *dichotomam* refert. (An *A. vitifoliae* proprior?) — (Diagnosis atque descriptio ad verbum Florae Japonicae; v. sp. in herb. Zucc.). —

### 58. ANEMONE VITIFOLIA *Hamilt.*

A. foliis radicalibus rotundato-cordatis 5—7-lobis subtus niveo-sericeo-lanatis, involucralibus ternis petiolatis subconformibus, sepalis 5—8 subrotundo-ovalibus extus sericeis, capitulis globosis, carpidiis pedicellatis muticis densissime lanuginosis.

*A. vitifolia* Hamilt. ms. in herb. Lamb. — DC. Syst. I. p. 211. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 663. — Wall. Cat. no. 4695. A. et B. — Don Prodr. fl. nep. p. 193. — Royle Illustr. of Him. I. p. 52.

*Icones*: Lindl. Bot. Reg. t. 1385. — Bot. Mag. vol. IX. t. 3376. — Wall. ic. ined. 428. — Royle ic. ined. 4. —

*Habitat* in *Nepalia* circa Lamba, DC.! — ad *Suemba Nepaliae superioris*, Don! — *Mussooree alpium Himalayensium*, alt. 5000—7000 ped., Royle! — *Fl.* Junio, Julio. — 4. —

*Descr. Radix* lignosa, fusiformis. *Caulis* adscendens, bipedalis, undique adpresse lanuginosus, bis trichotomus, crassitie calami scriptorii. *Folia radicalia* longe petiolata, magna, spithamaea, 5 — 6 pollices lata, ea *Vitis viniferae* aemulantia, rotundato-cordata 5—7-loba, venosa, supra viridia sparse adpresso-pilosa, subtus lana nivea tomentosa: lobis latissimis ovali-oblongis obtuse sinuatis incisulo-crenatisque; *involucralia* terna petiolata cordato-trifida conformia, petiolis tomentosis $^1/_2$ — $1^1/_2$-pollicaribus; ejusdem formae folia involucellaria bina ternave subsessilia minora, quorum in angulis iterum oriuntur pedicelli bi-trichotomi, nunc segregatim nunc ad basin involucellati. *Pedunculi* solitarii (Don!) vel terni quaternive, elongati, tenues, lanuginosi. *Flos* fere *A. silvestris* magnitudine, alabastri statu globosus, tomentosus; *sepala* 5 — 8 subrotundo-ovalia, lactea (intus purpurascentia DC.), crassiuscula, extus sericeo-villosissima. *Stamina* brevissima; *antherae* croceae. *Gynophorum* conicum. *Carpidia* parva, pedicellata, mutica, densissime lanuginosa, superne glabra, in *capitulum* globosum collocata. Equidem matura nondum vidi. (v. specimina Wallichiana in herb. *Spreng.* et *Berol.*)

*b.* Carpidiis glabris, rarissime pilosis.

59. ANEMONE PENNSYLVANICA *L.* (*et Hook.*)

A. foliis radicalibus tripartitis, segmentis bipartitis trifidisve, laciniis lanceolato-acuminatis apicem versus inciso-serratis, involucralibus involucellaribusque sessilibus conformibus, sepalis 5 elliptico-obtusis obovatisve, carpidiis pilosis glabrisve compressis marginatis stylo longo apice recto vel uncinato attenuatis.

*A. pennsylvanica L.* mant. II. 247. Codex no. 4014. — DC. Syst. I. p. 209. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 662. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 8. — Torr. et Gray Fl. of North Am. I. p. 14. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 17. —

*A. canadensis L.* syst. XII. tom. III. app. p. 231. et hort.

*A. irregularis Lam.* dict. I. p. 167.

*A. aconitifolia Mchx.* fl. Bor. Am. I. p. 320.

*A. dichotoma L.* amoen. I. p. 155. Codex no. 4015. — DC. Syst. I. p. 210. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 662. — Ledeb. fl. alt. II. p. 365.

*Icones*: Linn. fil. dec. 29. t. 15. — Hook. Fl. Bor. Am. I. tab. III. fig. B.

*Habitat* in *America boreali* a *civitatibus consociatis* (*Pennsylvania*, Pursh! *Michigan*, *Ohio*, Torrey et Gray! *Nova Anglia*, Michaux!) per *Canadam* ad *sinum Hudsonis* atque usque ad fluminis *Mackenzie* origines (circiter 60° lat.) ex Hooker! — nec non in omni *Sibiria*, praesertim ad *Udae* fontes, Laxmann! ad *Lenam*, Billings! *Ural* et ad *Irtysch*, *Ob*, *Salengam*, et in *regione altaica*, Pallas! Ledebour! in *Dahuria* prope *Irkutzk* et in ditione *Baicalensi*, Besser! prope *Tschita*, Patrin! in *Sibiria maxime orientali*, Redowski!

*Descr.* Tota planta pedalis ad ulnarem, in caule et petiolis pilis patentibus, in foliis pilis adpressis pilosa. *Radix* subrepens, flexuosa, lignosa, parce fibrosa. *Folia radicalia* ex imo caule orta, longe petiolata, ampla, tripartita; segmentis lateralibus interdum profunde bipartitis, intermedio trifido; laciniis oblongo-lanceolatis basi cuneatis acuminatis apicem versus inciso-serratis; *involucralia* terna sessilia cum involucellaribus binis minoribus conformia. *Pedunculi* 3—5-pollicares. *Flos* magnus, pollicaris et ultra in diametro; *sepala* 5 alba, membranacea, extus sericea. *Carpidia* rotundato-compressa, magis minusve pilosa vel etiam glabra, gynophoro hemisphaerico insidentia; *styli* persistentes, pericarpiis multo longiores, recti vel ad apicem uncinati; statu juniore breves et semper uncinati. (Hook.)

*Floret* Junio, Julio, Torr. et Gray! — ♃. —

*Observ. I.* Num *Hookerus A. dichotomam Linnaei* bene cum hac specie conjunxerit, nescio; in speciminibus sibiricis equidem observavi carpidia semper glabra stylis rectis carpidio brevioribus; ex autorum descriptionibus praeterea differt planta sibirica *radice repente* (Led.), *statura graciliori*, *superficie magis glabra*, *involucro bifolio*, *foliorum lobis magis oblongis basi vix angustatis apice parcius incisis*, *caule interdum ter quaterve dichotomo*, *floribus paullo minoribus* et, secundum Gmelinum, *in pedicellis secundariis semper tetrasepalis.* — Deest in herbariis meis speciminum bonorum sufficiens copia, quibus examinatis propriam edere possim sententiam.

*Observ. II. A. pennsylvanica β. Laxmanni DC.* „foliis radicalibus longe petiolatis tripartitis fere trisectis, segmentis cuneatis, lateralibus bifidis, omnibus apice acuminatis inciso-dentatis; petiolis apice ciliolatis; limbo ad oras ciliolato, pilis nempe minimis; involucro bifolio, foliis sessilibus oppositis, 2 — 3-floro; pedicellis longis *ad imam*

*basin involucellatis*, pilis minimis pilosulis; sepalis 5 ovalibus obtusis albis; ovariis parce villosis", quam DC. in herb. Pall. Lamb. a Laxmanno in *Sibiria* lectam vidit, et quae e sententia Candollii verisimiliter est species distincta, mihi in herbariis non fuit obvia, nisi *A. dichotoma* herb. Ber. fol. 2., quam ad Kelesch (?) flumen legit clariss. Lessing, statura tenera, involucellis basilaribus, carpidiis glabris stylis rectis excellens, huc spectat. —

60. ANEMONE BARBULATA *Turcz.*

A. foliis basi attenuatis, pubescentibus, trisectis: segmentis tripartitis, laciniis inciso-dentatis; involucralibus tribus angustioribus, petiolis pedunculisque apice pilosissimis, sepalis 5 oblongis apice barbulatis; ovariis glabris, stylo arcuato terminatis. —

*Anemone barbulata Turcz.* in Bull. de la Soc. de Moscou, 1837. p. 149.

In *China borcali* legit Dr. Kirilow.

*Obs.* Ab *A. pensylvanica* praeter notas indicatas floribus plus quam duplo minoribus differt. — (Sectionis Anemonospermos! teste Turczan.)

61. ANEMONE RIVULARIS *Hamilt.*

A. foliis radicalibus ternatis utrinque pilosis, foliolis late ovatis cuneato-sessilibus trifido-incisis argute dentatis, lateralibus interdum bipartitis, involucralibus binis (ternisve?) sessilibus tripartitis, segmentis lanceolatis acutis inciso-serratis, sepalis 5 ovalibus nudiusculis, carpidiis glabris apice revolutis.

*A. rivularis Hamilt.* ms. in herb. Lamb. — DC. Syst. I. p. 211. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 663. — Wall. Cat. no. 4692. — Don Prodr. fl. nep. p. 193. — Royle Illustr. of Himal. I. p. 52.

*A. hispida Wall.* Cat. no. 4694. teste Royle!

*Icones*: Wall. ic. ined. 973.

*Habitat* ad rivulos prope *Chitlong* oppidum *Lahuri* sive *Nepaliae minoris*, Hamilton! Wallich! — frequenter in humidis ad *Mussoorce Himalayae*, nec non in *Kunawar*, Royle! — *Fl.* Aprili. — 4. —

*Descr. Radix* lignosa, nigra. *Caulis* pedalis, nunc sesqui- nunc bipedalis, folia duplo superans, filiformi-teres, erectus, villosus. *Folia radicalia* numerosa, longe petiolata ternata utrinque pilosa, subtus pallida, ad basin et in petioli apice pilis patentibus subhispida; *involucralia* bina ternave (*bina*, *Don*!), sessilia tripartita, segmentis lanceolatis, acutis, serratis pinnatifidisve. *Pedunculi* terni (an etiam solitarii? Don!), elongati, tennes, unus nudus, vel etiam *omnes* supra involucellati, iterum di-trichotomi. *Alabastra* subrotunda, glabriuscula. *Sepala* subrotunda, ovalia, vel ovali-lanceolata, alba, extus nudiuscula. *Carpidia* gynophoro hemisphaerico insidentia, glabra, rostrata, apice revoluta. In statu juniori styli sunt recti; fructus maturos nondum vidi. (V. sp. in herb. Ber. et Spreng.)

## 62. ANEMONE ELONGATA *Don.*

A. foliis tripartitis petiolisque nudiusculis, segmentis cuneatis inciso-lobatis dentatisve, involucris diphyllis trilobis inciso-dentatisque basi connatis, pedunculis ternis simplicibus trifidisve pilosis, sepalis 5 ovalibus, carpidiis rostrato-glabris. —

*Anemone elongata Don* Prodr. fl. Nepal. p. 194. (a. 1825.)

*Hab.* in *Gosaingsthan Nepalensium.* Wallich! (deest in Catalogo!) 4.

*Observ. Caulis* pedalis, foliis quadruplo longior, glaber; flores lactei. — Praecedente gracilior et laevior, floribus minoribus. —

## 63. ANEMONE HELLEBORIFOLIA DC.

A. foliis radicalibus pedatisectis subcoriaceis glabris, segmentis subpetiolulatis basi cuneatis trifidis, lobis serratis acutis, involucralibus involucellaribusque ternis subsessilibus trifidis serratis, ovariis glabris. —

*Anemone helleborifolia DC.* Syst. I. p. 211. — Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 663. —

*Icon*: desideratur.

*Hab.* in *America meridionali* circa *Huasa-Huasi* (regni *Chilensi*?), Dombey! — ♃. — (Specimina nondum vidi; DC. vidit in herb. Mus. Par.). —

*Descriptio Candollcana*: *Planta speciosa distinctissima*; *radicis truncus* teres crassiusculus fibrillas plurimas agens; *folia radicalia* subcoriacea numerosa, petiolis 3—4 pollices longis pilosis, pedatisecta, segmentis glabris basi cuneatis subpetiolulatis trifidis, lobis serratis acutis interdum subtrifidis; *caulis* erectus teres fistulosus pedalis aut sesquipedalis; *umbella* composita generalis 3—4-radiata, pedunculis elongatis glabris; umbellae partiales saepius 3-florae pedicellis subvillosis; *involucrum involucellaque* trifolia, foliolis subsessilibus basi subvillosis trisectis, segmentis trifidis serratis acutis. *Flores* albi; *sepala* 5 ovalia; *stamina* brevia; *carpella* 15—20 ovalia, glabra, stylo uncinata, super gynophorum villosum aggregata; interdum tertium sub flore situm involucellum reperitur. —

*Observ.* Ut praetermittam, quod inter plantas *Unionis itinerariae* (Herb. Bert. no. 46.) *A. helleborifoliae* nomine jam edita fuerit stirps ab hac nostra distinctissima specie prorsus recedens, quam supra sub *A. decapetala L.* memoravi, nuperrime iterum vir clariss. *Ruschenberger* in „*Mercurio Chileno*" (cf. *Silliman* Journ. of Science vol. XIX. a. 1830. p. 299 sq.) de *A. helleborifolia DC.* (Chilensibus

„*Centella*" dicta, et in hortis tam propter vim suam vesicatoriam, quam ornamenti gratia culta) fecit sermonem, de eximio inter hanc et *A. decapetalam* connexu et de variis tantisque inter eas affinitatibus, ut *A. helleborifolia* nonnisi *A. decapetalae* varietas esse videretur, disserens. Quum vero hac toto coelo inter se differant species, equidem haud intelligo, quod hoc sibi velit. —

64. ANEMONE AEQUINOCTIALIS *Poepp.*

A. foliis radicalibus palmato-quinatis subcoriaceis sparse pilosis, segmentis ovato-oblongis basi cuneatis trifidis, lateralibus bipartitis, lobis argute (interdum duplicato-) serratis, involucralibus (binis Poepp.) involucellaribusque breviter petiolatis subconformibus, pedunculo primario brevi nudo, secundariis 3 — 4 elongatis iterum dichotomis, sepalis 4 ovali-rotundis, gynophoro hemisphaerico pilosissimo, carpidiis ovali-oblongis introrsum uncinatis glabris.

*A. aequinoctialis Poepp.* Fragm. Syn. p. 27. (a. 1833.) Diar. IV. 1596.

*Habitat* in *Peruviae* montosis ad *Cuchero* et *Cassapi*, *Andes* de *Huanuco*. Floret Decembri. 2. —

*Observ.* Species ex mea sententia fortasse cum *A. helleborifolia DC.*, quam nondum vidi, conveniens; planta *peralta*, cujus nonnisi fragmenta superiora et singula folia radicalia inspicere potui; quare in medio fuit relinquendum, num involucrum generale sit diphyllum, ut vult clariss. Poeppigius; qua in nota et in foliorum vestitu, quae costis praesertim sparse pilosa ac in margine ciliata sunt, nec non in sepalorum numero, quem constanter quaternarium offendi, omnes majoris momenti habebis differentias. — Ex *Pöpp. mss.* (calami lapsu?) in sched. herb. Berol. etiam in *Chile*; sed in Fragm. Syn. pl. Chil., in quam modo, quum unica

ierit intra tropicos autori obvia Anemone, recepta est, non isi *Peruvia* patria laudatur. — (v. specim. in herb. Berol. t Kunzeano.) —

### 65. ANEMONE OBTUSILOBA *Don.*

A. foliis cordatis trilobis petiolisque villosissimis, segmentis late cuneatis inciso-crenatis, involucris triphyllis tridis, lobis lineari-oblongis apice rotundatis dentatis, sepalis 5 obovatis, carpidiis rostratis pilosis.

*Anemone obtusiloba D. Don.* Prodr. fl. Nep. p. 194. (a. 1825.) — Royle Illustr. Him. vol. I. fasc. II. p. 52. (a. 1834.)

*Anemone Gouaniana Wall.* Cat. no. 4688. (a. 1828.) teste Royle! —

*Hab.* in *Gosaingsthan Nepaliae*, Wallich! in Don Prodr. — A. *Sirmore*, alt. ped. 9000—12000, Dr. Gouan! B. *Komaan*, RB.! — sic Wallich! in Catal. — *Alpes Choor*, alt. 10—12000 ped., Royle! (Alpes *Choor* in *Sirmor* sub 31° lat.) — *Floret* Majo, 4. —

*Descr. Caulis* erectus, villosus, pedalis, foliis duplo longior. *Folia* longe petiolata, cordata, trifida, villosissima; *segmentis* latissimis, cuneatis, trilobis, inciso-crenatis, obtusissimis. *Pedunculi* 2—3, terminales, uniflori, villosi, nudi vel bracteis 2 simplicibus membranaceis instructi. — *Flores* magnitudine *A. dichotomae*, lactei. —

### 66. ANEMONE VILLOSA *Royle.*

A. foliis radicalibus villosis cordato-rotundatis quinquelobis, lobis cuneatis inciso-dentatis, involucris sessilibus cuneiformibus trilobis, lobis 3-dentatis, floribus umbellatis, pedicellis involucro longioribus nudis vel involucella 1—2-folia gerentibus, sepalis 5 obovatis supra glabris, ovariis ovatis glabris.

*Anemone villosa Royle* Illustrations of the Botany of the Himalayan Mountains, vol. I. fasc. II. p. 52. (a. 1834.)

*Hab. Lippa* et *Cheenee* in *Kunawar*, Royle! — (28°—31½° lat.)

*Observ. A. narcissiflorae* affinis! ex Royle! — (Equidem ex diagnosi Royliana in sectionem *Anemonospermos* collocandam censeo. — Specimina nondum vidi.) —

67. ANEMONE TETRASEPALA *Royle.*

A. foliis radicalibus longe petiolatis triangulari-cordatis 3- vel 5-lobatis, lobis cuneatis dentatis supra glabris subalveolatis, infra pallidis pilosis, involucris 4-foliis, duobus externis late cuneatis trilobis, internis externis alternantibus cuneatis serratis, umbellis 5-radiatis, umbellulis 3—5floris, involucellis triphyllis, sepalis 4 obovato-rotundatis patentibus. —

*Anemone tetrasepala Royle* Illustrations of the Botany of the Himalayan Mountains, vol. I. fasc. II. p. 53. (a. 1834.)

*Hab. Jumboo*, Royle! (28°—31½° lat.)

Sectio VI. *HOMALOCARPOS DC.*

Syst. I. p. 212. — DC. Prodr. I. p. 21. (Petasodes Spreng. Syst. II. p. 663.) — Endl. Gen. p. 845. no. 4773. b. ζ. —

*Calyx* corollinus 5 — 6-sepalus. *Gynophorum* subhemisphaericum. *Involucrum* sessile. *Carpidia* elliptico-compressa suborbiculata breviter rostrata. *Pedicelli* umbellati rarius solitarii uniflori.

68. ANEMONE NARCISSIFLORA L.

A. foliis radicalibus palmatim 3 — 5-partitis segmentis profunde bi-trifidisve, laciniis varie lineaiiter incisis rarius integris, involucralibus ternis quaternisve

sessilibus tripartitis, incisis integerrimisve, pedunculis umbellatis (rarius solitariis), sepalis subquinis obovatis ellipticisve, carpidiis compressis ovato-rotundis glabris margine membranaceis substipitatis, stylo brevi curvato.

*A. narcissiflora L.* sp. 763. Codex no. 4021. — DC. Syst. I. p. 212. — DC. Prodr. I. p. 21. — Spreng. Syst. II. p. 663. — MB. fl. Taur. Cauc. II. p. 20. — Baumg. En. Transs. p. 108. — Poll. Ver. II. p. 226. — DC. et Duby Bot. gall. I. p. 6. — Rchb. fl. exc. p. 731. — Rchb. D. Fl. p. 109. — Koch D. Fl. IV. p. 108. — Koch Syn. p. 8. — Hegetschw. Fl. der Schw. p. 529. — Wimmer Fl. von Schl. p. 12. — Ledeb. fl. alt. II. p. 366. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 8. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. I. p. 14. — Led. fl. ross. I. p. 18. —

*A. fasciculata L.* sp. 763. Codex no. 4022. — Laxm. nov. Comment. Petrop. XVIII. p. 532. —

*A. umbellata Lam.* fl. fr. ed. I. vol. III. p. 322. —

*A. umbellata Willd.* sp. II. p. 1284. — DC. Syst. I. p. 213. — DC. Prodr. I. p. 22. — Spreng. Syst. II. p. 663. — (*A. fasciculata Vahl* Symb. III. p. 74.) —

*A. speciosa Adams* ms. in herb. Willd. no. 10,460: „A. scapo unifloro involucrato, involucris multifidis, foliis tripartitis trifido-incisis, Willd." — ex alpibus *Caucasi.* —

*Icones*: Jacq. austr. t. 159. — Crantz austr. fasc. II. t. 3. f. 1. — Curt. Bot. Mag. t. 1120. — Zollik. Tent. fl. Helv.-h. I. t. 9. — Jaume et St. Hil. t. 434. — Rchb. ic. fl. germ. t. 48. no. 4647. — De Less. ic. sel. vol. I. t. 18. (A. umbellata Willd.)

*Herbaria*: Cent. sil. VI. — Sieb. austr. no. 177. — Sieber pl. agr. Rom. fasc. III. — Rchb. Cent. exs. no. 1389. —

*Descript.* Wimm. et Grab. fl. Sil. II. p.... — Koch D. Fl. IV. p. 107 sq. — Rchb. D. Fl. p. 109. — Ledeb. fl. alt. II. p. 366. —

*Distributio geographica.* Per *Europam*, *Asiam* et *Americam*, inter 38° — 68° lat. bor. —

Europa: *Gallia*, (in *Pyrenaeis*, DC.! in *Alsatiae Vogeso*, (3400 — 4400 ped. alt., Kirschleger! atque in *Jurasso*, DC.!) — *Helvetia*, (per totas alpes, 5000 — 7000 ped., Hegetschweiler!) — *Italia*, (in alpibus *Lombardiae*, *Pedemontii* et *Sabaudiae*, nec non in montium *Penninorum* atque *Abruzzorum* secunda regione alpina; *deest* in monte *Actna*; Tenore! — in *Germania**), (*in Magno Ducatu Badensi* prope *Immendingen*, Amtsbuehler! — per alpes *Tyrolis* (4000 — 6000 ped. alt., Henfler! 5000 — 7000 ped. alt., Sauter!), *Salisburgi*, *Carnioliae*, *Carinthiae*, *Styriae*, *Austriae*; in *Sudetis* inter 4700 et 3460 ped. alt., Wimmer! Elsner!) — in *Hungariae* et *Galiciae Carpatis*, supra terminum Mughi, 5500 ped. usque ad 6600 ped., descendit rarius ad terminum *Abietis*, 4500 ped., Wahlenberg! — in *Bucowina*, Herbich! — *Podolia* et *Volhynia*, Besser! — *Transsylvania*, Baumgarten!

Asia: *Cappadocia*, Tournefort! *Armenia*, Koch! — in regione subalpina et alpina *totius Caucasi*, 4800 — 8400 ped. alt., nec non in monte *Beschtau*, C. A. Meyer! — in alpibus *Uralensibus* vulgatissima, Lessing! Drège! — in montibus alpinis et subalpinis *Altaicis* ubique, Ledebour! *Dahuria*, Patrin! in regionibus *Baicalensibus*, Turczaninoff! — *Kamtschatka*, Gmelin! —

America: *Canada*, Pursh! in *America arctica occidentali*, Menzies! *Sinus Kotzebuei*, Lay et

---

*) Olim (a. 1794.) ad locum „Wolfsbach prope *Hohegeiss Hercyniae*" a Dr. Roehrhand indicata; hodie desideratur, teste Hampe, Linnaea 1840. p. 336.

Collie! *Unalaschka*, Nelson! Chamisso! *Sinus* et *insula St. Laurentii*, Chamisso! *Sitcha* et *insulae Koraginae*, Mertens! —

*Floret* Majo, Junio, Julio. — 4. —

*Observ.* Variat planta altitudine nunc digitali nunc cubitali, superficie nunc villosissima nunc subglabra, sepalis 5—6 (rarius 7—8) plerumque albis, in Caucaso interdum violaceo-purpurascentibus sulphureisve; pedicellis (plerumque 3—6) solitariis vel novenis, nunc brevissimis nunc 6-pollicaribus; foliorum laciniis nunc varie incisis inter se contiguis, nunc oblongis integris, quae omnes modificationes varietatum signum non merentur. — *A. umbellata Willd.* herb. et Deless. ic. est forma foliorum (radicalium atque involucralium) laciniis integerrimis paucioribus; exactissime congruens cum nonnullis *A. narcissiflorae* speciminibus altaicis a Ledebourio collectis. — *A. speciosa Willd.* herb., foliis trisectis, scapo 1—2-floro, sepalis violaceis sulphureisve excellens, absque dubio ad hanc speciem revocari potest, quod etiam carpidiorum indole, statu juniori stylis rectis praeditis, confirmatur.

69. ANEMONE BAICALENSIS *Turcz.*

A. foliis radicalibus trisectis, segmentis lateralibus bipartitis, intermedio laciniisque lateralium bi- vel trifidis basi cuneatis subrhombeis apice inciso-serratis; involucralibus 2 sessilibus tripartitis, laciniis bi- vel trifidis inciso-serratis; pedicellis solitariis vel geminis, sepalis 6 ellipticis, carpidiis pilosis stylo brevissimo recto coronatis.

*A. baicalensis Turcz.* Cat. Baical. no. 22. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 17. (a. 1841.)

*Habitat* in sylvis ad litus australe lacus *Baical Sibiriae* circa ostia fluvii Chora-Marin, Wydrenka! (Turcz.) 4. —

*Descr. Florae rossicae.* Tota planta pilosa. *Radix* crassa, obliqua, inferne fibris stipata. *Caulis* ad involucrum usque nudus, 7 — 13-pollicaris, gracilis. *Folium radicale* unicum, longe petiolatum, ambitu suborbiculatum, diametro $2\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ pollicare, utrinque adpresse pilosum, ciliatum. *Petiolus* 5 — 7-pollicaris, caule fere crassior et una cum illo patenter pilosus. *Folia involucralia* radicali multo minora. *Pedicelli* solitarii vel gemini, involucro triplo longiores, erecti, superficie caulis. *Flos* diametro circiter pollicari. *Sepala* 6, patentia, elliptica, apice rotundata, extus adpresse pilosa, intus glabra, ciliata, multinervia, in sicco albida. *Stamina* numerosa, dimidium sepalorum longitudinem parum superantia. *Germina* multa, albido-villosissima. *Carpidia* compressa, villosa. *Stylus* brevissimus, rectus, glaber. *Stigma* obliquum, subincrassatum. *Receptaculum* glabrum.

*Observ.* Ex observatione Ledebouriana ambigit species inter sectiones *Anemonospermos* et *Homalocarpos*; sed ob inflorescentiam illi *A. narcissiflorae* magis similem et ob pedicellos minime involucellatos in hanc sectionem redegit illustriss. autor. — Specimina nondum vidi. —

## 70. ANEMONE POLYANTHES *Don.*

A. foliis longe petiolatis cordatis tripartitis villosissimis, segmentis late cuneatis trilobis inciso-dentatisque involucris triphyllis tripartitis, segmentis bifidis pinnatifidisve, pedunculis umbellatis simplicibus, sepalis 5 obovatis carpidiisque glabris. —

*Anemone polyanthes* D. Don Prodr. fl. Nep. p. 194. (a. 1825.)

*Habitat* in *Gosaingthan Nepaliae*, Wallich! 4. —

*Descr.* ***Radix*** grumosa. ***Folia radicalia*** numerosa, tripartita, utrinque villosissima, ***segmentis*** latissimis, cuneatis, trilobis et inciso-dentatis. ***Petioli*** 4-unciales vel spithamaei, basi valde dilatati. ***Pedunculi*** terminales, plures (5—6) umbellati. —

*Observ.* ***A. narcissiflorae*** affinis. —

### 71. ANEMONE HEPATICAEFOLIA *Hook.*

A. foliis radicalibus hastato-trilobis angulato-dentatis submarginatis hirtiusculis, involucralibus ternis sessilibus pinnatifidis, pedunculis 3—5 umbellatis simplicibus, sepalis 5 obovato-ellipticis, carpidiis ellipticis stylo breviusculo nudo recurvato terminatis.

*A. hepaticaefolia Hook.* ic. pl. vol. I. t. 1. (a. 1837.)

*Habitat* in sylvis umbrosis ad sinum *Valdiviae Americae meridionalis*, 40° lat. mer., Bridges! (coll. no. 579.)

*Descr.* ***Radix*** fibrosa. ***Folia*** omnia radicalia, petiolata, biuncialia et ultra, hastato-trilobata, subcoriacea, hirtiuscula (subtus praecipue), lobis acutiusculis anguste marginatis, angulato-dentatis; ***petiolis*** longitudine foliorum hirsutis. ***Scapus*** 1—2-pedalis, erectus, pilis laxis hirsutus, umbella 3—5-flora terminatus. ***Involucrum*** triphyllum; foliis biuncialibus, sessilibus, hirsutulis; pedicellis hirsutis subaequilongis. ***Flores*** majusculi, ut videtur, ochroleuci. ***Sepala*** 5 patentia, obovato-elliptica, striata. ***Stamina*** numerosa. ***Antherae*** adnatae apice ***appendiculatae.*** ***Ovaria*** elliptica, stylo breviusculo nudo recurvato terminata. — Species distinctissima, incolarum lingua „Estrella" dicta. (Hooker!) —

Sectio VII. *HEPATICA Spreng.*

Syst. II. p. 660. — (Hepatica Dill. — DC. Syst. I. p. 215. — DC. Prodr. I. p. 22. — Endl. gen. p. 845. no. 4774.)

*Calyx corollinus* 6—9-sepalus. *Gynophorum* subhemisphaericum alveolis ciliato-vaginantibus instructum. *Involucrum* trifolium flori approximatum, calyciforme. *Pedicelli* solitarii, brevissimi. *Carpidia* villosa breviter rostrata.

72. ANEMONE HEPATICA L.

A. foliis radicalibus cordato-trilobis, lobis integerrimis acutis acutiusculis obtusisve, involucralibus ternis (rarissime quaternis quinisve) integris flori approximatis, petiolo scapoque pilosis. —

*A. Hepatica L.* sp. 758. Codex no. 3999. — Spreng. Syst. II. p. 660. — Röhl. D. Fl. ed. Koch IV. p. 99. — Koch. Syn. p. 6. — Hartmann Skand. Fl. p. 129. — Boissier Voyage en Espagne vol. I. livr. II. p. 4. Fleischer Fl. von Esth-, Liv- und Kurland p. 196. — Hegetschw. Fl. der Schw. p. 527. —

*Hepatica triloba Chaix* in Vill. Dauph. I. p. 336. — DC. Syst. I. p. 216. — DC. Prodr. I. p. 22. — DC. et Duby Bot. Gall. I. p. 6. — Hook. Fl. Bor. Am. I. p. 8. — Torr. et Gray Flora of North-Am. v. I. p. 15. — Drejer Fl. hafn. p. 197. — Wimmer Fl. v. Schl. p. 13. — Led. fl. ross. I. p. 22. —

*Hepatica nobilis Volkam.* Rchb. Fl. exc. p. 730. — Rchb. D. Fl. p. 107.

*Hepatica anemonoides Vest.*

*Anemone praecox Salisb.* Prodr. p. 371.

*a. acutiuscula*, foliorum lobis acutiusculis. — DC. Prodr I. p. 22. no. 1. — Haec vulgatissima in Europa; in America quoque sequentibus copiosior. —

*β. acuta*, foliorum lobis acutis. — ***H. acutiloba DC.*** Prodr. I. p. 22. no. 4. — ***H. triloba var. β. acuta*** Bigelow fl. Bost. ed. II. p. 222. — Hook. Bor. Am. I. p. 9. — Torr. et Gray Fl. of North-Am. I. p. 15. — In *America boreali.* —

*γ. obtusa*, foliorum lobis rotundato-obtusis. — ***H. americana*** Ker. Bot. Reg. t. 387. — DC. Prodr. I. p. 22. no. 2. — ***Hepatica triloba var. δ.*** Hook. Bor. Amer. I. p. 9. — ***H. triloba var. α.*** Torr. et Gray Fl. of N. Am. I. p. 15. — In *America boreali*; *Fennia*, Ledebour! — an quoque in *Bohemia*? —

*Icones*: Tabern. p. 911 u. 912. f. 1. 2. 3. — Blackw. herb. t. 207. — Fl. Dan. t. 610! — Sturm D. Fl. fasc. 7. — Schkuhr Hdb. II. t. 150. — Tratt. ic. pl. t. 302. — Smith Engl. Bot. t. 51. — Bot. Mag. t. 10. — Bot. Reg. t. 387. (var. γ.) — Svensk Bot. 141. — Flora Graeca t. 513. — Hayne Arzn. I. t. 21. — Plenck t. 452. — Rchb. ic. fl. germ. t. 47. no. 4642. —

*Herbaria*: Cent. Sil. IV. — Hansen herb. Schlesw. Holst. no. 756. — Rchb. Cent. exs. fl. germ. no. 693. —

*Descriptio.* Koch D. Fl. vol. IV. p. 99. — DC. Syst. I. p. 217. — Rchb. D. Fl. p. 107. —

*Distributio geographica.* Per omnem fere *Europam* a 64°—37° lat., et 11°—65° long., in *Asia uralensi*, nec non in *America boreali*, 33°—57° lat. —

Europa: *Suecia* atque *Norvegia*, frequenter, Wahlenb.! (vix ultra 64° lat. septentr. versus). — *Livonia*, *Esthonia*, *Curonia*, Fleischer! — *Dania*, Drejer! — *Germania*, („non ubique" Koch! sed hucusque nulla florula germanica, in qua defuerit, mihi innotuit; — in alpibus *Tyrolensibus* teste Henflero ad 4000 pedes, teste Sautero ad 5000 ped. adscendens.) — *Hungaria* et *Banatus*, Wahlbg.! Endlicher! Sadler! Rochel! — *Galicia*, *Podolia*, *Vol-*

*hynia, Lithuania*, Besser! — *Rossia*, in *Fennia*, e. g. prope *Petropolim*, Weinmann! a *Newa* usque ad *Volgam*, Falk! — *Transsylvania*, Baumgarten! — *Bulgariae* in montibus *Balcani*, Frivaldsky! — *Graecia*, Sibthorp! — *Italia* usque ad regnum *Neapolitanum*, Tenore! — *Corsica*, (1800 ped. alt.) de Salis-Marschlins! — *Helvetia*, Hegetschweiler! — *Gallia*, DC.! — *Hispania*, (ubique in montosis, Quer! Asso! — *Sierra de Gador*, Boissier! —

*Termini boreales*: circ. 64° lat. Orkedalen Norvegiae, Jemtlandia, Angermannia.

*Termini australes*: circ. 37° lat. Hispania australis, Graecia.

*Termini occidentales*: circ. 11° long. Hispania.

*Termini orientales*: circ. 65° long. ad Volgam.

(*Deest* in *Sardinia*, Moris! — in *Anglia* et *Scotia*, Hooker! Greville! in *Hibernia*, Mackay!) —

Asia: in ditione *Uralensi* prope Jekatherinenburg et Tjumen, Ledebour!

America: *Carolina australis*, (33 °— 35° lat.) Torrey et Gray! — *Boston*, Bigelow! — *Ohio*, Edw. James! — *Kentucky*, Hooker! — *Canada*, usque ad 52° lat., Hooker! in convallibus orientalibus *alpium rupestrium* (Rocky Mountains) usque ad 55° lat., Drummond! — *Sitcha*, (circ. 57° lat.) Bongard! —

*Floret* a *Februario* ad *Majum*; (rarius coelo favente *Novembri*, *Decembri*, *Januario*). — (Cf. de tempore florendi observationes Schuebleri in Fl. 1830. p. 355. et 1831. I.) — ♃.

*Observ. I.* Planta est mutabilior, quam ut singulae formae certis coerceri possint finibus; occurrit interdum quinqueloba, qualem in agro Bostoniensi legit Dr. Boott; formam obtusilobam, ab *H. americana Ker.* nulla nota recedentem

in *Bohemia* prope Pragam et Reichenberg legerunt Opiz et Langer. — Saepissime involucri unum alterumve folium in sepalum transformatur, (magnam in Hepatica foliorum floralium et vegetativorum affinitatem jam memoravit Illustr. Roeper in Linnaea 1826. p. 442.), ad analogiam specierum congenerum. — Sepalorum color coeruleus, rarius albus, cinereus, carneus, violaceus. — Gaudet A. Hepatica, ut optime monuerunt complures floristae recentiores, praesertim locis calcareis. (Cf. *Unger* Einfluss ect. p. 360.)

*Observ. II.* Memorabilem *A. Hepaticae* monstrositatem in Hercynia lectam descripsit clar. *Wallroth* in Linnaea 1840. p. 588. Paralip. Hamp. no. 150: „*Anemone Hepaticae L. lusus criostemmus Wallr. herb.* foliis trilobis integerrimis, sepalis 5 ellipticis obtusis praeter marginem violaceum herbaceis involucro brevioribus persistentibus, *staminibus* abbreviatis (nihilominus fertilibus) carpellisque *villosis*, stylo exserto. (Ostenti analogiam in *A. pratensi chlorantha* cf. in descript. Kochiana, Reg. Zeit. 1832. II. p. 537.) —

73. ANEMONE ANGULOSA *Lam.*

A. foliis radicalibus palmato-angulatis quinquelobis, lobis serratis, petiolo scapoque villosis. —

*Anemone angulosa Lam.* dict. I. p. 169. — Spreng. Syst. II. p. 660. (excl. Syn. A. pedata Rafin? e Nova Caesarea?).

*Hepatica angulosa DC.* Syst. I. p. 217. — DC. Prodr. I. p. 22. no. 3. —

*Hepatica triloba var. angulosa*, Spach hist. des Végét. v. VII. p. 241.

*Patria* ignota. — Olim in horto Pharm. Par. culta. 2. —

*Descr.* Folia radicalia in caespitem hemisphaericum densum aggregata, petiolata, 5 — 7-loba; lobis palmato-

angulatis irregulariter serratis, atro-viridia venosa, in venis postice et in petiolis villosa, fere Ranunculi acris folia aemulantia; scapi tenues foliis aequales villosi 1-flori; flos purpureus aut coeruleus; sepala 8 — 9 elliptica patentia. (Lam.) —

*Observ.* Cur Sprengelius ad *A. pedatam Rafin.* synonymon conjecturam fecerit, nescio. —

## INCERTAE SEDIS ET QUOAD GENUS DUBIA.

### ANEMONE INTEGRIFOLIA *Sprcng.*

A. foliis radicalibus ovatis, integris, integerrimis coriaceis, supra adpresso-pilosis, subtus tenuiter lanuginosis.

*Anemone integrifolia Spreng.* Syst. II. p. 660. *nec Humb.* —

*Hepatica? integrifolia DC.* Syst. I. p. 217. —

*Hepatica integrifolia Humboldt,* Bonpl. Kunth, Nova Gen. et Sp. vol. V. p. 32. — Kunth Syn. vol. III. p. 113. — DC. Prodr. I. p. 22. — G. Don Dict. vol. I. p. 22. —

*Anemone integrifolia G. Don.* Dict. vol. I. p. 17. no. 12.?? (an species cognata?).

*Icon*: desideratur.

*Crescit* in frigidis inter *Micuipampa* et fodinas metalliferas *Gualjayoc*, alt. 1850 hex. (regno *Peruviano* (6 — 8° lat. austr.) *nec* vero in *Mexico*, ut false habet *Spreng.* l. c.). — Floret Augusto. ♃. —

*Descr. Herba* acaulis. *Folia radicalia* petiolata, ovato-oblonga, acutiuscula, basi obtusa, integra, integerrima, subquintuplinervia, coriacea, supra adpresso-pilosa, subtus sericeo-lanuginosa, 12 — 15 lineas longa, 6 lineas lata. *Petioli* 9 — 15 lineas longi, sericeo-lanuginosi, inferne membranacei et vaginantes. *Pedunculi* radicales uni-

flori, 12—15 lineas longi, crassi, cylindracei, lanuginosi, nudi. *Flos* erectus, *nudus, nisi foliola exteriora calycis pro involucro sumas.* *Calyx* polyphyllus, foliolis circiter 20, late linearibus, obtusis, planis, patentibus, nervosis, membranaceis, extus tenuiter lanuginosis, subaequalibus, violaceis (?), 10—11 lineas longis sesquilineam et paulo latioribus, interioribus tenuioribus, apice tantum lanuginosis. *Stamina* creberrima, hypogyna, calyce triplo breviora. *Filamenta* linearia, glabra. *Antherae* basi affixae, ovatae, obtusiusculae, biloculares, glabrae, utroque latere longitudinaliter dehiscentes. *Ovaria* crebra (circiter 20 ex Bonpl.), sessilia, parva, ovato-subrotunda, lenticulari-compressiuscula, lanuginosa, apice in stylum desinentia, unilocularia. *Ovulum* solitarium, orbiculatum, compressum, pendulum. *Styli* filiformes, erecti, glabri, longitudine staminum, apice acuti et revoluti. *Fructus* haud vidi. — *Nonnisi fragmenta hujus plantae suppetunt.* (Kunth.)

*Observ.* Planta *quoad genus* utique dubia. Equidem ad clarissimi *Donii* prorsus delabor sententiam, novum eam constituere genus ex involucri defectu. — Quod enim suspensiorum verborum obscuriori circuitu ostenderunt viri illustrissimi *Willdenovius**), *Candollius***) et *Kunthius****), hoc ille proloquitur aperte, mihique ipsi ex plantae inspectione satis liquet: *defectum* dico *involucri.* — Nam curiosissime mihi manca quidem sed caeterum idonea herbarii

---

*) „*A. integrifolia*: scapo involucrato *flore sessili.*" Willd. ms. Herb. no. 10,439.

**) „Involucrum *flori omnino contiguum.*" DC.!

***) „Flos *nudus*, nisi *foliola exteriora calycis* pro involucro sumas." Kunth!

Willdenoviani excutienti specimina supervenit persuasio, involucrum omnino deesse, quoniam ad polyphori basin circulus, in quo coronatim insident sepala circiter viginti, forma, magnitudine, structura, colore atque villositate plane inter sese aequalia, *vix ultra linear trientem* sit latus. Qua ex re haud bene potest intelligi, quod Candollianum istud sit involucrum „unilaterale? foliolis tribus linearibus longis, an potius monophyllum foliolis ad basin usque tripartitis"; taceam aliam ejus conjecturam, ex qua „folioła alia essent decidua, et planta ipsa ad Pulsatillas accedens, Anemones Hepaticasque forte conjungens" multo magis esse obscuriorem. Quibus quoque verbis factum esse censeo, *Donium candem* bis plantam in opere laudato suo recensuisse, *alteram Hepaticam integrifoliam* e Candollii Prodromo depromptam, *alteram Anemonen integrifoliam*, (quam novam atque specie differentem putavit Donius) fortasse ex Andibus Peruvianis post Humboldtium iterum allatam et in phytophylaciis Lambertianis repertam, cujus, ut facilius enucleatur res, completam ipsissimis illustrissimi autoris verbis ad calcem liceat apponere descriptionem*). — Cur autem planta involucro deficiente in sectione *Preonanthus* collocata sit, assequi non possum. —

---

*) *A. integrifolia*; plant densely clothed with villi; root woody, fusiform; leaves all radical, ovate, entire; petiole rather broad very villous at the base; scape much shorter than the leaves; involucrum *wanting*; sepals numerous about 15, linear, villous on the back, thrice as long as the stamens. — 4. — Native of Peru on the Andes. — Flower solitary, large, purple. — This very remarkable plant will perhaps form a distinct genus with the *Hepatica integrifolia* of DC. from the want of the involucrum. — Pl. $^1/_8$ foot. — (Sectio *Preonanthus* ponc A. alpinam L. — G. Don Dict. vol. I. p. 17.) —

## ANEMONES NON SATIS NOTAE.

1. *Anemones dubiae DC.* Syst. I. p. 214 — 215. excl. litt. M.
2. *A. dubia Bell.**) app. fl. ped. 232. t. 5. (DC. Syst.) t. 7. (DC. Prodr.) p. 26. t. 5. (Pollini!)

   A. narcissiflora L. var. monantha, DC. Syst. I. p. 213. et Prodr. I. p. 22.

   A. baldensis L. *β.* forma ex loci ariditate tabescens, Poll. Fl. Ver. II. p. 223. (a. 1822.)

   A. hortensis L. Spach Hist. des Végét. t. VII. p. 251. (a. 1839.) Rchb. Fl. exc. p. 732: „videtur A. hortensis specimen oligopetalum; propter folia radicalia quinata et involucra lineari-lanceolata nequit A. baldensi adduci. (Petala semper latiora, ubi numerus minuitur.) *Flos* dicitur albus, leviter purpurascens." —
3. *A. lincariloba Fisch.* ms. (Kamtschatka 1829. in herb. Kunth.)
4. *A. octopetala Patrin.* (herb. Kunth.)
5. *A. Gmeliniana Presl.* in herb. (Sibiria! — inter A. nemorosam et A. apenninam.) —
6. *A. minuta Laxm.* (Hab. prope *Irkutzk*, Sievers! in Pall. neuen nord. Beitr. VII. p. 153.)
7. *A. anomala Rafin.* Florula Ludov. p. 82. no. 261: „A. foliis ternis sessilibus incisis, floribus pentapetalis, petalis inaequalibus. Scapus ultrapedalis."
8. *A. pedata Rafin.* in Desv. Journ. bot. 1808. vol. I. p. 230: „cauli brevi unifloro, foliis pedatim 5-partitis, lobis laciniatis, sepalis 6." pr. New-Jersey, Rafinesque! (e conjectura Torr. et Gray = A. nemorosa.) —
9. *A. Walteri Pursh*, (Thal. Carolinianum Walt.: „flore 5-petalo, radice tuberosa fibrosaque, foliis palmatis, pe-

---

*) *Bellardi* Appendix ad Floram Pedemontanam, (teste DC. 1 fasc. 8. ex Actis Acad. Taur. ad annos 1790 — 1791 exsertus) liber mihi non visus, in Actis laudatis deest.

tiolis radicatis longis, pedunculo longo erecto radicato unifloro.") — Deest in herbario Walteriano, neque Pursh io neque recentioribus botanicis Americanis visa; ex conjectura Candolleana ad *A. parviflora* spectans.

10. *A. Vahlii Horn.* Fl. Dan. fasc. 37. t. 2176. (probabiliter *Richardsoni Hook.*)

11. *A. mollis Wall.* Cat. no. 4689.

12. *A. curta Wall.* Cat. no. 4690.

13. *A. longiscapa Wall.* Cat. no. 4691. A. B. C.

14. *A. geraniifolia Wall.* Cat. no. 4693.

15. *A. rupestris Wall.* Cat. no. 4696.

16 — 19. *Anemones asiaticae* e *collectione Huegeliana* no. 626. 955. 959. 965. (Herb. Caes. Vindob.)

20. 21. *Pulsatilla* no. 25 et 27, et no. 81. in *collect. exped. Colon. Chesney.* (Herb. Caes. Vindob.)

Excludendae.

A. groenlandica Oed. fl. Dan. t. 566. = Coptis trifolia Salisb.

A. decapetala Gmel. var. *β.* = Geum rivale L.

A. dodecaphylla Krock. sil. II. p. 235. t. 20. = Geum rivale L.

A. pubescens Domb. herb. = Ran. Krapfia DC.

A. pusilla Gaertn. = Geum anemonoides Willd. e Steud. Nomencl.

A. thalictroides L. = Syndesmon thalictroides Hoffmannsegg. (Anemonella thalictroides Spach.)

A. uniflora Pursh = Syndesmon thalictroides Hoffmannsegg. (Th. anemonoides Mchx.)

*A. integrifolia Spr.* (*Hepatica integrifolia Humb. Boupl. Kunth.*) cf. p. 695.

# DE
# ARTEMISIA VIRENTE MOENCHII
## DEQUE
# SANTONICA LINNEI
## EPISTOLA
### AD CL. *WENDEROTHIUM*,

Professorem Marburgensem,

*W. DE BESSER*,

M. D. prius Prof. ord. Bot. Univers. S. Vladimiri Kioviae etc.

---

Non ultimus es, Vir clarissime, sed primus et unus, qui adhuc responderis ad provocationem meam. An jam exhausi agmen Artemisiarum herbariorum Germaniae? Donum Tuum mihi gratissimum fuit, ideoque Tibi hisce literis publice gratias ago: nam ex eo agnosco inter alia Artemisiam *virentem* Moenchii esse *A. biennem* Willdenovii, quo ex ipso Moenchio*) pertinet A. hispanica Stechm. Artemisiae p. 19**) „nec non Jacquini; nam hicce in Collectaneorum Tom. I. p. 98. dicit" sub hoc titulo (h. e. sub hoc nomine) semina

---

*) Methodus plantarum horti Marburgensis Suppl.

**) Catalogi horti Parisini Juss. MS. a Stechmanno l. c. citati d. Lamarckius nullam fecit mentionem in Encyclopaedia methodica, nec de Hispania. Habet pro planta novae Zelandiae.

accepi. Ergo non est dubium quin hae plantae (A. virens M., A. hispanica Stechm. et Jacq. et A. biennis W.) eaedem sint, quod et inspectio speciminis Moenchiani confirmat.

Artemisia Tua *Santonica*, quam d. Moenchius pro Linneana habuit ex comparatione cum quodam specimine Linnei nec vero herbarii, est *A. monogynae* Waldst. et Kit. varietas *β.* microcephala Candollii (Prodr. Syst. Regn. veget. Cum cel. Candollius taceat de *A. Santonica* Linnei et illam d. Lamarckii ad *A. coerulescentis* var. *β.* angustifoliam citet; oritur quaestio, quid sit *A. Santonica* Linnei? Desidero alterum Gayum*), qui data occasione inspiciendi herbarium me certiorem faceret de Artemisiis Linneanis; e libris vero erui illa. Immortalis Linneus in editione altera specierum plantarum T. II. p. 1185 definitionem A. Santonicae ex Zinn. Goett. p. 397 desumpsit, quae haec est: A. foliis caulinis linearibus pinnato-multifidis, ramis *a*) indivisis, spicis secundis reflexis. In Systematis Vegetabilium editione XIII. Murraii addidit floribus quinquefloris atque varietatem *β.* Ab-

*) Optimus Gayus consecravit a. 1833 duos menses aestivos pro mero bono scientiae amabilis examinandis herbariis parisinis. 1) Musei in horto regio, ubi praeter herbarium generale sunt inter alia ea Tournefortii et Vaillantii; 2) d. Fontanesii; 3) d. Richardi; 5) Jussieorum; 6) Delilii; 7) d. Thouini; 8) Musei Lessertiani, ubi sunt etiam collectiones plantarum Burmanni, Lemonnieri, Patrinii, Ventenatii, et fasciculum plurium plagularum praetiosarum adnotationum illo temporis decursu collectarum mihi commisit: confer quoque meam dissertationem de Dracunculis p. 6. 25. Rarissimum exemplum nostris temporibus, quibus suum quisque tantum commodum quaerit.

*a*) Mihi videtur errore typographico *rameis* in *ramis* mutatum esse, nam primum illud respondet naturae hujus plantae; praeterea ramos non esse simplices demonstrant icon et descriptio Gmelini; nec non specimina exsiccata.

inthium Santonicum gallicum C. Bauh. Pinax 139, Camerar. Epitom. 457, de qua tamen varietate Stechmannus ex descriptione Matthioli dubitat et citat simul:

*a*) Gmelini Florae sibiricae T. II. p. 115. no. 100., ubi est A. fruticosa, incana, ramosissima, corymbis sessilibus spicatis subrotundis, foliis superioribus linearibus brevissimis obtusiusculis, Tab. LI, quam d. L. B. Marschall a Bieberstein in Florae taurico-caucasicae T. II. p. 293. primus et jure declaravit Synonymam *A. monogynae* Waldst. et Kit. quem secutus est Ill. a Ledebour in Flora Altaica atque in Commentario in Gmelini Floram Sibiricam: priorque quaerit, num ab hac diversa sit A. Santonica Linn., Stechm. et Lamk.?

*b*) Milleri Dictionarii T. I. p. 239. speciem 8, ubi ad d. Linnei descriptionem nil proprii addidit.

*c*) Stechmannum de Artemisiis p. 25, qui pariter tantum repetiit Linnei definitionem; adduxit vero praeterea J. Hillii The vegetable System T. III. p. 135. t. 101. f. 11; sed quis testatur veritatem iconum, si apud eum *A. Dracunculus* fert spicas densas paniculatas, si *A. rupestris* fert folia alicujus Seseleos, *A. integrifolia* spicas paniculatas et folia integerrima atque *A. tanacetifoliae* caulis apice est corymbosus. Praeterea laudat Plukeneti Amaltheon, Cordium et Dodonaeum, quos inspiciendi ovasio mihi defuit.

*d*) Lobelium, cujus icones non possidemus. In ejusdem Observationibus p. 437 est sub titulo: Aliud peregrinum s. aegyptium Absynthium ad quod Adversaria p. 337 citat, ubi tantum dubia moventur, num ab hisce Artemisiis revera semen sanctum obtineatur, atque

*e*) Houttuynii editionem C. Linnei Systematis vegetabilium, cujus versionem germanicam a d. Willdenovio citatam comparavi, ubi largior est descriptio a Gmelino sumpta.

Persoonius in Synopsi plantarum T. II. p. 410. no. 26. repetit Willdenovii verba.

Willdenovius in C. Linnei speciebus plantarum ab ipso editis T. III. P. 3. p. 1825. n. 26. repetiit ea, quae Linneus scripsit. Dicit quidem se vidisse plantam; at in herbario ejus sub No. 15344 est *A. variabilis* var. *β.* neapolitana. Vide revisionem Artemisiarum herb. Berol. in Linnaea hujus anni fasc. 1.

Sprengelius in Edit. XVI. T. III. p. 491. ita distinguit hanc speciem: A. Santonica est ei A. suffruticosa, ramosa, foliis caulinis pinnatis, glabriusculis, canescentibus, rameis simplicibus, linearibus, obtusiusculis, floribus subsessilibus erectis cylindricis glabriusculis paucifloris. In hac definitione contradicit Linneo, qui dicit spicas reflexas et flores quinquefloros et hic sermo est de floribus erectis et cylindricis. Nec mirum, si sub hoc nomine A. palmatam Lamk. mihi misit. Patriam addidit Americam septentrionalem, ubi eam ad Missuri crescere dicit.

Ex hisque jam liquet d. Linneum et ejus asseclas *A. monogynam* Waldst. et Kit. sub sua A. Santonica intellexisse. Solus Sprengelius A. palmatam Lamk. pro hac specie habet nec non d. Lamarkius, uti e citatione ejusdem in cel. Candollii Prodromi Syst. Regn. veget. Vol. VI. p. 102. apparet.

At necesse esse puto, nonnullas contradictiones et dubitationes, quae nasci possint solvere. D. Linneus dicit spicas reflexas, quae saepius sunt erectae in *A. monogyna* et plantam odoratissimam, quod de planta hungarica dici nequit; atque tacet de foliis radicalibus, quae ipsi Gmelino ignota manserunt. Jam in praefatione ad Seriphidia monui fere nullum inveniri Seriphidium constanter capitulis aut erectis, aut nutantibus. Confer quoque Revisionem Artemisiarum Berol. p. 99. Nec Dracunculi plures respuunt hanc

mutabilitatem directionis capitulorum. Exemplo sit *A. campestris*, quam ob capitula nutantia nomine *A. nutantis* accepi. Quod attinet odorem, non sola *A. monogyna* hujus fortitudine variat. Conferas ea quae jam de *A. palmata* et *salina* l. c. exposui atque de A. fragrante in Revis. Art. Berol. p. 101. Quin specimina A. odoratissimae ab ipso d. Fontanasio allata odoris sunt fere expertia.

Folia radicalia rarissime in Artemisiis florentibus fere unquam in fructiferis adsunt. Sine foliis radicalibus Gmelinus accepit specimina: similia et Linneus habuisse videtur. Caeterum icon Gmelini bene exprimit habitum et formam A. monogynae, quam ex iisdem locis sumptam vidi et quae quod ad locum et solum attinet etiam multum variat, uti videre potes in Dissertatione mea de Seriphidiis.

Etiamsi nullam habemus causam cur dubitemus *A. monogynam* Waldst. et Kit. esse A. Santonicam Linnei; attamen omnem demum solvet dubitationem inspectio herbarii Linneani. Si A. monogyna est omnino A. Santonica Linnei; tum illud nomen cedere debet antiquiori.

De aliis Artemisiis Tuis sileo, quoniam de iis consentimus. Vale, clarissime Vir et fave Tuo

Cremeneci in Gub. Volhynico Bessero.
Calendis Octobris MDCCCXLI.

AD

# ABIETINAS

## HORTI REGII BOTANICI BEROLINENSIS CULTAS,

RECENSITAS

A

*H. FR. LINK,*

## OBSERVATIONES NUPERIORES IN ITINERE ITALICO FACTAE.

(v. supra p. 481 sqq.)

---

*Pinus sylvestris* var. *rotundata* frequens est in Alpibus Tyrolensibus et Bavaricis prope Mittenwalde, ubi quoque omnes strobili dejecti formam habebant basi deplanatam.

*Pinus nigricans* Host. frequens est in montibus prope Baden Austriae ibique sylvas integras constituit.

De *Pino Pinastro* dictum est, ramos esse pyramidatos, sed potius fastigiatos seu umbraculatos dixerim. Arbor secundum habitum similis est *P. Pineae*, ita ut demtis strobilis et foliis primordialibus vix dignoscatur.

*Pinus halepensis* frequens in montibus prope Florentiam Etruriae habitu elato gracili facile a *P. maritima* graeca, arbore minore quidem sed late umbraculifera differt.

---

# CATALOGUS PLANTARUM,

QUAS

## IN ITINERE PER CAUCASUM, GEORGIAM, ARMENIAMQUE ANNIS MDCCCXXXVI ET MDCCCXXXVII.

COLLEGIT

Dr. *CAROLUS KOCH*,

JENENSIS.

(CONTINUATIO v. LINN. XV. p. 243.)

---

### XI. RESEDEAE.

159. ***Reseda orthostyla*** C. Koch (Luteola Rchb.). Folia dissimilia: inferiora integra, superiora tripartita; calyx corolla tetrapetala minor; petala 2 — 3 fida; styli 3 erecti; capsula solum matura aperta, oblique truncata, 3-denticulata. Maxime accedit habitu R. inodoram Rchb., sed haec species subgeneri Luteolae non adnumeranda. R. truncata Fisch. et Mey. longe differt caulibus procumbentibus, foliis nunquam pinnatis, aliisque notis. — Abundat prope fluvium Cyrum (Kur) ad oppidum Gori.

160. *Reseda lutea* L. In Armenia.

161. *R. globulosa* Fisch. et Mey. In Armenia boreali.

## X. TAMARICEAE.

162. *Myricaria germanica* Desv.? In Cartalinia.

163. *Tamarix cupressiformis* Led. In planitie cis et trans Araxin sita.

## XI. POLYGALEAE.

164. *Polygala major* Jacq. Abundat in Caucaso et in Armenia montosa.

165. *Polygala comosa* Schk. In Georgia, Armeniaque.

166. *Polygala hybrida* DC. Differt a priori: bracteis ovato-longe apiculatis nec linearibus, alis lateralibus exacte 2- nec sub-5-nervibus et germine subsessili. Folia sunt etiam duriora, latioraque, ad basin caulis paululum minora. Ex qua causa cl. De Candolle (prodr. I. p. 325.) recte dicit, hanc speciem mediam P. amarae L. et suae vulgari, (quacum P. comosam Schk. conjunxit) esse. Plantae sibiricae ejusdem nominis a me visae a nostris comosis Schk. thuringiacis solum germine latiori differunt et cl. Ledebour eas recte cum his conjunxit. Cum planta De Candolleana mihi ignota autem nostra in Armenia collecta exemplaria ex descriptione conveniunt.

## XII. CARYOPHYLLEAE.

### *a.* Alsineae.

Calyx basi tantum connexus et discum, cui stamina petalaque inserta, gerens. Ovarium subsessile, saepe etiam breviter pedunculatum in excavatione calycis.

*a. Sabulineae Fenzl in Endl. gen. pl. pag.* 963.

167. *Alsine setacea* DC. In tractu Radscha.

168. *Lepyrodiclis holosteoides* Fenzl. (Gouffeia holosteoides C. A. Mey.) In Armenia.

β. *Stellariaceae* Fenzl. in Endl. gen. pl. p. 966.

169. *Eremogone**) *cucubaloides* C. Koch. (Arenaria cucubaloides Sm.) In monte Daratschitschagk.

170. *Eremogone graminifolia* Fenzl. In Armenia.

171. *Arenaria serpyllifolia* L. Ubique in alpibus et in planitiebus.

172. *Stellaria media* With. Ubique abundat.

173. *Stellaria media* β. *neglecta* Weihe; 1 — 2 pedalis, folia majora, tenuiora. Ad flumina Armeniae.

174. *Stellaria graminea* L. In Armenia.

175. *Stellaria glauca* With. In Ciscaucasia frequenter ad rivulos, fluviosque.

176. *Stellaria stricta* C. Koch; caulis debilis, erectus, asperatus; foliorum (basi tandem) margo asperatus; sepala 3-nervia; petala ad basin usque bifida, subaequalia. In Armenia montosa abundat. Accedit ad St. pedunculatem Bunge et Laxmanni Fisch., sed hae species caule glabro, petalis majoribus et sepalis ciliolatis differunt.

177. *Holosteum**) *umbellatum* L. In Georgia ubique.

178. *Holosteum marginatum* C. A. Mey. In tractu Bortschalo prope castellum griseum.

---

*) Species Eremogones et Arenariae facillime seminibus distinguendae sunt; illis semina in utroque latere plana, laevissimaque, his contra reniformia, tuberculata.

**) Genera Holosteum L. et Cerastium numero stylorum solum discrepant: et prius genus capsulas dentibus erectis (Ortholosteum) et circinnatis (Strepholosteum) ut Cerastium habet. Ut species subgeneris Orthodontis praecipue pilis saepissime glandulosis obtectae sunt, species Strephodontis contra pilis carent et magis minusve glaucescunt, ita in duobus subgeneribus Holostei.

179. *Holosteum polygamum* C. Koch. (Ortholosteum). Viride, ex basi multos ramos simplices proferens, in tota superficie pilis capitatis, viscidis obtectum; flores umbellati, polygami; hermaphroditi decandri; petala vix emergentia; capsularum dentes 8, vel 10, rectae. In deserto armeno cis Araxin sito, nec non in Schuragel prope Humri. H. glutinoso Fisch. et Mey. et linifloro Stev. simillimum sed ab hoc petalis minoribus, ab illo viridi colore foliorum caulisque, ab ambobus floribus polygamis haud aegre distinguendum est.

180. *Holosteum an glutinosi varietas?* Viride, caulis simplex piloso-viscosum; petala minus majora sepalis; flores (non perfecte evoluti), 3—5 umbellam formantes, hermaphroditi, decandri. Duo exemplaria inveni in tractu Bortschalo.

181. *Holosteum dichotomum* C. Koch (Ortholosteum); hirtum; caulis erectus; folia lineari-lanceolata; florescentia bis dichotoma; flores in dichotomia; sepala minora, imperfecte 3-nervia, petala obiongo-apiculata; stamina 10; capsula 6-valvularis. In Armenia.

182. *Cerastium dahuricum* Fisch. In monte Daratschitschagk.

183. *Cerastium triviale* Lk. Prope Tiflin.

184. *Cerastium dichotomum* L. Capsula decemnervia. In Armenia.

185. *Cerastium ruderale* M. B. Flores fructiferi in dichotomia semper erecti, capsula vigintinervia. Ad orientalem montem Alagaes.

186. *Cerastium umbellatum* C. Koch (Orthodon); hirtum, basi ramosissimum; rami elongati dichotomi, folia elliptica, dichotomia floribus carens; umbella 2—4-, raro multiradiata; bracteae minores, herbaceae; sepala ovato-acuta; petala

longe emergentia, late obcordata; capsula viginti-nervia, dentibus rectis. (Habitu accedit ad C. ruderale M. B.; caule basi ramoso et floribus contra ad C. multiflorum C. A. Mey., sed facile ab hoc dentibus capsulae rectis, ab illo petalis majoribus distinguendum est. C. blepharostemon Fisch. et Mey. filamentis pilosis differt. In Armenia.

187. *Cerastium alpinum* L.? In tractu Lori et in provincia Armenia.

188. *Cerastii species indeterminata.* Annua, pilosa, viridis; caulis ex basi ramosus; folia inferiora subspathulata, reliqua oblonga (10 — 15‴ longa, 5 — 7‴ lata), obtusa; inflorescentia dichotoma, flores in dichotomia longepedunculati; reliqui (sed juniores, imperfecte evoluti), brevissime pedunculati, congesti; sepala exteriora anguste-, interiora late membranacea, acuminata, 4‴ longa; petala magna, leviter obcordata, calyci aequalia; capsula mihi ignota. In Somchetia abundans.

189. *Cerastium, an pauciflori Stev. varietas?* annuum, simplex, hirtum; caulis 3 — 5-pollicaris, tetraedrus, triflorus; folia lanceolata 6‴ longa; flores magni, semipollicares, terminales, medius longius pedunculatus; sepala oblongo-lanceolata, interiora late membranaceo-marginata, 3 — 4‴ longa; petala multo majora profunde emarginata; capsula mihi ignota. In Armenia.

*γ. Malachiaceae* Fenzl. in Endl. gen. pl. pag. 970.

190. *Malachium aquaticum* Fries. In Imerethia.

*b.* Sileneae.

Calyx gamosepalus; discus hypogynus, tubiforme gynophorum includens, ex apice petala et stamina gerens; ovarium stipitatum.

*a. Dianthcae* Kth. fl. berol. I. pag. 106.

191. *Dianthus capitatus* Pall. In Armenia.

192. *Dianthus atrorubens* All. In monte Daratschitschagk.

193. *Dianthus collinus* W. et K. In tractu Mingreliae septentrionali Letscheum frequentissime adhuc mense Novembris anni 1836 lectus.

194. *Dianthus Armeria* L. Frequenter per Ossiam et Armeniam.

195. *Dianthus hirtus* Vill. In Ciscaucasia et in planitie cis Araxin sita.

196. *Dianthus Liboschitzianus* Ser. In Armenia.

197. *Dianthus campestris* M. B. Abundat in Ciscaucasia, Cabardaque.

198. *Dianthus canescens* C. Koch; caespitosus, canescens; radix simplex lignosa; folia rigida, subulata, aspero-hirta; caulis tetraedrus; aspero-hirtus, simplex, uni-biflorus; squamae et dentes calycini membranaceo-marginata; calyx triplo squamis longior; petala superne tenuiter fimbriata. Inter D. caesium L. et D. arenarium L. medius differt ab hoc petalis ad medium non incisis, ab illo canescentia. In deserto petroso prope claustrum Etschmiadsin frequenter.

199. *Dianthus fimbriatus* M. B. Prope Tiflin ad castellum.

200. *Tunica stricta**) Fisch et Mey. Abundat in monte Daratschitschagk.

---

*) Kohlrauschiae genus a cl. Kunth conditum (Fl. berol. I. p. 108.) a Tunica Scop. nullo modo differt et secundae sectioni, quae fortasse Kohlrauschia vocanda, Tunicae ex sententia Fischeri adnumeranda est. Genera Dianthi et Tunicae petalorum unguibus minime distingui possunt, sed solum calyce striato-multinervio (apud Dianthum) et pentagono (apud Tunicam). Talis est ratio inter Kohlrauschiae et Tunicae sectionis secundae, qualis inter Dianthi species floribus aggregatis et sparsis.

201. *Tunica Saxifraga* Scop. Per totam Georgiam, nec non in montibus Ossicis.

*β. Sileneae* Kunth fl. berol. I, p. 109.

202. *Saponaria officinalis* L. In Mingrelia.

203. *Saponaria Vaccaria* L. Frequentissime inter segetes Armeniae.

204. *Saponaria* (an *Tunica*?) *inclusa* C. Koch; glauca, glaberrima; folia oblonga, acuta; bracteae lineares, albo-hyalinae; flores minores; dentes calycis quinque-alati albo marginati; petala inclusa, minuta, emarginata, staminibus aequilonga, subhyalina; styli ex basi latiores. Prope claustrum Etschmiadsin inter segetes. Semina, quae mihi ignota, sola discernere possunt, num haec species generi Saponariae an Tunicae adnumeranda sit. Secundum habitum ad prius genus pertinet.

205. *Gypsophila muralis* L. Ad montem Alagaes.

206. *Gypsophila tenuifolia* M. B. In Armenia.

207. *Gypsophila viscosa* Murr. *β.* foliis lanceolatis basi attenuatis. Frequentissime in planitie ad Araxin sita.

208. *Gypsophila elegans* M. B. Abundat in Armenia.

209. *Gypsophila perfoliata* L. *β.* tomentosa Willd. In Armenia.

210. *Silene noctiflora* L. In Ossia et Armenia septentrionali.

211. *Silene conoidea* L. In planitie ad Araxin sita.

212. *Silene conica* L. In agris prope claustrum Etschmiadsin.

213. *Silene arenosa* C. Koch (Stachymorpha §. 2. DC., Atocion L., Rchb.); annua, glabra bi-quadripollicaris; folia linearia, rigidiora; pedunculi elongati, uniflori, fructiferi horizontaliter patentes, sed capsula erecta; calyx elongatus, clavatus decemnervius; petala longe unguiculata, coronata:

lamina brevis, bifida; styli papillosi. Prope flumen Araxin in arena frequenter.

214. *Silene compacta* Fisch. Abundat in Ossia et in Armenia boreali.

215. *Silene repens* Patrin herb. In Armenia boreali praecipue in montibus Daratschitschagk (latine versum in montibus floridis).

216. *Silene saxatilis* Sims.? differt foliis angustissimis; squamulae parvulae, ungues, stamina et styli pilosi. In montibus Armenis.

217. *Silene lasiantha* C. Koch (Silene δ. Rchb., Siphonomorpha §. I. DC.); crispulo-pubescens, glaucescens; calyx decemcostatus, breviter clavatus; petala bifida, subbidentata, ecoronata, trinervia; ungues, stamina, stylique pilosi; apex germinis a reliquis ejus partibus forma colorequc diversus. Maxime accedit ad Silenem Marschallii C. A. Mey. (Cucubalus mollissimus M. B.), sed haud aegre distinguenda corolla ecoronata. In Armenia occidentali.

218. *Silene nemoralis* W. et K. In monte Daratschitschagk.

219. *Silene fimbriata* Sims. Ibidem.

220. *Silene lacera* Sims. In Armenia meridionali.

221. *Silene inflata* Sm. β. armena; folia magna, ovato-lanceolata; calyx vigintinervius, reticulatus; petala ecoronata, etuberculataque. In Armenia.

222. *Lychnis vespertina* Sibth. In Georgia, Armeniaque.

223. *Lychnis diurna* Sibth. In Ossia, Radscha et in Imerethia.

224. *Lychnis Agrostemma* Spr. Inter segetes Armeniae.

XIII. PARONYCHIACEAE (*St. Hil.*)

225. *Herniaria glabra* L. In Georgia.

## XIV. SCLERANTHEAE (*Lk.*)

226. *Scleranthus annuus* L. Abundat in Ossia, Somchetia, Armeniaque.

227. *Scleranthus verticillatus* Tausch. In tractu Bambaki.

228. *Scleranthus polycarpus* L.?? In Armenia.

229. *Queria hispanica* L. In Armenia trans Araxin sita.

## XV. OXALIDEAE.

230. *Oxalis Acetosella* L. Abundat per Caucasum.

231. *Oxalis corniculata* L. *β.* villosa M. B. Abundat in Imerethia occidentali et in Mingrelia.

## XVI. LINEAE.

232. *Linum annotinum* C. Koch; annuum, simplex, pauciflorum; folia sparsa, densa, linearia; sepala ovato-acuminata, 3-nervia; solus nervus medius apicem attingens; capsula ovato-acuminata, dentibus acuto-setaceis dehiscens. In Armenia trans Araxin sita, prope Kulp.

233. *Linum squamulosum* Rud. In Cartalinia prope Gori.

234. *Linum austriacum* L. (nec M. B.) Ad saxa fluvii Arpatschai prope urbis Ani ruinas.

235. *Linum marginatum* Poir. (Rchb. fl. exc. II, p. 832.); sepala exteriora sola parvo mucrone vestita, sed omnia obtusissima. L. narbonense, quod cl. C. A. Meyer cum hac specie conjunxit, differt calycibus acutis (v. M. B. fl. taur. cauc. I, p. 254.) In Cartalinia ad flumen Cyrum.

236. *Linum nervosum* W. et K. In monte Daratschitschagk.

237. *Linum hirsutum* L. In monte Daratschitschagk inter fruticeta non raro altitudinem complurium pedum attingens.

## XVII. HYPERICEAE.

238. *Androsaemum officinale* All. In tractu Radscha et monte Nakerala medio inter Ossiam et Imerethiam.

239. *Hypericum perforatum* L. In Ossia, Armeniaque.

240. *Hypericum perforatum* β. songaricum Ledeb. In Ossia.

241. *Hypericum hyssopifolium* Vill. In monte Daratschitschagk.

242. *Hypericum hyssopifolium* Vill. β. *paucigladulosum* DC.? caulis ex basi sola ramosa, lignosa, ramis elongatis simplicibus; folia lato-elliptica; pedunculi perbreves, subtriflori; sepala pauci-, interdum eglandulosa. In iisdem locis. Forsan species vera?

243. *Hypericum orientale* L. β. foliis basi sagittatis, pellucidis, serrato-glandulosis. In Ossia.

244. *Hypericum asperum* Led. In monte Daratschitschagk.

245. *Hypericum hirsutum* L. In Ossia, Radschaque.

## XVIII. AMPELIDEAE.

246. *Vitis vinifera* L. Abundat in sylvis Imerethicis, Mingrelicisque, nec non sua sponte creberrimeque in Cachetia trans et cis Alazonium (Alasan) sita.

## XIX. ACEREAE.

247. *Acer campestre* L. Abundat in Georgia.

248. *Acer tataricum* L. In tractu Radscha.

249. *Acer Pseudo-Platanus* L. Abundat in Mingrelia, Imerethia et Cachetia.

250. *Acer platanoides* L. In tractu Bortschalo frequentissime.

## XX. TILIACEAE.

251. *Tilia parvifolia* Ehrh.? Differt foliis in pagina inferiori minus glaucescentibus, paene viridibus, acute serra-

tis; pedunculis exacte bifloris; petiolis tam longis quam foliorum laminae; fructibus pyriformibus. Abundat in Ossia.

## XXI. MALVEAE.

252. *Gossypium herbaceum* L. In planitie ad Araxin sita frequenter cultum.

253. *Hibiscus syriacus* L. In Armenia meridionali.

254. *Sida Abutilon* L. Abundat in Imerethia.

255. *Lavatera thuringiaca* L. In Ossia.

256. *Lavatera biennis* M. B. Prope Stauropolin et in Cabarda.

257. *Althaea ficifolia* L. Abundat in Ciscaucasia et in Cabarda, nec non in vallibus Ossicis.

258. *Malva sylvestris* L. In Radscha.

259. *Malva vulgaris* Fries. Ubique abundat.

## XXII. GERANIACEAE.

260. *Erodium cicutarium* Sm. Ubique.

261. *Erodium cicutarium* Sm. *β. pilosum* Thuill. In Georgia.

262. *Erodium cicutarium* Sm. *γ. chaerophyllum* Cav. In Armenia.

263. *Erodium guttatum* Willd. In Armenia.

264. *Erodium oxyrrhynchum* M. B. sed stipulae triangulares, aristaeque longe plumosae nec incanae (v. M. B. fl. taur. cauc. II, p. 133.). In planitie ad Araxin sita.

265. *Geranium robertianum* L. Ubique abundat.

266. *Geranium divaricatum* Ehrh. In Armenia.

267. *Geranium dissectum* L. In Ossia.

268. *Geranium rotundifolium* L. In Georgia et in Armenia.

269. *Geranium pusillum* L. Ubique.

270. *Geranium pyrenaicum* L. In Cartalinia et in Armenia.

271. *Geranium sylvaticum* L.? Differt caule inferiori adpresse piloso et filamentis nudis. A G. sylvatico L. nostra planta tali modo distinguenda videtur, quam G. affine Led. a G. pratense L. In Ossia, Radschaque.

272. *Geranium sanguineum* L. In Ossia et in Armenia.

273. *Geranium trilobum* C. Koch; erectum, pilosum, ramosum; caulis tetragonus; folia profunde triloba: lobis crenato-serratis, acuminatis, ex medio latis; pedunculi biflori; petala bifida, duplo triplove longiora, quam sepala aristata. In monte Nakerala. Simillimum G. nodosa L. abs quo folia subtus non lucida, albo-pilosa et petala bifida longe differunt.

274. *Geranium, Varietas* num *trilobi C. Koch an nodosi L.*? In Radscha.

275. *Geranium radicatum* M. B. (Geranium tuberosum L.??, neutiquam DC.); pilis hirtis adpressis scabrum; caulis ex basi uni-, ex medio bifolius; florescentia multoties dichotoma, floridâ; flores gemini vel pedunculus biflorus in dichotomia. G. tuberosum DC. (Prodr. I, 640.), quocum cl. viri Cavanilles et Sweet consentiunt, folia quinque-partita et lobos pinnatim serrato-incisos, G. tuberosum L. contra (Linn. syst. nat. Tom. II. Holm. 1767. p. 454.) folia multipartita et lobos lineares subdivisos habet. G. linearilobum DC. magis spectat ad G. tuberosum L., quacum specie sine dubio conjungendum est. Abundat in Somchetia et in Armenia.

## XXIII. ZYGOPHYLLEAE.

276. *Zygophyllum Fabago* L. In Georgia abundat.

277. *Tribulus terrestris* L. In planitie ad Araxin sita.

## XXIV. RUTEAE.

278. *Peganum Harmala* L. Abundat in Georgia, Imerethia et Armenia.

XXV. CELASTREAE.

279. *Evonymus latifolius* Scop. Abundat in Ossia, Radschaque.

280. *Evonymus europaeus* L. In Ossia.

XXVI. RHAMNEAE.

281. *Paliurus aculeatus* Lam. Abundat in Georgia.

282. *Rhamnus Pallasii* Fisch. et Mey. In Armenia.

283. *Rhamnus cathartica* L. In Radscha.

284. *Rhamnus Frangula* L. Ibidem.

XXVII. TEREBINTHEAE.

285. *Pistacia mutica* Fisch. et Mey. In hortis Tiflisianis culta et sua sponte crescens.

286. *Rhus Cotinus* L. In deserto Caraia inter flumen Cyrum et Cachetiam sito, in Cachetia et in Armenia.

XXVIII. JUGLANDEAE.

287. *Juglans regia* L. Ubique.

XXIX. MIMOSEAE.

288. *Acacia Julibrissin* Willd. In hortis Tiflisianis.

XXX. PAPILIONACEAE.

*a.* Loteae.

*a. Genisteae.*

289. *Cytisus calycinus* M. B. In Ossia et in Imerethia.

*β. Trifoliaceae.*

290. *Medicago lupulina* L. In Ossia, Somchetia et in Armenia.

291. *Medicago cancellata* M. B. Prope Tiflin.

292. *Medicago Gerardi* W. et K. *β. armena*; planta magis minusve pilosa; foliola triangularia: apex latissimus dentatus; stipulae profunde dentatae; pedunculi uniflori; legumen pilosum; anfractus 7. In Armenia.

293. *Medicago falcata* L. Copiose in Georgia et in Armenia.

294. *Medicago falcata* L. *β. procumbens* Bess.; stipulae basi dentatae; foliola breviter cuneata. In tractu Schuragel.

295. *Medicago sativa* L. Abundat in Armenia. Variat caule erecto ramoso et *simplici procumbente*; stipulis integris, semisagittatis et ex basi serratis; floribus racemosis et capitatis.

296. *Trigonella arcuata* C. A. Mey. Abundat in Armenia.

297. *Trigonella striata* L. Ibidem.

298. *Trigonella monspeliaca* L. Ibidem.

299. *Trigonella polycerata* L. In Ossia.

300. *Melilotus vulgaris* Willd. In Armenia trans Araxin sita.

Embryone. Einleitung. Erster Theil. Beobachtungen über die ursprüngliche Form des Saamen-Embryo von Tamus communis, so wie von dem Bau und der Entwicklung dieser Pflanze. — 7. Untersuchungen über die Luftorgane und die Athmung der Vegetabilien. — 8. Untersuchungen über die Führungsgänge des Saftes und über die Ursachen seines Fortschreitens. §. 1. Ueber die Führungsgänge des Saftes; §. 2. über die Ursachen des Fortschreitens des Saftes; §. 3. von den Bewegungen des Lebenssaftes. — 9. Allgemeine Uebersicht über die Bewegungen der Pflanzen; Prüfung des Mechanismus der beiden Elementararten der Bewegung, durch Einkrümmung und durch Drehung im §. 1. Im §. 2. Bewegungen durch Einkrümmung; §. 3. Bewegungen durch Drehung; §. 4. Bewegungen durch Hygrometrie hervorgebracht. — 10. Vom Wachen und Schlafen der Pflanzen §. 1. bei den Blumen, §. 2. bei den Blättern. — 11. Von der vegetabilischen Erregbarkeit und von den Bewegungen, deren Quelle sie ist: §. 1. Mechanismus der Bewegung bei der Sensitive; §. 2. von der vegetabilischen Erregbarkeit; §. 3. Mechanismus der Bewegung bei den Blättern von Hedysarum gyrans. — 12. Von der entgegengesetzten Richtung der Stengel und Wurzeln; §. 1. von der Richtung der Stengel gegen den Himmel und der Wurzeln gegen die Erde; §. 2. von der Richtung der Stengel und Wurzeln unter dem Einfluss der rotirenden Bewegung. — 13. Von den Bestrebungen der Pflanzen, sich gegen das Licht zu richten und dasselbe zu fliehen. — 14. Von der geschlechtlichen Erzeugung der Pflanzen und der vegetabilischen Embryologie. Hierin sind Beobachtungen über das Ovulum v. Amygdalus communis, Evonymus europaeus, Pisum sativum, Fagus Castanea, Galium Aparine, Spinacia oleracea, Mirabilis Jalapa, Nymphaea lutea, Secale cerale. — 15. Beobachtungen über die Formenveränderungen bei den Pflanzen. — 16. Beobachtungen über die Pilze. —

17. Beobachtungen über das Entstehn des Schimmel. — Im Anhange findet sich noch ein Aufsatz: Wie wirkt die Diastase, um die Sprengung der Hüllen der Stärkemehlkörner zu bewirken?, welcher mit der Physiologie der Pflanzen in Beziehung steht.

Wendt Beschreibung der Heilquellen zu Altwasser 1841. 8.

Es befinden sich darin vom Hrn. Prof. *Göppert* „Beiträge zur mineralogischen Beischreibung der Umgebungen von Altwasser", und dann: „Zur Flora von Altwasser", worin der Verf. die 4 Regionen auseinandersetzt, welche er in Schlesien unterscheiden will, nämlich: 1. Region der Ebene von 175 F. bis 900 bis 1000 F. 2. Region des Vorgebirges oder untere Bergregion von 900 bis 1000 F. bis 3000 F. (Beginn des Knieholzes im Riesengebirge, Pinus Pumilio). 3. Obere Bergregion von 3600 F. bis 4400 F. bis zur obern Grenze des Knieholzes oder Aufhören der Bäume. 4. Subalpinische Region von 4400 F. bis 4950 F., in welcher nur die Gipfel der höchsten Erhebungen des Landes liegen. Die Gegend um Altwasser gehört danach ganz in das Gebiet der untern Bergregion. Nach einer Aufzählung der Arten nach natürlichen Familien, wobei die Cryptogamen natürlich sehr unvollständig verzeichnet sind, folgt eine Tabelle, welche die Verhältnisse dieser Specialflor zu der von ganz Schlesien vor Augen stellt, und endlich einige Schlussfolgerungen. 750 Arten enthält diese kleine Flor, ohne die Cryptogamen, ganz Schlesien aber 1288 Arten.

Icones plantarum rariorum horti Regii Berolinensis etc. Erster Jahrgang. 4tes Heft. Berlin 1840. 4.

Mit diesem Hefte schliesst sich der erste Band, weshalb das Titelblatt und die Dedication an Sr. Majestät den König

Friedrich Wilhelm IV. beigefügt ist, ohne dass ein sonstiges Vor- oder Nachwort nothwendig erschienen wäre. Wir wollen hoffen, dass dies Unternehmen seinen ferneren Fortgang nehme, da solche botanische Anstalten, wie sie Berlin besitzt, nothwendig eines Organs bedürfen, um ihre Novitäten in die Welt einzuführen. Wir finden hier abgebildet T. 19. *Pentapera sicula* Kl., T. 20. *Tigridia violacea* Schiede, T. 21. *Olinia acuminata* Kl., T. 22. *Protea longiflora* Lam. var. *Mundii* Nob., T. 23. *Higginsia mexicana* Nob., T. 24. *Olinia cymosa* Thbg. Die Higginsia mexicana dürfte wohl zusammenfallen mit der Pflanze, welche in der Linnaea IX. 597 als *Psychotria excelsa* Kth. aufgeführt steht, bei welcher Pflanze, wie dort bemerkt ist, verschiedene Beobachtungen über die Bildung der Frucht auf wunderbare Weise zusammentreffen. Dass trotz mancher widersprechenden Punkte auch die Humboldtsche Pflanze dieselbe sei, lässt sich wohl nicht bezweifeln. Ob diese Pflanze aber so unbedingt zur Gattung Higginsia gehöre, lassen die bei dieser eyförmigen, bei jener linealischen Staubbeutel etwas in Zweifel ziehn. Warum die Verff. den Blüthenstand einen racemösen nennen, geht aus der Abbildung nicht hervor, wo er offenbar eine zur Dolde übergehende Cyma ist.

Delectus Seminum quae in horto Amstelodamensium botanico, anno 1840 prostant, et quae mutuae commutationi offerunt G. Vrolik et W. H. De Vriese, botanices in Athenaeo illustri Amstelodamensi Professores. Amstelodami 1841. 4to.

*Codoriocalyx, Hassk.* (in litteris ad *W. H. de Vriese.*)

A Desmodio DC. (Prodr. II. 325. ubi character genericus est reformandus aut in genera diversa sejungendus) differt: calycis structura et carina alis adglutinatis longiore.

*Char. gen.* Bractea biflora, calyx minutus, campanulatus subbilabiatus; corolla papilionacea, vexillo subrotundo, complicato, carina obtusa ad medium utrinque calcarata, bipode, elastice resiliente, alis carinae adglutinatis ejus calcaribus insidentibus; eaque minoribus. Caetera Desmodii DC.

*C. conicus., Hassk.*

Habitus caulis et foliorum est Flemingiae, fructus 1—2 articulati, articulis suborbicularibus.

*Dondisia, DC.*

*D. foetida, Hassk.*

Foliis breviter petiolatis, ovatis s. ovato-ellipticis, acutis, stipulis basi connatis, apice falcato-subulatis, racemulis 5—8-floris.

*Caesalpinia ferox, Hassk.*

Foliolis ovali-oblongis obtusis, rhachi communi aculeata, secundaria inermi, racemo terminali elongato, erecto, basi armata, stylo germen longitudine superante, legumine oblongo, ovato, glabro; stylo persistente, acuminato, 6—8 spermo. Sectioni: *Sappania* DC. Prodr. II. 482 adscribenda.

*Hibiscus Vrieseanus, Hassk.*

*Dign.* Pruriens, foliis longe-petiolatis, 7-lobis, acutis, serratis, subtus stellato-hispidis, racemis terminalibus, involucro calycem spathaceum haud aequante; petalis maximis.

*Descr.* Caule fruticoso, ramis cinerascentibus, setis persistentibus, sparsis, ad apicem floriferum glabriusculis; foliis alternis petiolatis, petiolo 5 — $6\frac{1}{2}$ pollicari, tereti, rubro, peltato-cordatis, nervis 5 — 7, rubris, inferioribus septem-, summis 5-lobis, acuminatis, medio dilatatis, serratis, supra glabriusculis, in nervis setis solitariis obsitis, infra pilis stellatis, maximis, sparsis, $5\frac{1}{2}$ poll. longis, 7 poll. latis; stipulis lanceolatis; floribus in axillis foliorum solitariis racemum terminalem elongatum formantibus; pedunculis crassis, $1\frac{1}{2}$ poll. longis, apice incrassatis; involucro

4—6 partito, lobis ovato-lanceolatis, apice rubentibus, ante et post anthesin conniventibus; in anthesi erectis, 9 lin. longis, 5 lin. latis, glaberrimis; calyce spathaceo laete viridi, apice obsolete 5-dentato, latere uno rumpente, puberulo, membranaceo; $1^1/_4$ poll. longo, post anthesin deciduis; corolla pentapetala patente, petalis basi connatis, sulphureis, ungue atro-sanguineo, 2 poll. et dimidium longis, $1^1/_2$ poll. latis; tubo staminifero, albido, antheris flavis, stigmatibus quinque atro-sanguineis. Ovario obsolete-puberulo, oviformi; fructu pentagono, pyramidato, prurienti-hirsuto, basi involucro marcescente, dein deciduo circumdato; capsula 5-valvi, valvulis medio septatis, 5-loculari, loculis 3—4-spermis, seminibus reniformi-globosis, rugoso-striatis, laevissime hirsutiusculis, nigris, nitentibus.

In horto Bogoriensi culta sub nomine: H. vitifolius.

*Obs.* Sectioni: *Manihot* adjungendus *Hibiscus*, noster et *H. ficulneum* inter et *H. Manihot* collocandus; (DC. I. 588) a priore differt, foliis 7-lobis, summis 5-lobis, lobis acuminatis, involucello 4—6-phyllo, longe-persistente, a posteriore vero caule pruriente, foliis subtus stellato-pilosis, prurientibus, involucello glabro, pedicellis floriferis erectis; ab *Hib. Timorensi*, cui etiam affinis, differt caule pruriente, involucello 4—6-phyllo, fructu pyramidato. Alia haud adest affinitas. Respiciendus autem videtur *Hib. racemosus Lindl.* quem *Sprengelius* c. post p. 251 in *Hib.* sectione: *Abelmoschus* enumerat; si ad sectionem: *Manihot* pertineret, affinitas esset maxima, et tunc distinguendus a nostro: pube stellata hispida, foliis 5-fidis, tomentosis, involucro calycem aequante. Nomen ad celebrandum professorem botanices directoremque horti medici Amstelodamensis *W. H. de Vriese.* (*Conf. C. Hasskarl, Plantarum rariorum horti Bogoriensis, Decas prima*, inserta in *Tydschrift voor*

*natuurlyke geschied. en Phys.*, door *J. van der Hoeven* en *W. H. de Vriese. V. Deel.* 1.)

Index Seminum in horto botanico Berolinensi 1840 collectorum (Link Director). 4.

Wiewohl in diesem Verzeichnisse eine Menge neuer Arten enthalten sind, so sind diese nur benannt, nicht diagnosirt. Wir geben, was wir finden: *Alternanthera diffusa* H. Ber., n. spec. e Brasilia. *Ammannia ramosior* L., huc etiam spectare videtur A. octandra L. *Arabis crispata* W., ab A. alpina vix diversa, nisi floribus minoribus siliquisve crebrioribus. *Arenaria tenuiflora* L. var. *arabica* H. Ber. semina misit Schimper ex Arabia. *Balsamina labiata* H. Ber., spec. nova, B. hortensi proxima. *Bidens affinis* Kl. et O., spec. nova e Cuba. Semina misit E. Otto, B. grandiflorae affinis. *Campanula alaris* H. Ber., spec. nova ex Am. boreali. *Camp. azurea* Soland., satis diversa ab C. rhomboidea. *Cardamine Engelmanniana* H. Ber., spec. nova ex Am. boreali. Semina misit Engelmann. *Chenopdium album* L. *β. armeniacum* H. Ber., semina habemus ex Armenia. *Commelina puberula* H. Ber. spec. nova ex Mexico. Semina misit Gerold. *Draba confusa* Ehr. *β. paucifolia* Kl. Semina legit Chamisso in Unalaschka. *Drymaria cubensis* H. Ber. Spec. nova e Cuba. Semina legit E. Otto. *Elymus hordeiformis* Desf.?, glumis glumellisque muticis ab E. virginico diversus. *Epilobium chilense* H. Ber. Spec. nova, habitat prope Valparaiso in Chile. *Ethulia corymbosa* H. Ber. Spec. nova a Cap. bon. spec. Semina legit Drège. Conyza scabrida indicis nostri 1839. *Eupatorium Engelmannianum* H. Ber., Spec. nova ex Amer. boreali, semina misit Engelmann. *Eupatorium glabellum* H. Ber. spec. nova e Mexico. *Eup. occidentale* Hook. Planta nostra differt ab Candollei diagnosi caule puberulo, fol. inferioribus alternis,

superioribus oppositis, summis paucidentatis, secundum exemplaria autem ab Hookero Herb. regio missa, certissime genuina. *Euphorbia serpens* Kth. Hanc ducit Sprengelius immerito ad serpillifoliam Poir. Syn. E. humifusa et begoniaefolia Hort. *Festuca binodosa* Kl. Spec. nova ex Amer. boreali. Semina misit Engelmann. *Fumaria alexandrina* H. Ber. Spec. nova. Habitat pr. Alexandriam. Semina retulit ex itinere suo Ehrenberg. *Galinsogea brachystephana* H. Ber. Spec. nova. Semina legit E. Otto in montibus Silla de Caracas dictis. *Helenium altissimum* H. Ber. Spec. nova ex Am. boreali. Semina misit Engelmann. *Helen. californicum* Dougl. Praecipue involucri laciniis ligulas dimidias superantibus ceteris diversum. *Helen. commutatum* H. Ber. Spec. nova ex Amer. boreali. *Helianthus neglectus* H. Ber. Spec. nova ex Amer. boreali. *Hypochaeris Balbisii* DC. *β. foliosa* H. Ber. Caulescens, caule paucifolio. *Ichnanthus glaber* H. Ber. Spec. nova ex Am. boreali. Semina misit Engelmann. *Madia angustifolia* H. Bonon. Semina hujus plantae ab descriptis Madiae speciebus bene distincta, habemus sub hoc nomine ex horto bot. Bononiensi. Eandem plantam accepimus ex horto bot. Goettingensi sub M. viscosa Cav., quam Candollius ad sativam duxit. *Malva cordifolia* H. Ber. Spec. nova. Semina habemus ab Hort. Soc. sub M. mauritiana. *Malva mauritiana γ. acutiloba* H. Ber. Habemus sub nomine M. chinensis Hort. ex hort. bot. Halensi. *Oxalis corniculata* L. *β. longipedunculata* H. Ber. Hab. in Amer. boreali. *Panicum monostichum* H. Ber. Spec. nova. Semina legit Schimper in Abyssinia. *Pan. pulchrum* H. Ber. Spec. nova. Patria Nepaulia. *Papaver Argemone* L. *β. paucisecta* H. Ber. Capsula apice tantum pilis paucis munita. *Poa Cambessediana* Kth. Syn. Eragrostis abyssinica H. Par. *Ribes holosericeum* H. Ber. Spec. nova R. Biebersteinii affinis.

Patria? *Scorzonera eriosperma* MB. *β. parviflora* H. Ber. Syn. S. angustifolia Hort. *Scorz. Juliana* H. Ber. Spec. nova Sc. villosae proxima. *Senecio viscosus* L. *β. radiatus* H. Ber. Radio patente disco longiore. An sp. diversa? *Silene pachyphylla* H. Ber. Spec. nova S. obtusifoliae affinis. Patria ignota. *Spilanthes leucocephala* H. Ber. Spec. nova. Semina legit E. Otto in montibus Silla de Caracas dictis. *Stephanocarpus Ehrenbergii* H. Ber. Genus novum. Semina legit Ehrenberg in Aegypto. *Urtica gracilis* Ait. A Sprengelio ad satis diversam U. proceram ducta. U. chamaedryoides indicis nostri 1839. *Urtica mexicana* H. Ber. Spec. nova e Mexico. *Veronica polycarpa* H. Ber. Spec. nova ex Am. boreali. Semina misit Engelmann.

Delectus Seminum e collectione anni 1840, quae hortus botanicus Dorpatensis pro mutua commutatione offert. 8. (v. Bunge, Director.)

1. *Arnebia guttata.* m.; perennis, patenti-setoso-*hirsutissima*, ramosa; foliis oblongo-linearibus, spicis densis secundis, bracteis *linearibus, calyce* fructifero *basi aequali* hirsutissimo, *tubo* corollae gracili incurvo *calycem duplo superante*, limbo subaequali patentissimo guttato, *stylo profunde bifido*, stigmatibus bilobis, nucibus vix rugulosis. Hab. ad. flnv. Inia in Tschujam influentem. Valde affinis Arnebiae setosae (Lithosp.) F. et M., distincta hirsutie, bracteis, stylo; ab A. tinctoria Forsk. differt corolla, ab A. cornuta F. et M. calyce. Duas species his affines continet collectio Chesneyana sub Nr. 62.

2. *Astragalus dilutus.* m. A. (Anthylloideus) acaulis, caespitosus; *stipulis abbreviatis hispidis,* foliolis sub 13 (11 — 15) elliptico-obovatis pilis rigidis adpressis incanis, spicis oblongis folia parum excedentibus, *calyce bracteas*

ovatas *plurics excedente*, demum parum aucto globoso *pilis omnibus adnatis adpressis* nigris albisque adsperso, *vexillo calycem plus duplo superante*, leguminibus calyci inclusis rigide albo-villosis. Hab. ad rivulum Tuktugem in deserto Tschujae edito. — *A. folliculari* Pall. proximus, differt vero foliolis paucioribus, brevioribus latioribusque, spicis brevioribus, bracteis multo minoribus, floribus pallide purpurascentibus, nec flavis; ab *A. calycino* MB. foliolis numerosioribus pilisque nigricantibus in scapo nullis, vexillo calycem triplo excedente, florum colore, calyce fructifero vix inflato; ab *A. ellipsoideo* Led. stipulis hispidis nec sericeis et pilis calycinis omnibus adnatis; ab *A. laguroide* Pall. bracteis abbreviatis, pubescentia adpressa etc.

3. *Barysoma villosum* Bge. Characteres quibus genus hoc superstruxi haud constantes esse, observatio ulterior me edocuit, variat enim numerus vittarum in una eademque umbella. An planta a me sub hoc nomine proposita sit verum *Heracleum villosum* Hoffm. nec ne, deficientibus specimini-bus authenticis eruere haud possum.

4. *Bothriospermum bicarunculatum* F. et M. est verum *B. chinense* m., prope Pekinum lectum. *B. chinense* F. et M. vero, a planta mea diversum, in Mongholia australi ad fines chinenses a Kusnetzowio lectum, *B. Kusnetzowii* dicendum.

5. Numerus specierum generis *Echinospermi* nuper tantum increvit et characteres quibus discernuntur tam leves sunt, ut necesse videatur clavem synopticam earum proponere, eo magis, quum in novissimo opere genus valde mutilatum traditur botanicis. (vide D. Dietr. synops. plant. p. 610. ubi primae 6 species e Spr. Syst. veg. 1. p. 567.) transscriptae, sequentes vero 8 species in pag. 568. enumeratae, omissae, tunc 9 species e Led. fl. alt. et Eichw. casp. additae, deni-

que, — risum teneatis! — *Solenanthus circinatus* Led. in *E. circinatum* anabaptisatus est.

1. Fructibus deflexis vel patulis 2.
— erectis 11.
2. Racemis ebracteatis 3.
— bracteatis 5.
3. Caule suffruticoso, foliis linearibus . . . . . 1. E. borbonicum. Lehm.
Caule herbaceo 4.
4. Foliis subcordato-ovatis 2. „ zeylanicum. Lehm.
— elliptico-lanceolatis 3. „ javanicum. Lehm.
5. Pedunculis demum incrassatis 6.
Pedunculis demum immutatis 9.
6. Fructibus muricato-spinosis 4. „ *Vahlianum.* Lehm.
— glochidatis 7.
7. Glochidibus basi connatis 5. „ *Szovitsianum.* F. et M.
— liberis 8.
8. — abbreviatis . 6. „ *condylophorum.* Lehm.
— longissimis . 7. „ *minimum.* Lehm.
9. Fructibus glochidatis 10.
— eglochidatis rugulosis . . . . . 8. „ *compressum.* Turcz.
10. Glochidibus undique densis 9. „ *virginicum.* Lehm.
— uniserialibus basi connatis . . . . 10. „ *deflexum.* Lehm.
11. Fructibus laevissimis . 11. „ *leiocarpum.* F. et M.
— aculeatis 12.
12. Aculeis eglochidatis in cristam connatis . . . . 12. „ *cristatum,* m.
Aculeis glochidatis 13.
13. — margine uniserialibus 14.

Aculeis margine biserialibus.
— — pluriserialibus 13. *E. triseriale.* m.
14. — omnibus marginalibus 17.
— praeter marginalia basilaribus et lateralibus minoribus 15.
15. — marginalibus basi confluentibus 14. „ *heteracanthum.* Led.
— — liberis 16.
16. — — basi dilatat. lanceolatis 15. „ *macranthum.* Led.
— — subaequalibus subulat. 16. „ *consanguineum.* F. et M.
17. — liberis 18.
— connatis 24.
18. — abbreviatis 19.
— mediocris 20.
— longissimis 23.
19. — molliter pilosum, corolla calycem multo excedente . . . . . 17. „ *brachycentrum.* Ledeb.
— rigide hispidum, corolla calycem aequante . 18. „ *tenue.* Led.
20. Floribus pedicellatis 21.
— subsessilibus . 19. „ *patulum.* Lehm.
21. Corolla calycem aequante 20. „ *Redowskii.* Lehm. (intermedium Led.)
— — superante 22.
22. sericeum, bracteis flore brevioribus . . . . . 21. „ *microcarpum.* Led.
patulo tuberculato-pilosum 22. „ *strictum.* Led.
23. Corolla calycem aequante, pilis basi aequalib. 23. „ *caspium.* F. et M.

| | |
|---|---|
| Corolla calycem superante, pilis basi incrassatis . | 24. *E. semiglabrum.* Led. |
| 24. Caule herbaceo, foliis spathulatis . . . . | 25. „ *marginatum.* Lehm. |
| — suffruticoso, foliis lanceolatis . . . | 26. „ *cynoglossoides.* Lehm. |
| 25. Corolla calycem superante | 27. „ *barbatum.* Lehm. |
| — — aequante 26. | |
| 26. aculeis subaequalibus . | 28. „ *Lappula.* Lehm. |
| — exterioribus plus duplo brevioribus . | 29. „ *anisacanthum.* Turcz. |

6. ***Lepidium cordatum*** W. Specimina nuper in desertis sulalpinis altaicis orientalibus lecta, melius in hanc speciem, quam in L. amplexicaule W. quadrant, et utramque conjungere suadent.

7. ***Oxytropis alpina*** *m.* O. uralensis DC. *β.* pumila Led. fl. alt. III. p. 290. specie distinguenda ab. O. uralensi DC. vera, ita ut ab O. Halleri m. (O. uralensi autor. fl. europ.) et O. ambigua DC., speciebus, quamvis inter se valde affinibus, tamen diversis (vid. suppl. alterum in fl. alt. orientalem, mox edendum).

8. ***Scutellaria grandiflora*** Sims. quae in hortis colitur longe differt a *Sc. pulchella* nostra, quam cl. Bentham huc perperam duxit.

9. ***Tauscheria lasiocarpa*** Fisch. Nuper etiam in desertis ad Tschujam lecta. Specimina Tschujensia robustiora, strictiora, quoad fructum magis conveniunt cum planta occidentali rhymnica, quam cum songorica; margo inflexus in nostra angustus, in planta rhymnica crassior, in utraque spongiosus, in songarica vero latitudinem siliculae aequans, membranaceus; in illis rostrum tenue, fere triquetrum, in hac latius, excavatum. An igitur, eodem jure, quo in Isatide, ex

fructu plures species distinguendae? — *Genus Thysanocarpus nec cum Tauscheria nec cum Isatide ulla affinitate junctum; est enim pleurorhizeum et a Peltaria vix distinguendum. Eodem modo in aliis generibus cruciferis embryonis structura hucusque falso indicatur; sic v. gr. Cordylocarpus Orthoploceis, Menovillea Nothorrhizeis adnumeranda.*

Selectus seminum numerus in horto Erfurtensi anno 1840 collectorum. 4. (Bernhardi Director.)

***Bromus exaltatus***, perennis, panicula diffusa nutante pubescente, spiculis lineari-lanceolatis, 6—12 floris, apicem versus angustioribus, gluma inferiore 4 nervia, floribus lineari-lanceolatis, breviter aristatis, fructiferis subremotis, foliis calvis, vaginis superioribus retrorsum pilosis. Habitat in regno Mexicano.

***Chroilema subcanescens.*** Chroilema novum genus ad Asterodias Solanogyneas spectans: Capitulum multiflorum heterogamum, floribus tubulosis, radii foemineis apice fissis, disci hermaphroditis 5-fidis. Involucri squamae inferiores patulae, superiores imbricatae, margine membranaceo coloratae. Receptaculum alveolato-fimbrillatum. Achaenia compressa oblonga, setulis adpressis hispidula. Pappus pilosus biserialis, exterior brevis, interior ex pilis hispidulis longitudine corollae constans. *Chr. subcanescens* est suffrutex Chilensis ramosus pilis brevibus confertis magis minusve patulis subcanescens, folia alterna linearia integerrima, inferiora bipollicaria, superiora multo breviora; rami monocephali; flores lutei, demum, ut squamarum involucri margines, purpurascentes.

***Melilotus microcarpa Balbis.*** Eandem plantam sub nomine *Meliloti anomalae Ledeb.* et *Trifolii micranthi Viv.* accepi. Patria ejus est Sardinia.

*Tordylium Hasselquistiae* et *Hasselquistia cordata* vix nisi fructibus distinguuntur. Fructus enim in hac non solum dissimiles et in illa conformes, sed mericarpia etiam *Tordylii Hasselquistiae* margine tumido spongioso obtusiusculo circumdantur; contra mericarpia plano-compressa *Hasselquistiae cordatae* margine duplicis coloris cinguntur: interior enim ejus pars fuscescens, latior, plana, tennis, linea elevata terminata, exterior vero albida, angusta acutiuscula. *Hasselquistia cordata* genuina ex hortis aufugisse videtur.

Delectus Seminm anno 1840 collectorum, quae mutuae commutationi offert hortus botan. Francofurtensis. 4. (Fresenius Director.)

*Leonurus sibiricus.* Huc pertinet *L. nepalensis*, in Catalogis nostris prioribus enumeratus.

*Leonurus capitatus.* Semina legit Dr. *Engelmann* in America boreali. Differt a ceteris speciebus vel formis sectionis *Cardiaca* habitu et praesertim ramis omnibus capitulo nec coma foliorum terminatis, verticillastris tribus tantum vel quatuor instructis, quorum infimus $1\frac{1}{2}-2$ — plures pollices a proximo superiori distat. Haec forma ad L. Cardiacam fere se habet ut formae capitatae Menthae aquaticae ad formas hujus speciei verticillatas. Folia subtus holosericea, ut in L. Cardiaca figura varia.

Index Seminum, quae hortus botanicus R. Archigymnasii Genuensis pro mutua commutatione offert an. 1840. 8. (De Notaris, Director.)

Wir theilen hier die Noten nach einer vom Verf. uns übergebenen Verbesserung mit:

1. *Cassia chrysoloma*; affinis quammaxime Cassiae Coluteoidi *Collad.* p. 102, tab. 12, differt vero caule diffuso scandente, foliolis rotundatis aut subacutis, supremis inaequaliter. subtus nervo et latere inferior. pilosis, glandula inter par infimum globosa!, margine foliorum aureo-cartilagineo, pedunculis axillaribus. Colitur in horto multo abhinc tempore, viget sub diu, floret autumno.

2. *Helianthemum Vivianii Poll.* Fl. veron. 3. p. 799. *Rch.* Fl. exc. 2. p. 712. Cistus acuminatus *Viv.* Fragm. in ann. di bot. v. 2, p. 172, tab. 25. f. 1. Helianthemum Vivianii est planta annua H. guttato affinis, quae abunde provenit in collibus Liguriae occiduae aridioribus.

3. *Chamaepeuce mutica* DC. (in *Indice* sub erroneo nomine *Jurineae linearifoliae*, quo stirpem ab inventore habuerat, enuntiata). Semina missa a Cl. D. *Pestalozzi*, qui hanc pulchram stirpem legit circa Adaliam vere praeterlapso.

4. *Parentucellia floribunda Vivianii* (Fl. Lybic. Specim. p. 31. 32. tab. 21. fig. 2.) synonymis quae Trixago latifolia *Rchb.* gravatur immerito adsociata est. Ab hac pro vero (Bartsia latifolia *Sm.*, Trixago purpurea *Stev.*, Bartsia purpurea *Dub.*, Euphrasia latifolia *L.*) quam habeo e pluribus Italiae plagis, et ex ora boreali Africae, differt; magnitudine partium omnium majori, villis glanduliferis paucioribus, floribus laxiuscule spicatis, calycis ad medium quadrifidi dentibus triangulo acuminatis, binisque superioribus longioribus subrecurvis fere ac in Trixagine viscosa, corollae calycis duplo longioris tubo arcuato, antherarum ciliis copiosioribus, seminibus (dissepimento adfixis) cinereis. Nomine igitur proprio, *Trixaginis floribundae*, Parentucelliam salutandam esse censeo.

5. *Vernonia profuga*: Fruticosa, scandens ramulis teretibus pube brevi canis, foliis penninerviis alternis mar-

gine subrevolutis, subsinuatis undulatisve, remote obsoleteque denticulatis mucronulatis utrinque sparse puberulis, minutissime sub lente pellucido-punctatis, inferioribus elliptico-ovatis, supremis elliptico-lanceolatis obtusiusculis, mucronulatis; capitulis in cymas scorpioideas terminales tri-quadrifidas, aphyllas, dispositis; involucri 20-flori squamis lanceolato linearibus acutis, extus hirsutulis, receptaculo alveolato fimbrillifero, corollis glabris roseis involucro multo longioribus; achaeniis subturbinato-striatis, puberulis, pappo argenteo, exteriori paleaceo, achaenia subaequante.

Planta 2—4 pedalis, in horto pluribus ab hinc annis culta, probabiliter e seminibus ab America advectis. Floret ineunte hyeme.

## Index Seminum horti Academici Goettingensis. 1840. 4. (Bartling, Director.)

*Astrantia gracilis* Bartl. A. foliis radicalibus tripartitis vel trisectis, segmentis inaequaliter serratis, intermedio cuneato-oblongo, lateralibus bifidis, lacinia exteriore semiovata; involucri foliolis integerrimis umbellam superantibus; calycis dentibus ovatis obtusis mucronatis; fructus papillis conico-subulatis distinctis. — In Carnioliae alpibus. — Media A. minorem L. inter et A. carniolicam Wulf., ab illa foliis umbellisque, ab hac fructu facillime dignoscenda.

*Eupatorium variifolium* Bartl. E. caule herbaceo erecto superne subtomentoso; foliis oppositis trisectis subtus pubescenti-subtomentosis; segmentis cuneato-obovatis obtusissimis apice irregulariter inciso-dentatis bilobisve; corymbo fastigiato pedunculis pedicellisque tomentosis; involucri cylindrici 5—6-flori squamis oblongis obtusis dorso pubescentibus. — Ex America boreali. — Eup. cannabino L. et E.

syriaco Jacq. affine quidem, sed foliorum forma constanter diversum.

*Lamium niveum* Schrad. L. (sect. III. Lamiotypus Dumort.) hirsutissimum; foliis cordato-ovatis inaequaliter crenato-serratis rugosissimis; tubo corollae recurvo strictura annuloque transversis, faucis inflatae margine utrinque bidentato, dente superiori setaceo; calycis dentibus subulatis recurvis, superioribus longioribus; antheris barbatis. — Patria ignota. — Vereor, ne Lamii maculati L. varietas sit macra et albiflora.

*Lepidostephanus madioides* Bartl. *Achyrachaena mollis* A. Schauer., qui eodem fere, quo egomet ipse in Ind. sem. H. Gotting., tempore in Catal. H. Vratisl. stirpis descriptionem et nomen dedit.

*Scabiosa gramuntia* L. *a.* Sec. Cl. Koch. — Plantae spontaneae, in Littorali Austriaco millies mihi visae, calyx interior semper nudus, in speciminibus cultis autem e semine pr. Tergestum lecto educatis haud raro setulae nonnullae adsunt, semper tamen caducissimae.

*Tragopogon orientalis* L. A. Tr. pratensi L., cui antherae inferne aureae, superne unicolores obscure castaneae, haecce species per totam Germaniam australiorem divulgata optime distinguitur antherarum tubo aureo striis 5 nigris picto.

## Index Seminum in horto Academico Halensi 1840 collectorum. 4. (Schlechtendal, Director.)

1. Crepis pulchra *L.*, quam incaute pro Youngia Mauritiana DC. habuimus, variis sub nominibus in hortis botanicis vagatur: Prenanthes sonchifolia, hieracifolia, japonica, Crepis pulcherrima Fisch. — Icon J. Bauhini sub Hieracio pulchro addita inflorescentiam plantae nostrae haud recte repraesentat.

2. Cirsium serrulatum *MB.* Fl. Taur. Cauc. n. 1660. var. glabratum. Hoc nomine plantam designamus per plures jam annos in horto nostro perennem atque e nostra sententia cum aliis Cirsiis ad sectionem Lophiolepidum ducendam. Folia subtus non tomentosa sed arachnoideo-pubescentia; capitula glabriuscula, squamis laeviusculis apice coloratis et spina lutescente terminatis, margine ciliatis; ciliae sub spina majores, forma spinularum, mox decrescentes, densae, minutae, totum marginem occupantes; squamae exteriores breves, brevius spinosae, extus curvatae, interiores sensim longiores longius spinosae, patulae, tandem erecto-patulae.

3. Dahlia Merckii *Lehm.* Del. Sem. h. Hamb. 1839. p. 7. c. diagnosi. Synonyma certissima sunt, easdem nempe plantas e seminibus educavimus: *Georgina scapigera* Otto et Dietr. Ind. sem. h. Berol. 1839 (nomen tantum, quod non optimum.) — *Dahlia species* (kleinblühende Georgine aus Mexico) Booth Verzeichniss 1839.

Praeterea e descriptionibus ad hanc speciem spectare videntur: *Dahlia minor* de Visiani in ind. sem. hort. Patav. 1839. n. 1. c. diagnosi. — *Dahlia glabrata* Neumann in Neue Blumenzeit. 1840. Nr. 46. cum descriptione.

4. Fragaria mexicana *Schldl.* De specie hac tam in Linnaea (V. 572.; XIII. 265.), quam in diario horticulturae dicato (Otto u. Dietr. Allg. Gartenzeit. 1838. S. 293) jam verba fecimus. Medium quasi tenere videtur inter Fr. vescam et collinam. Fructus globosus, calyce adpresso cinctus, carne molli, odore Ananassae, similique at acidulo gustu. Hiemes nostras foliis tecta bene perferre videtur.

5. Nicotiana mexicana *Schldl.*. Nullo jure hanc stirpem N. albam Milleri et N. fruticosae varietatem declaravimus. Propria species videtur sic definienda:

N. undique glanduloso-pilosa, foliis acutis, infimis ovalibus in petiolum fere angustatis, superioribus versus basin

angustatis ipsa basi dilatata subauriculata semiamplexicaulibus, summis ellipticis lanceolatisve sessilibus paullulum utrinque decurrentibus; panicula subdichotoma corymbose racemosa, calyce subregulari acute 5-dentato, corollae albae tubo elongato supra medium ampliato, limbo plano in lacinias 5 acutissimas aequales partito; capsula calycem aequante. — In olla culta per plures annos persistit et altitudinem 3—4 pedum attingit, sub diu culta duplo major evadit, semper pallide virens et ut in statu spontaneo albiflora.

6. Saracha Jaltomata *Schldl.* Tanta affinitate haec species jungitur cum S. (Physalide) allogona Bernh. ut utriusque specimina sicca distinguere non valuissem. Differt nostra ab illa non minus mexicana: caule obtusius quadrangulo vel quinquangulo, lateribus saepius sulco exaratis, et pilis raris adsperso; foliis paullo latioribus subtus lucidulis; inflorescentia brevius pedunculata, pedunculis omnibus cum calycibus hirtellis, corollae magis e viridi tinctae sinubus integris nec emarginatis etc. Utriusque iconem edere studemus ut differentia clarius eluceat.

7. Tradescantia iridescens *Lindl.* Primo anno caulem edit brevem nudum apice flores glomeratos foliis suffultos gerentem s. scapum, dein vero caulem emittit leviter flexuosum, foliosum, ex axillis superioribus per longum tempus flores amygdalarum amarum odorem spirantes evolventem.

## Delectus Seminum in horto botanico Kioviensi Universitatis Caesareae St. Vladimiri anno 1840 collectorum. 8. (Trautvetter, Director.)

1. *Isatis laevigata Traut.* tota glaberrima; stigmate sessili; siliculis ellipticis, latitudine circiter duplo longioribus, pedicellum sursum incrassatum subaequantibus, utrinque angustatis et acutis, disco utrinque aeque parum prominente,

subunicostato, costis lateralibus obsoletis, intermedia crassa, prominente, bicarinata. — Semina a Prof. Fedorovio e Sibiria allata. — Species proxime affinis *Is. brachycarpae C. A. Mey.*, quae differt pube minuta caulis, siliculae disco tricostato, costis aequalibus, intermedia tricarinata.

2. Generis *Medicaginis* characterem genericum mutavimus hoc modo: legumen poly-(3—8)spermum, exsertum, nudum, exalatum, saepissime prorsus erostratum, rarissime styli decidui basi ima persistente coronatum. Hinc magna pars *Trigonellarum*, quae nunc appellantur, nobis in genere *Medicagine* militat.

3. *Medicago fissa Trautv.* est *Trigonella pinnatifida L.*

4. *Medicagini monanthae Trautv.* (*Trigonellae monanthae C. A. Mey.*) maxime affinis est planta, quam *Medicaginem psilocarpam Trautv.* nominamus. Hujus diagnosin illam proponimus: M. annua; foliolis obovatis, integris, antice serrulatis, glabris; stipulis lineari-subulatis; floribus axillaribus, solitariis, sessilibus (flavis); leguminibus longissimis, angusto-linearibus, falcatis, pubescentibus, subsessilibus, erecto-patentibus.

5. Genus *Melilotum* ita definiendum esse censemus: legumen oligo-(1—2)spermum, exsertum, nudum, exalatum, saepissime prorsus erostratum, rarissime styli decidui basi ima persistente coronatum.

6. *Medicaginem lupulinam L.* meram Meliloti speciem esse elucet e charactere generico *Meliloti* supra allato. Summa praeterea est *Medicaginis lupulinae* cum *Meliloto sulcata Desf.* affinitas.

7. *Mirabilis ambigua Trautv.* foliis oblique cordatis, supra margineque pubescentibus, petiolatis; floribus subdenis, congestis, breviter pedicellatis; perianthio basi cuneato, me-

dium usque 5-fido; corollae infundibuliformis tubo perianthium ter quaterve, corollae limbum bis superante; limbi lobis ovatis, emarginatis; fructibus acute 5-angularibus, basi subpubescentibus, angulis acutissime carinatis. — Patria ignota — Planta maxime affinis *Mirabili Jalapae L.*, cujus fortasse varietas. Differt *L. Jalapa Mir.* a specie nostra limbi lobis exacte semicircularibus (nec ovatis), fructibus obsolete quinquetris (nec acute 5-angularibus, angulis subalatis). *Mir. planiflora Trautv.* facile dignoscitur a *Mir. ambigua* fructibus glabris 10-angularibus.

8. *Trigonellae* generis characterem hunc ernimus: legumen exsertum, nudum, exalatum, longe rostratum; stylo persistente, demum incrassato. Styli indole commemorata *Trigonella* optime a *Meliloto* et *Medicagine* separatur.

9. *Trigonella ensifera Trautv.* annua; foliolis linearioblongis, subtruncatis, apice serrulatis; floribus solitariis geminisve, sessilibus (flavis); leguminibus villoso-pubescentibus, circiter 15-spermis lineari-elongatis (longitudine latitudinem 15-ies superante), rostrum ter superantibus, erecto-patulis, vix falcatis, sessilibus. — Species proxime affinis *Trig. Foeno gracco L.*, a qua differt foliis duplo angustioribus, leguminibus pubescenti-villosis. *Trig. gladiata Stev.* (Trig. prostrata DC.) differt leguminibus oblongis, latitudine sextuplo longioribus, 6—9-spermis, rostrum vix bis superantibus. — Patria *Trig. ensiferae* nobis ignota.

## Selectus Seminum horti botanici Lovaniensis 1840. 4.

(Martens, Director.)

*Iris missuriensis* Martens, scapo multifloro, subpedali, foliis ensiformibus sublongiore; spathis herbaceis inflatis; tubo perigonii elongato, gracili, exserto; tepalis deflexis barbatis, fusco-venosis; erectis obovatis luteis unguiculatis. Af-

finis Ir. variegata; sed differt, tubo spathis longiore, gracili, laciniis erectis unguiculatis. Semina ex St. Louis, Missouri, Am. sept. Misit D. Duerinck e Soc. Jesu. *Cerasus Duerinckii* Martens, racemis horizontalibus et pendulis, floribus confertis, petalis orbicularibus, foliis subcordato-ovalibus, acute serrulatis. Affinis Ceraso Virginianae sed differt racemis non erectis, foliis latioribus ovalibus.

## Index Seminum horti Academici Marburgensis. 1840. 4. (Wenderoth, Director.)

1. *Acer sylvestre.* Arbor procera. Differt ab A. campestri et austriaco, proximis, foliis majoribus, tenuioribus basi cuneata, laciniis angustioribus, samaris pubescentibus etc.

2. *Achillea bicolor.* Occurrit ea nuperrimis temporibus etiam sub nomine *Achilleae leptophyllae fl. albo*, qua vero satis discrepat foliis pubescentibus, nec tomentosis, mucronato-setaceis et floribus nec luteis, nec albis, sed luteo-albis.

3. *Aconitum alatum.* A. Napellus *Linn.* nec Autor. itaque nec A. variabile var. neubergense *Hayne*, nec A. pyramidale *Mill.* quae mixtum constituunt ex his omnibus compositum. Nostrum *A. elatum* constanter quatuor et plurimas septimanas serius Aconito neubergensi *Clusii* floret, et quidem non ex loci ac culturae diversitate, nam juxta sese crescentia in eodem loco et solo semper ita se habent.

4. et 5. Quas hucusque varietates tantum, etsi memorabiles habuimus, et sub *Actaeae racemosae* nomine comprehendimus plantas, nunc, longa observatione et repetita exseminatione edocti, specie differre persuasi sumus, easque jam quidem nominibus definitionibusque sequentibus distinguere periculum facimus:

a) *Actaea* (*Macrotys*) *orthostachya* racemo stricto (robustiori), foliolis grosse et duplicato serratis.

A. racemosa *Linn.* ex parte.

Cimicifuga Serpentaria *Pursh.* ex parte?

Christophoriana americana procerior et longius spicata *Dillen.* Hort. elth. 79. t. 67. fig. 78. bona.

b) *Actaea* (*Macrotys*) *gyrostachya* racemo (graciliori) serpentino-flexuoso, foliolis aequalibus acuminatis argute et inaequaliter serratis.

A. racemosa *Linn.* ex parte.

Cimicifuga Serpentaria *Pursh.* Ic. Düsseld. Smlg. off, Pflanzen. L. XIV. t. 12.

Utraque habitu, magnitudine totius plantae partiumque singularium magnopere discrepat. Illa multo major, robustior haece; foliis, floribus (candidioribus) racemisque majoribus praedita in uno eodemque solo culta. In hac foliolorum basis magis cuneata aequalis et ea de causa illa fere tri- et triplinervia; extrema foliola semper inciso-trifida; in illa basis rotundata et ob inaequabilitatem ejus foliola uninervia, extremo excepto, quod cum subaequali basi subtrinervium et subtrilobum est.

6. *Crataegus rubra.* Vid. *Wenderoth* Lehrb. d. Bot. p. 543. sub *Mespilo rubra*, demta var. *β.* quae ad Cr. Oxyacantham pertinet; nostram C. rubram nunquam floribus plenis vidimus; illam autem et C. monogynam omnino.

7. *Cucumis Princeps.* Hoc sub titulo Cucumeris (Melonis) speciem offero, quae mihi praestantissima exquisitissimaque omnium esse videtur, et quidem aeque formam propter (oblongam), et magnitudinem singularem, ac inprimis ob saporem ejusdem delicatissimum.

8. *Genista elata.* Absque dubio Genista virgata *Willd.* A Genista tinctoria vero longe recedit: multo major est (4—

5 pedalis) semper erecta, caules ramique teretes glabri (nec pubescentes, nec elevato-striati) hornotini angulati, flores majores, tempus florescendi serius etc. Definienda esset hoc modo:

G. caule fruticoso erecto, ramis virgatis teretibus glaberrimis striatis, foliis elliptico-lanceolatis glabris, floribus racemoso-paniculatis.

*Syn.* Genista sibirica *Moench.* nec *Linn.* Patria?

9. *Heracleum amplissimum* nuncupamus plantam e semine sub nomine *Heraclei Carmeli* nobiscum communicato ortam, quae ab hac aeque ac hujus generis descriptis speciebus diversa; eminet inter omnes giganteis formis cunctarum partium, habitu, altitudine et ambitu. Definiamus illam sequenti modo:

H. caule ramosissimo setoso, foliis quinato-decursive et auriculato-pinnatis, foliolo extremo trilobo, umbellis amplissimis multiradiatis, floribus radiantibus, fructibus obovato-oblongis lanuginoso-hirsutis. 2. s. d. Patria?

10. *Lilium Martagon* var. *superbum* multo speciosius vulgari hac forma est, floribus majoribus, plurimis, roseis, inflorescentia pyramidali etc.

Semina horti Patavini, anno MDCCCXL. collecta, quae commutanda exhibentur. 4. (De Visiani, Director.)

1. *Cytisus Alschingeri Vis.* C. fruticosus, adpresse canescens, petiolis canaliculatis, foliolis oblongis utrinque attenuatis, ramis racemisque patulis rigidis, calycibus profunde labiatis, labio inferiore ovato-lanceolato subintegro longiore, leguminibus margine incrassatis.

Hab. In sylvaticis mont. *Vellebith* in Dalmatia, ubi detexit et sub nomine *Cyt. Laburni* communicavit egr. prof. *Alschinger.* Modo colitur in H. Pat.

Admodum affinis *C. Laburno*, qui differt petiolis planis, calycibus leviter labiatis, labiis subaequalibus, inferiore ovato apice tridentato, et praecipue ramis racemisque gracilibus pendulis.

2. *Dahlia minor Vis.* Eodem anno proxime elapso, quo egomet inter *Semina rariora H. Patav.* speciem hanc enumeravi et descripsi, aliam admodum similem in *Catal. Semin. H. Hamburg.* nomine *D. Merckii* descripsit cl. *Lehmann.* Utrum vero hae plantae unicam constituant speciem nec ne, dubitare licet ex eo, quod cl. *Lehmann* speciei suae tribuat squamas involucri divaricatas et ovales, florum discum purpureum, quae quidem notae in nostra desiderantur.

3. *Ocimum citriodorum Vis.* O. caule suffruticoso pubescente, foliis petiolatis ovato-lanceolatis obtusis repando-dentatis glabriusculis, floralibus conformibus acutis integris brevi-petiolatis ciliatis, racemi simplicis pseudo-verticillis 6-floris distantibus, pedunculis erectis calycibusque nutantibus extus et fauce villosis, dente supremo orbiculato leviter decurrente, lateralibus late ovatis apiculatis, infimis lanceolato-subulatis, corollis calyce majoribus, filamentis superioribus supra basim infractis ibique appendice penicilliformi munitis.

Hab. in Nubia. Corolla ex albido violascens. Pertinet ad Sect. *Hierocymum* Benth. lab. gen. et sp. p. 3.

4. *Veslingia* nov. gen.

Capitulum multiflorum heterogamum, floribus radii-ligulatis foemineis uniserialibus, disci tubulosis hermaphroditis 5-dentatis, utriusque tubo undique villoso supra ovarium articulato. Involucrum duplex, externum uniseriale foliaceum aestivatione valvatum, foliolis subquinis distinctis radiantibus capitulo longioribus, internum subimbricatum in receptaculi

convexi paleas achaenia amplectentes continuatum. Achaenia compresso-tetragona erostria calva, disco epigyno subrotundo, epicarpio molli adhaerente. — Genus dicatum celeberr. eq. *Joh. Veslingio* Mindano botanices et anatomes, in Patavino Athenaeo ab anno MDCXXXVIII ad MDCXLIX profess. cl., ad Senecioneas pertinens.

Veslingia scabra.* Herba perennis caule tereti ramoso hirto, foliis oppositis subconnatis ovalibus oblongisve acutis serratis scabris, floribus axillaribus, terminalibusque flavis.

Hab. in Africa locis *Tumad et Cassan* dictis, ubi legit cl. *Th. Kotschy*.

5. *Vialia* nov. gen.

Involucrum tripartitum laterale calyce majus. Calyx ovatus 5-partitus, laciniis conniventibus. Corolla 5-petala, petalis rhomboideis spiraliter convolutis. Filamenta decem membranacea inferne coalita, quibusdam liberis, quinis fertilibus antheris cordato-oblongis bilocularibus cum petalis alternantibus, quinis sterilibus ligulatis emarginatis petalis oppositis. Styli 5 coaliti, apice divisi. Capsula 5-locularis, 5-valvis, loculis 4 — 5-spermis. Semina subrotundo-irregularia angulata rugulosa. — Pertinet ad ordinem Byttneriacearum, staminibus Byttnerieas DC. prodr., petalis Hermannieas referens, utrisque medium. Genus *Felici Viali* ab anno MDCLXXXVII ad MDCCXVIII botanices professori hortique patavini praefecto optime merito (de quo cl. *Tournef. Inst.* r. *herb.* p. 46) dicatum.

Vialia macrophylla.* Suffrutex albo lanatus ramosus, foliis ovatis petiolatis serratis, stipulis setaceis, floribus flavicantibus axillaribus terminalibusque. Hab. . . . .

Syn. Hermannia macrophylla *Hortul.*

Index septimus Seminum, quae Hortus botanicus Imperialis Petropolitanus pro mutua commutatione offert. Accedunt adnimadversiones botanicae nonnullae. 8. (F. E. L. Fischer, C. A. Meyer, J. L. E. Avé-Lallemant.)

*Alsine Pharnaceoides Fenzl.* *Arenaria pharnaceoides Sér. in DC. Prodr. I. p.* 408. *A. filiformis* (*Spergula*) *in collect. Union. itin. Essling. No.* 220. — Ab *Aren. filiformi Labill.* (*Decad. IV. p.* 8. *t.* 3. *f.* 2.) facile distinguitur petalis minoribus emarginatis (non integerrimis) et praesertim stylis brevissimis ovario brevioribus, cum in illa sint styli elongati, petala longitudine adaequantes. — In arenosis rupestribus ad radicem montis Sinai legit W. Schimper. ⊙.

*Ammania ramosior* L. Linnaeus in Spec. plant. ed. sec. p. 175 sequentibus verbis hanc speciem exposuit: „A. fol. subpetiolatis, caule ramoso. Ludwigia aquatica erecta, caule rubente, foliis ad geniculla binis longis angustis hyssopi instar, flore tetrapetalo albo. Clayt. 774. Planta pedalis, inferne ramis oppositis teretibus simplicibus. Calyces ex alis foliorum solitarii (nec ut in praecedenti, A. latifolia, terni), ad apices ramorum magis conferti et ferme spicati." — Haec omnia exactissime quadrant in *A. humilem Mich. fl. bor. amer. I. p.* 99. *DC. Prodr. III. p.* 79. — Postea vero, in Mantissa sua altera p. 332, vir immortalis longe aliam plantam (*A. purpuream Lam.*, ni fallimur) sub *A. ramosioris* nomine descripsit. Restituendum est, ut credimus, pro hac specie (i. e. *A. humili Mich.*) nomen Linnaeanum antiquissimum.

*Ammania stylosa Fisch., Mey.* A. glabra; caule tetragono; foliis lanceolatis acuminatis basi cordato-auriculata semiamplexicaulibus; corymbis 3- v. 5-floris capitatis pedun-

culo brevi fultis; floribus tetrandris tetrapetalis; stylo elongato; capsula biloculari. — Valde similis atque proxime certe affinis *A. purpureae Lam.* (*A. ramosior. Auct. et DC. Prodr.*, non Linn. Sp. pl.), a qua distinguitur corymbis capitatis pedunculatis et praesertim stylo longo exserto (in illa brevissimo); affinis etiam *A. sanguinolentae*, at floribus semper tetrandris diversa. Non est *A. latifolia* L., species jamaicensis valde obscura, quae a nostra distat petalis albis aliisque notis, neque icon citata Sloanei cum nostra stirpe convenit. — Stylus longe exsertus, ovario multo longior. Petala filamentaque purpurea. — Hanc speciem in Nova-Orleans legit Dr. Wiedemann ⊙.

*Ammania Wormskioldi H. Berol.* Flores tetrandri, tetrapetali, petala parva, alba. — *A. diffusae* proxima, a qua differre videtur corymbis in foliorum axillis sessilibus, vel (si mavis) pedicellis axillaribus congestis. — Hab. in Brasilia (ap. Steudel. nomenclat.). ⊙.

*Androsace lactiflora Fisch.* *A. alismoides* ab hac non differt, nec directione pedunculorum, neque florum magnitudine; adsunt specimina intermedia.

*Arabis lilacina Schrad.* Variat siliquis reflexis vel saepius (etiam maturis!) patentibus. — Ab affini *Turriti Grahamii Lehm.* (*T. patula Grah.*) distinguitur floribus minoribus et foliis paene glabris.

*Arabis stenopetala W. En. h. reg. Berol. Suppl. p.* 46. (fide specim. cult. typic.), *DC. Syst. nat. II. p.* 243. *A. sagittata a Gerardiana DC. l. c. p.* 222? (excl. forsan syn. nonnull.), *A. longisiliqua Wallr.* (fide specim.), *A. Gerardi Koch. Synops. Fl. germ. et helv. p.* 38., *A. nemorensis Reichb. fl. germ. excurs. II. p.* 681. *No.* 4344, *A. glastifolia Reichb. Ic. fl. Germ. tab. XLIII. No.* 4343, *c*, *A. hirsuta Fl. altaic. III. p.* 23 *p. p.*). *Turritis Ge-*

*rardi Besser.* — Semina reticulata atque tenuissime punctulata, oblonga, plano-compressa, ala angustissima, saepe obsoleta (quandoque nulla) marginata, apice semper appendice alaeformi (ala) latitudine seminis terminata, sed talia semina, uti in Reichenbachiano opere l. c. depicta sunt, in nostris speciminibus non invenimus. — Hab. in Gallia? Germania, Galicia, Podolia et Volhynia, in provincia Kursk, Iberia atque in regionibus altaicis ♂.

*Bothriospermum bicarunculatum Fisch., Mey.* non est *B. chinense Bge. En. pl. chin. S.* 266, si fides habenda est speciminibus compluribus ab ipsissimo cel. Auctore in herbario Academiae Imp. Scientiar. Petrop. pro *B. chinensi* determinatis. Certe immerito ergo nunc cl. Professor in *Delect. suo semin. hort. Dorpat. p. ann.* 1840. *p. VII.* nomina harum specierum mutavit. — Corolla in *bicarunculato* albida.

*Brassica chinensis L.* Differt a *B. campestri* et *B. Napo* foliis brevioribus latioribusque obovatis, floribus petalisque latis ungue lato perbrevi fultis. A B. oleracea distinguitur foliis caulinis amplexicaulibus. — Variat foliis indivisis vel inferioribus basi runcinatis lyratisve; variat etiam radice annua vel bienni.

*Cardamine hirsuta L.* Stamina saepissime quatuor, breviora deficientia; sed occurrunt interdum flores pentandri vel tetradynami in eodem racemo cum floribus tetrandris mixti.

*Caylusea abyssinica Fisch., Mey. Reseda abyssinica Fresen in Mus. Senkenberg. Vol. II. fasc. 1. p. 106.* Species optime distincta. — Semina in Abyssinia legit Dr. Schimper. ☉, ♂

*Centaurea atropurpurea W., Kit.* C. caule erecto ramoso; foliis supra laevibus, inferioribus bipinnati-partitis;

lobulis multis (6—17) sublanceolatis acutis mucronatis; involucro subgloboso glaberrimo: appendicibus coriaceis concavis, squamarum mediarum lanceolato-ovatis acutis, omnium longe pectinato-ciliatis, ciliis flexilibus, setula terminali debili multo longioribus; radio rigido subrevoluto; pappo aequante achaenium tetragono-columnare. — *C. atropurpurea W. Kit. Pl. rar. Hung.* 2. *p.* 121. *f.* 116. *Reichb. Pl. crit. t.* 447. *fig.* 638 *et* 639. — *C. calocephala γ. atropurpurea DC. Prodr.* 6. *p.* 587. *No.* 118. — Ramuli scabriusculi. Folia teneriora magisque flexilia, capitula e flosculis pluribus composita quam in C. calocephala affinibusque. Radius longe ante flosculorum centralium anthesin marcescens, ob tubi corollarum rigidi curvaturam sub floribus disci plane absconditus (in *C. calocephala* affinibusque autem ad flosculorum centralium anthesin usque vegetus, atque jam e longinque conspicuus). Achaenium fuscum subunicolor. Variat floribus atropurpureis cum squamarum involucri appendicibus rufo-atris, floribusque flavis cum appendicibus brunneis. ♂.

*Centaurea calocephala W.* C. caule erecto ramoso; foliis supra scabris, inferioribus ambitu late ellipticis, bipinnatipartitis: lobulis paucis (2=6) sublanceolatis obtusis, longe mucronatis; involucro subgloboso, basi arachnoideo-pubescente: appendicibus coriaceis planis, squamarum mediarum longe triangularibus, omnium longe pectinato-ciliatis, ciliis rigidis, setula terminali subspinea paulo longioribus; radio laxo pendulo; pappo aequante achaenium compresse et obverse ovoideum, subanceps. — *C. calocephala Willd. h. Berol. p.* 928. *Reichb. Pl. crit. t.* 446. *fig.* 637. *a. flava. DC. Prodr.* 6. *p.* 587. — Folia crassiuscula subfragilia, inferiora 1=1½-pedalia. Ramuli scaberrimi. Squamarum involucri appendices brunnei, breviores quam in

*C. atropurpurea.* Achaenium dilute cinereum, nigro variegatum. 2.

*Centaurea orientalis Linn. var. brachylepis.* C. caule erecto ramoso; foliis supra glabris scabridisve, inferioribus bipinnati-partitis: lobulis paucis (2 = 5) sublanceolatis obtusiusculis mucronatis; involucro conoideo-ovoideo glabro: appendicibus subscariosis concavis, ambitu late hyalinis, squamarum mediarum late ovatis, apice rotundatis, omnium longe pectinato-ciliatis, ciliis subflexilibus, setula terminali subspinea plerumque multo longioribus; radio laxo pendulo; pappo aequante achaenium tetragono-columnare. — *C. orientalis Linn. Spec. p.* 1291. *DC. Prodr.* 6. *p.* 587. Squamarum involucri appendices plerumque aeque longae ac latae, medio disco ferrugineae, terminatae setula, quoad longitudinem duritiemque diversa. Achaenium duplo longius quam latum, cicatrice magna suborbiculari. 2.

*Centaurea orientalis L. var. macrolepis.* C. caule erecto ramoso; foliis supra laevibus scabridisve, inferioribus bipinnati-partitis: lobulis paucis (2 — 5) sublanceolatis obtusiusculis; involucro conoideo-ovoideo glabro: appendicibus coriaceis concavis, margine angusto hyalino praeditis, squamarum mediarum lanceolato-ovatis, breviter acuminatis, omnium longe pectinato-ciliatis, ciliis rigidulis, setula terminali subspinea plerumque multo longioribus; radio laxo pendulo; pappo aequante achaenium tetragono-columnare. — *C. tatarica* (vix Linn. fil.) *Reichb. Pl. crit. t.* 445. *fig.* 636. — Squamarum involucri appendices fere totae badiae. Achaenium triplo longius quam latum. — Hab. in Caucasi regione. 2.

*Obs.* Hanc plantam pro *Centaurea rigidifolia Bess.*, sequentem vero pro nova specie perperam habuimus, donec accepto *Centaureae rigidifoliae* specimine ab ipso auctore, errorem nostrum nuperrime intelleximus.

*Centaurea rigidifolia Bess.* C. caule erecto ramoso; foliis supra scabris, inferioribus ambitu oblonge ellipticis, bipinnatipartitis: lobulis multis (2 — 13) sublanceolatis obtusiusculis mucronatis; involucro ovoideo, plerumque toto arachnoideo-pubescente: appendicibus coriaceis planis, squamarum mediarum lanceolato-triangularibus, omnium longe pectinato-ciliatis, ciliis rigidis, setula terminali subspinea longioribus; radio laxo pendulo; pappo aequante achaenium tetragono-columnare. — *C. rigidifolia Bess.*, *DC. Prodr.* 6. *p.* 587. — *C. sulfurea* (non W.) *Lagasca Nov. gen. p.* 32. *No.* 393. — Planta culta 3 — 4-pedalis. Folia crassa subfragilia, inferiora 9 — 12 pollices longa. Pedunculi apice arachnoideo-tomentosi. Capitula paulo minora iis *C. Scabiosae.* Squamarum involucri appendices badiae, margine rectilinea, ciliis ochroleucis. Receptaculum profundius favosum quam in speciebus affinibus. Achaenium fuscum unicolor, triplo longius quam latum. Variat floribus flavis, amethystinis, et fusco-rufis. Centaureae species huic imprimis vicinae sunt *C. calocephala W.* et *C. stereophylla Bess.*, quae posterior differt praeter alia pappo externo duplo breviori quam achaenium. — Hab. ad Caucasum septentrionalem. 2.

*Cephalaria procera Fisch., Lallcm.* C. foliis pinnatisectis, segmentis ovali-lanceolatis serratis decurrentibus; pedunculis glabris; paleis acuminatis villosis; flosculis periphericis involucrum duplo superantibus: corollis modice radiantibus; involucelli dentibus 8 aristiformibus inaequalibus, longioribus, in fructu maturo triplo brevioribus tubo, multo superantibus discum quadrato-orbicularem pappi villoso-pilosi; pericarpio tubum involucelli longe superante. — Planta elegans, *Cephalariae tataricae*, *alpinaeque* imprimis affinis, praesertim cum priori facile confundenda, culta 6 — $7\frac{1}{2}$-pedalis, caule toto glabro. Petioli foliaque subtus ad

nervos hirsuta. Pedunculi apice recti. Flores flavi. In flosculis centralibus lobi corollae, margine subundulati, duplo breviores tubo. Antherae albidae, post anthesin fusco-striatae. Fructus tetragono-columnaris, sursum multo minus quam deorsum attenuatus, major, praesertim crassior quam in *C. tatarica*. Pappi discus margine setaceo-denticulatus, setulis plurimis (25 = 30) truncatis, inter villos latentibus. — Hab. in Natoliae montibus, unde cl. Wiedemann semina misit. 2.

*Cephalaria tatarica Röm., Schult.* C. foliis pinnatisectis, segmentis ovali-lanceolatis serratis decurrentibus; pedunculis pubescentibus; paleis acuminatis hirsutis; flosculis periphericis involucrum duplo superantibus: corollis longe radiantibus; involucelli dentibus 8 aristiformibus subaequalibus, in fructu maturo sextuplo brevioribus tubo, discum quadratum pappi villoso-pilosi aequantibus; pericarpio tubum involucelli paene superante. — *C. tatarica R. et Schult. Syst.* 3. *p.* 51. *No.* 21. (exclus. synon. mult.), *Coult. Dips. p.* 24. *DC. Prodr.* 4. *p.* 647. — *C. elata Schrad. Cat. sem. h. Goett.* 1814. — *Scabiosa elata. Hornem. H. Hafn.* 1. *p.* 126. *No.* 16. *Reichb. Pl. crit. t.* 301. *fg.* 474. — *S. tatarica* (non Linn., quae ex autopsia herbarii Linnaeani pertinet ad Tricheram Schrad.) *M. a Bieb. Fl. taur.-caucas.* 1. *p.* 92. *et Suppl. p.* 98. — *Lepicephalus atratus. Lagasca Nov. gen. p.* 7. *No.* 103. — Caulis modo retrorsum hirsutus modo glaber. Petioli foliaque subtus ad nervos hirsuta. Pedunculi apice subnutantes. In flosculis centralibus lobi corollae, margine plani, tubo triplo breviores. Antherae viridi-flavae, badio striatae. Fructus tetragono-columnaris, utrinque aequabiliter attenuatus. Pappus, praeter disci figuram, plane conveniens cum *C. procerae* pappo supra descripto. 2.

*Cephalaria alpina Schrad. DC. Prodr. 4. p. 647.* — Differt ab utraque specie antecedente praesertim pappo plumoso, constante e setis fere 20 longis crassis acutiusculis, longitudine pilorum, quibus vestiuntur, longissimorum.

*Chenopodium Schraderianum Roem. et Schult.* (*Syst. Veg. VI. p.* 260.) crescit in Abyssinia, fide speciminum, enatorum e seminibus a Schimpero in illa terra lectis (No. 156.).

*Diodia dasycephala Cham.*, *Schlechtend. Boreria advena Ind. sext. sem. hort. Petropol. No.* 393. certe huc spectat, sed haec species ambigit quadammodo inter *Diodiam* et *Borreriam.* Mericarpia tenuia, membranacea, interdum rima intus dehiscentia, saepius indehiscentia. Radix e fibris cylindraceis carnosis conflata, perennis caules profert annuos, herbaceos, haud frutescentes.

*Erythronium Dens canis L.* Differt planta sibirica, respectu partium alioquin constantissimarum, plerumque tantopere ab europaea, ut pro diversa specie merito haberetur, nisi specimina intermedia contrarium docerent. En differentiam:

*α. europaeum*: petalorum internorum dentibus geminis subbasalibus connexis in pagina superiori fasciola transversa, e tuberculis 4 patelliformibus composita; filamentis lineari-lanceolatis; antheris nigricanti-violaceis: polline dilute aeruginoso; stigmatibus filiformibus integerrimis; seminibus . . . . — *E. Dens canis L. R. et Schult. Syst.* 7. *p.* 372. *Nees ab Esenb. Gen. pl. Germ. fasc.* 4. *No.* 5.

*β. sibiricum*: petalorum internorum dentibus geminis subbasalibus connexis in pagina superiori protuberantia lineari transversa carinata, medio subcrenata; filamentis late clavatis; antheris ochroleucis: polline sulfureo;

stigmatibus supra medium petaloideo-dilatatis niveis bilobis; seminibus obverse ovoideis subcompressis, rufo-fuscis, basi acuminato-rostellatis. — *Erythronium Gmel. Fl. sibir.* 1. *p.* 39. *t.* 7. — *E. Dens canis L. Ledeb. Fl. alt.* 2. *p.* 37.

In utraque varietate stamina integra pistillo longiora sunt; in sibirica perigonium stylusque decidua. 4.

*Eucharidium concinnum Fisch., Mey.* E. corolla cruciata, petalis patentibus. — Caules ramosi, ramis erecto-patulis. Corolla quam in *E. grandiflora* minor, subregularis, petalis aequidistantibus patentibus, apice leviter recurvatis.

*Eucharidium grandiflorum Fisch., Mey.* E. corolla subringente, petali inferioris declinati lacinia intermedia petalisque tribus superioribus assurgentibus. — Multum simile *E. concinno*, sed corolla diversum. Planta ramosa, diffusa, ramis patentibus. Folia et inflorescentia *E. concinni.* Corolla quam in illo major atque speciosior, colore vero similis, rosea, lineolis albidis aliisque saturate purpureis picta, subringens, nempe petalis tribus superioribus assurgentibus apice reflexis, petali infimi remoti declinati lacinia intermedia assurgente. Reliqua *E. concinni.* — Hab. in Nova-California, prope col. Ross. ☉.

*Euphorbia trigonocarpa Fisch.* E. umbellae 5-fidae radiis 3 — 5-fidis; glandulis integris; pedicello ovarii, etiam sub anthesi arrecti, involucellum aequante; capsula trigono-sphaeroidea laevi glabra, secus angulos (suturas) carinata; seminibus laevibus; foliis sessilibus ovali-lanceolatis, basi integerrimis, superne serrulatis: caulinis utrinque villosis; bracteolis late ovalibus, basi subattenuatis. — Planta $2^1/_2$ — 3-pedalis. Radii umbellae secundarii vix denuo divisi. Ovaria parce pilosa. Capsula prope basin crassissima, val-

vulis planiusculis. Semina globoso-ovoidea, badia. Huic speciei maxime affinis est *E. procera M. a Bieb. a Koch (Synops. Fl. germ. p.* 629.) quae distinguitur foliis subtilius serrulatis; pedicello ovarii, sub anthesi cernui, involucello duplo longiori; capsula in medio crassissima, triloba, valvulis valde convexis, suturis nudis. — Hab. in Imperio Rutheno, sed loco ignoto. 4.

*Heracleum asperum Fisch.* H. foliis supra scabris, subtus pubescentibus, inferioribus ternatis pinnatisque bijugis: pinnis lateralibus pinnatifidis, intermediis sessilibus; lobis omnium breviter acuminatis; pedunculo, involucro, umbellaque tota aculeolato-scaberrimis; ovariis muricatis; carpellis orbiculari-ovalibus, dorso planiusculo sparsim aculeolato: vittis gracilibus, dorsalibus capillaribus, $^2/_3$ pericarpii percurrentibus, commissuralibus paulo ultra medium protentis, modice divergentibus. — *H. asperum. M. a Bieb. Fl. taur.-cauc. Supplem. p.* 224. *No.* 558. — *Sphondylium asperum. Hoffm. Umbellif. ed.* 2. *p.* 134. — Planta culta orgyalis, caule hispido asperoque subgracili. Flores albi, mediocriter vel longe radiantes. Fructus parvi, 3 — $4^1/_2$ lin. longi. Occurrunt specimina foliis caulinis omnibus simplicibus. 4. Huic maxime affine est H. Sphondylium, quod dignoscitur pinnarum paribus plerumque duobus petiolulatis; pedunculis, umbella tota, fructibusque inermibus laeviusculisque, atque ovariis pubescentibus. Valde aliena autem Heracleo aspero planta, quamvis saepe cum illo confusa fuerit, est:

*Heracleum palmatum Baumg.* H. foliis laeviusculis, subtus pubescentibus, omnibus simplicibus, inferioribus palmatifidis in lobos 7 — 11 semiellipticos acuminatos; pedunculis totaque umbella laeviusculis; ovariis breviter hirtis; carpellis orbiculari-obovatis inermibus glabris: vittis gracilibus, dorsalibus filiformibus subclavatis, paene ultra medium

(in specim. banat.) decurrentibus, commissuralibus dimidio carpello paulo brevioribus, modice divergentibus. — *H. palmatum Baumg. Enum. stirp. Transsylv.* 1. *p.* 215. *No.* 468. *Reichb. Fl. Germ. excurs. No.* 2960. — *H. amplifolium* (non Lapeyr.). *Pollini Fl. Veron.* 1. *p.* 339. — *H. asperum* (non Fisch.) *M. et Koch. Fl. Deutsch.* 2. *p.* 374. *Rochel Pl. Banat. rar. p.* 64. *t.* 26. *Fig.* 52. *Reichb. Fl. Germ. excurs. No.* 2961. *Koch Synops. Fl. Germ. p.* 308. — *H. Pollinianum. Bertol. Fl. ital.* 3. *p.* 433. *No.* 6. — Planta sponte nata 3-pedalis et altior. Caulis scaber hirsutusque, subgracilis. Flores albi, mediocriter radiantes. Fructus parvi, 4 lin. longi, granulis minutis adspersi, submaturi parce pilosi. 4. — Synonyma supra citata uni eidemque speciei certo competere inde elucet, quod specimen plantae banaticae, a cl. Rochel *H. asperi* titulo descriptae, a cl. Baumgarten autem (ipso cl. Rochel testante) pro *Heracleo palmato* agnitae, et specimina *H. Polliniani Bertol.*, in montis Baldi valle dell' ossa collecta, inter se comparata nullam differentiam ostendebant.

*Heracleum persicum H. Par.* H. foliis supra glaberrimis, subtus pubescentibus; inferioribus pinnatis 2—4-jugis, plerisque 3-jugis: pinnis lateralibus pinnati-partitis, paribus pinnarum infimis plerumque duobus petiolulatis: lobis omnium semilanceolatis, longe acuminatis, distantibus; ovariis longe lanatis; carpellis oblonge obovatis, dorsi arachnoideo-villosi ambitu solum aculeolato: vittis crassis, dorsalibus filiformi-clavatis, commissuralibus paene ad medium usque protentis, subparallelis. — *H. persicum Desf. Cat. pl. h. Paris. ed.* 3. *p.* 452. — Planta speciosissima, orgyalis, caule robusto. Folia saturate viridia, petiolis totis hepatici coloris, pinnis planiusculis, infimis subinde ternatis, sequentibus ad petiolulorum, quibus saepe instructae sunt, basin auriculatis, terminali plerumque petiolulata. Pedunculi

et radii umbellae scabri, radioli dense pilosi. Flores albi, longe longissimeve radiantes. Antherae dilute olivaceae. Fructus maximi, $5\frac{1}{2}$ — $7\frac{1}{2}$ lin. longi, subviscidi, maxime graveolentes. — Semina a cl. Szovits e provincia Persiae septentrionalis Aderbeidshan missa. 2.

*Heracleum pubescens M. a Bieb.* H. foliis supra glabris, subtus pubescentibus, inferioribus ternatis pinnatisque bijugis: pinnis lateralibus pinnatifidis, intermediis sessilibus: lobis omnium semiellipticis, breviter acuminatis, approximatis; ovariis dense hirsutis; carpellis obovatis, dorso arachnoideo-pilosis, saltem disco medio inermibus: vittis crassis, dorsalibus filiformi-clavatis, commissuralibus vix ad medium usque protentis, valde divergentibus. — *H. pubescens M. a Bieb. Fl. taur.-cauc. Suppl. p.* 225. *Röm. et Schult. Syst.* 6. *p.* 576. *No.* 5. *DC. Prodr.* 4. *p.* 193. *No.* 18. — *Sphondylium pubescens. Hoffm. Umbellif. ed.* 2. *p.* 133 *et* 135. — Planta culta orgyalis, caule robusto. Pedunculi cum umbellae radiis scabri, subinde ex aculeolis scaberrimi, radioli pubescenti-scabridi parceque pilosi. Flores albi; longe radiantes. Antherae dilute olivaceae. Fructus magni, 5 — 7 lin. longi, polymorphi: carpellis modo totis inermibus laevibusque, modo margine dorsique ambitu ex aculeolis scabris asperrimisve: vittis dorsalibus plerumque maxime protuberantibus. 2.

*Heracleum Wilhelmsii Fisch., Lallem.* H. foliis omnibus subtus, junioribus etiam supra pubescentibus, inferioribus pinnatis bijugis ternatisque: pinnis lateralibus pinnatipartitis, intermediis sessilibus: lobis omnium semilanceolatis, longe acuminatis, distantibus; ovariis ex setulis rigidis scabris parceque pilosis; carpellis oblonge obovatis, toto dorso aculeolatis, aculeolis plurimis in setulam adpressam productis: vittis crassis, dorsalibus filiformi-clavatis, commissuralibus saltem ad medium usque protentis, leviter divergen-

tibus. — Planta speciosissima, *Heracleo persico* similis, culta $4^1/_2$-pedalis, caule robusto. Folia laete viridia, petiolis viridibus, pinnis lobisque subcanaliculatis, pinna terminali plerumque sessili. Pedunculi et radii umbellae scabri. Radioli pubescenti-scabridi, haud pilosi. Flores magni albi, longissime radiantes: petalis radiantibus plus triplo minora superantibus. Antherae nigrae. Fructus magni, 5 — 7 lin. longi, villorum expertes. — Hab. in Iberiae loco dicto Kodian, unde cl. Wilhelms semina misit. ♃.

*Hologymne glabrata Bartl.* *α.* glaberrima. *Lasthenia glabrata Lindl. in Bot. reg. tab.* 1780. — *β.* glabra, pedunculis puberulis. — Ab hac differt *H. californica* (*Lindl. in Bot. reg. tab.* 1833. *sub Lasthenia*, excl. syn. DeCand.) caule toto foliisque puberulis et praesertim calathidiis basi truncatis vel umbonatis pedunculo tereti (in *H. glabrata* apice incrassato) fultis. ☉.

*Krynitzkia Fisch.*, *Mey.* Calyx quinquepartitus, fructiferus clausus et cum fructu deciduus. Corolla hypocraterimorpha, tubo brevi recto; limbo quinquepartito; fauce squamulis 5. Stamina inclusa. Stylus simplex. Stigma sublobatum. Nuculae 4, distinctae, imperforatae, laevissimae, sulco longitudinali styli basi adnatae. Cotyledones indivisae. — Herba annua, piloso-hispida, diffuse ramosa, ramis sparsis, in apice caulis saepissime ternis v. oppositis; foliis sessilibus sublinearibus obtusis sparsis, ad basin ramorum superiorum vero oppositis vel ternis; calycibus sessilibus oppositifoliis deciduis!; corollis parvis apertis tamen, albis, squamulis ad faucem parvulis flavis; nuculis oblongis compressis griseis laevissimis, hinc sulco longitudinali, quocum nucula styli basi adnata est, notatis. — Genus characteribus datis ab *Echinospermo* abunde diversum, habitu *Cryptantham* potius accedens, a qua distinguitur corollis apertis, squamulis ad

faucem, nec non nuculis per totam longitudinem sulco notatis styloque adnatis. — Hoc genus dedicavimus in memoriam clarissimi meritissimi viri defuncti Dr. Joan. Krynitzki, olim professoris Caesareae Universitatis Charkoviensis.

*K. leiocarpa Fisch., Mey. Echinospermum leiocarpum Indicis seminum nostri secundi p.* 36.

*Ligularia renifolia DC. Prodr. VI. p.* 316. et *L. geifolia DC. ibid.* ad unam eandemque speciem pertinent.

*Matricaria tanacetoides Fisch., Mey. Tanacetum pauciflorum Richards. in DC. Prodr. VI. p.* 131. *Artemisia matricarioides Less. in Linnaea* 1831. *p.* 210. *Cotula matricarioides Bong. Veg. Sitch. p.* 29. — *An M. discoidea DC. l. c. p.* 50? — Secundum characteres a praecl. De Candolle l. c. p. 50. *Matricariae* generi adscriptos, nostra planta est vera hujus generis species, e prima sectione *Anactidea* dicta. — Flosculi omnes conformes, hermaphroditi, tubulosi, quadridentati, nulli foeminei radiati ad marginem.

*Moeringia pentandra Gay.* Floribus apetalis pentandris vel heptandris, sepalis latis ovatis aliisque notis a *M. trinervia* differt. — Semina a cl. Delile accepta. ☉.

*Monopsis litigiosa Fisch., Mey.* M. calycis laciniis patentibus in fructu reflexis longitudine tubi obconici, corolla paulo vel duplo brevioribus; laciniis limbi corollae acutis, duabus ovato-subrotundis, reliquis oblongis, binis superioribus distantibus; antheris barbatis. — *α.* corollis minoribus, laciniis tribus alternis oblongis. — *β.* corollis majoribus, laciniis binis superioribus oblongis. — Debilis, ramosa, procumbens, subglabra vel hispidula. Folia inferiora anguste oblonga, superiora sublinearia, omnia plus minus serrata. Pedunculi erecto-patuli, foliis duplo, triplo-quadruplove longiores. Calycis tubus saepe pilosissimus, non raro subgla-

ber, florifer brevis, dein elongatus. Corolla intense violacea vel dilutior, ex violaceo-coerulea, calyce nunc paulo, nunc duplo longior, limbi laciniis binis superioribus distantibus oblongis, intermedia oblonga vel ovato-oblonga, lateralibus binis ovatis vel ovato-orbiculatis, omnibus acutis non retusis neque mucrone apiculatis. — Vagat in hortis sub variis nominibus, e. g. *M. conspicuae* et *M. inconspicuae, Lobeliae debilis* cet. cet., sed characteribus supra datis a speciebus *Monopsidis* generis in DeCandolle Prodromus descriptis differre videtur. ☉, ♂.

*Nepeta italica L. β. incanescens.* Differt a vera *N. italica* (conf. *Reichenb. Iconogr. crit. tab.* 676.) herba tomento brevi canescente. Anne *N. teucrioides Lam.?, N. orientalis Mill.*? — Flores albi, labio inferiore punctis minutis roseis notato. — Hab. in Natolia.

*Notoceras canariense R. Br.* Petala inaequalia, duo sublinearia calyce minora, duo exteriora calyce paulo longiora, spathulata. Icon Jacquiniana (*Eclogae tab.* 111.) quoad petalorum formam haud bona. — Num *N. hispanicum* ab hoc satis diversum?

*Orobus atropúrpureus Desf. β.* foliis unijugis. *O. quadrangulus Spr. Syst. veg. III. p.* 258. *O. Fischeri Sweet. Brit. Fl. gard. tab.* 289, *O. siculus Rafin. caratt. p.* 22. — Variat *O. atropurpureus* foliis uni-bi-trijugisve. Specimina sicula ab africanis non differunt. (Conf. etiam *Gusson. Fl. sic. Prodr. II. p.* 404). Filamenta alterna apice dilatata vidimus in speciminibus hortensibus atque in siculis et africanis. — Occurrit in hortis etiam nomine *Orobellae vicioidis.* Vid. Presl. in Weitenw. Beitr. Vol. II. fasc. 1. p. 21. tab. IV. In Imperio ruthenico nullibi reperta.

*Potentilla Wrangelliana Fisch., Lall.* P. tota viscosa breviterque hirsuta; caule suffrutescente erecto ramoso; foliis

inferioribus pinnatis 2—3-jugis, superioribus ternatis: pinnis subovatis rugulosis duplicato-serratis; stipulis ovatis integerrimis; laciniis calycinis inaequalibus acutis; petalis orbicularibus, calycem aequantibus; receptaculo villoso; carpellis subcompressis late ovoideis, basi rugulosis, dorso subcarinatis. — Proxime accedit ad P. Sprengelianam Lehm., 6 — 15 pollices alta stricta. Pinnae foliorum infimae orbiculari-ovatae sessiles, summae tres majores brevissime petiolulatae, e quibus laterales oblique ovatae, terminalis cuneiformi-obovata. Flores terminales solitarii, diametro $6\frac{1}{2}$ — 7 lin., dispositi in paniculas paucifloras. Pedunculi diametro floris transverso breviores. Calycis laciniae exteriores lanceolato-ovales, interiores triangulari-ovatae, prioribus paulo longiores. Petala ochroleuca, basi sulfurea. — Hab. in Novae Californiae colonia Ross., unde ill. navarchus Wrangell semina misit. ♃.

*Reseda inodora Reichb. β. macrocarpa*, ***R. macrosperma β. natolica Scm. Ind. nost. VI.*** (1839) *No.* 2283. Plantam natolicam, quam anno praeterito tantum in statu fructifero vidimus, nunc pro varietate macrocarpae ***R. inodorae Rchb.***, (***R. mediterraneae Auct.***) agnovimus, quae foliis, bracteis atque floribus a vera ***R. macrosperma*** differt.

*Sedum kamtschaticum Fisch.* S. totum laeve glabrum; foliis obovato-lanceolatis, obtuse serratis, alternis subopposititisve; caule adscendente, basi repente; cyma terminali conferta planiuscula; foliis floralibus cymae ramulos multo superantibus; carpellis horizontali-patentibus. — Planta elegans, facile confundenda cum *Sedo Aizoonte hybridoque*, priori tamen magis cognata, culta 7 — 9-pollicaris. Caulis sub anthesis finem saepe ramos agens (in *S. hybrido* constanter simplex). Folia saturate viridia cuneiformia. Cymae ramuli 1 — 5-flori (in *S. Aizoonte hybridoque* 4 — 13-flori). Flores hermaphroditi, paulo majores iis *S. Aizoontis*.

Corolla stellata, petalis aureis, pistilla superantibus. Pistilla post anthesin tota atropurpurea (in *S. hybrido viridia*). Semina obovata, fusco-gilva (in utraque specie affini magis oblonga, umbrina). — Hab. in Kamtschatka. Sem. communicata a cl. Dobell. 4.

*Sedum Aizoon L.* S. totum laeve glabrum; foliis lanceolatis, subacute serratis, alternis; caule erecto; cyma terminali conferta planiuscula; foliis floralibus cymae ramulos multo superantibus; carpellis erecto-patentibus. — *S. Aizoon L. DC. Prodr.* 3. *p.* 402. *No.* 4. — 4.

*Sedum hybridum L.* S. foliis obovato-lanceolatis, obtuse serratis, glabris, alternis; caulibus adscendentibus, basi repentibus, una cum ramis cymae muricato-scabridis; cyma terminali subdissitiflora concava; foliis floribus a cymae ramulis superatis; carpellis horizontali-patentibus. — *S. hybridum L. DC. Prodr.* 3. *p.* 402. *No.* 5. — 4.

*Senecio dubius Ledeb.* Valde affinis *S. vulgari*, at habitu alieno *S. rapistroidis* potius vel *S. gallici*, foliorum lobo terminali semper elongato sublineari et praesertim calathidiis oblongis pedunculo obconico inflato fultis (in *S. vulgari* ovatis basi truncatis, pedunculo instructis tenui teretiusculo, non inflato) facile recognoscendum. Periclinii squamae concolores, vel apice macula nigra parva sphacelatae. — Species omnino distincta.

*Sida hispida Pursh.* Fide specimin. a Beyrichio hoc sub nomine miss. — Species bene distincta, *S. carpinifoliae* affinis, sed foliis basi cuneatis statim ab illa dignoscenda. — Caulis ramique piloso-hispidi; folia puberula, subglabra. Variat pedunculis solitariis unifloris, vel geminis, altero unifloro, altero bi-trifloro. Carpella saepissime 10, bimucronata. — Ab hac non differt *S. betulina* (vidimus specimina e seminibus enata a Hornemanno missis),

neque forsan *S. repanda* valde differre videtur. — Hab. quoque in Mexico.

*Silene dioica Fisch., Mey.* S. (*Coniomorpha*) annua, pubescens, subviscida; foliis anguste oblongis; floribus solitariis vel paniculatis; calycibus longis conoideis 30-striatis; petalorum unguibus calyce subbrevioribus, lamina obcordata, coronula quadrifida; capsula depresso-subglobosa rostrata. — Planta annua, habitu, foliis, inflorescentia atque calycibus *S. conoideae* simillima, sed floribus dioicis aliisque notis ab illa, uti et a *S. conica* atque *S. juvenali* satis distincta. An *S. coniflora Nees*? sed folia in nostra oblongo-lanceolata (nequaquam graminea), molliter pubescentia. An *S. cylindriflora Otth*?, sed petalorum ungues in *S. dioica* non sunt calyce longiores. — Petalorum ungues glaberrimi, lineares, apice modice dilatati; lamina majuscula, rosea, obovato-cuneiformis, apice rotundata et semibifida; coronula quadrifida: lobis lateralibus brevibus, mediis longioribus linearibus apice attenuatis. Staminum rudimenta in floribus foemineis. Styli pollicares, longissime exserti. Capsula et semina *S. conoideae*. — Semina prope Aleppum legit Montbret. ⊙.

*Silene obtusifolia W. S. canescens Ten.*, apud nos culta e seminibus ab ipsissimo auctore missis, a *S. sericea* certe abunde differt, cum *S. obtusifolia* autem exactissime congruit; icon a cl. Tenore data, pariter ab hac specie non differt.

*Sinapis integrifolia W.* Proxima *S. junceae*, a qua dignoscitur foliis nervo medio crasso insignitis, indivisis, superioribus quam in illa latioribus.

*Sinapis juncea Linn. Sp. pl. p.* 934. (excl. syn. Hermann. Paradis. 230, ad *S. integrifoliam* potius spectat.), *DC. Syst. Veg. II. p.* 612. (sed descriptio pluribus notis recedit), *Jacq. h. Vind. t.* 171. (opt.!); *Sinapis ramis*

*fasciculatis, foliis summis lanceolatis integerrimis Linn. h. Ups. p.* 191.* („folia . . . . . inferiora lacera, subtus scabra, fere rapiformia"!). — *Sin. laevigata Hort., Brassica pinnatifida H. Paris., B. Besseriana Andrz.*! — Folia inferiora lyrata, subtus scabra vel fere omnino glabra, illis *Br. Rapae* similia. Planta in olla culta subsimplex, foliis paucis sublanceolatis in apice caulis instructa, sed sub coelo culta planta profert ramos numerosos virgatos, foliis lanceolatis indivisis onustos. — Hab. in China, Aegypto cet.; crescit quoque in Gallia (vid. specimin. s. n. Sin. laevigatae), Austria et (sec. Besser.) circa Cracoviam.

*Sisymbrium Cumingianum Indic. sem. nostr. prim.* (1834) *p.* 38. Eadem planta est *S. chilense Link.*

*Solidago confertiflora DC. DC. Prodr.* 5. *p.* 339. *No.* 71. — Planta culta 9 — 18 pollices alta. Caules angulati glabri simplices, prope basin adscendentes. Folia penninervia glabra, paene viscida, margine scabra, infra medium integerrima, pleraque superne serrata: radicalia obovato-lanceolata obtusa, et caulina inferiora cuneiformi-lanceolata, sensim in petiolum brevem attenuata: superiora lanceolata acuta integerrima sessilia. Capitula 3 ½ lin. longa, disposita in thyrsos spiciformes, aut in unum tantum terminalem oblongum, superne confertum aphyllum, inferne plerumque interruptum foliatumque, aut in plures insuper axillares ovoideos aphyllos, breviter pedunculatos, folia subaequantes. Pedunculi cum pedicellis viscosi breviterque hirsuti. Involucrum glabrum viscosum, squamis arcte imbricatis acutis. Radius 7 — 12-florus disco 6 — 22-floro paulo longior. Achaenia nervosa, villoso-sericea. Semina in expeditione Frankliniana polum arcticum versus collecta sunt. ♃.

*Thlaspi platycarpum Fisch., Mey.* Th. (*Neurotropis*) caule erecto ramoso; foliis amplexicaulibus; petalis

calyce vix longioribus oblongis; siliculae obcordato-orbiculatae ala loculis octo-ovulatis latiore; stylo nullo. — Proxime affine *Th. perfoliato* et *Th. orbiculato*; a *priore* distinguitur silicula ala lata circumcincta orbiculata, nec basi cuneata aptera, loculis ala angustioribus octo-ovulatis, dissepimento acuminato stigmate sessili superato; ab *altero* nostrum differt siliculis paulo minoribus, nullo stylo apiculatis, nec non ala apice sinu profundo ad locula usque excisa, cum in *illo* stylus elongatus pro parte cum alis connatus sit. — Flores magnitudine et colore ut in *Th. perfoliato*. Sepala subovata, viridia, margine albo angustissimo cincta, duo apice cucullato. Petala calyce paulo longiora, lamina oblonga, integerrima sensim in unguem latum subcuneatum attenuata. Stamina *Th. perfoliati*. Ovarium orbiculatum, stigmate sessili terminatum. — In Natolia semina legit Dr. Wiedemann. ☉, ♂.

*Vicia cordata Wulf.* Planta quae in hortis sub *V. intermediae* nomine occurrit, non diversa est a *V. cordata Wulf.*, neque forsan *genuina V. intermedia Viviani* (*Fl. Lybic. Specim. p.* 42. *t. XIX. fig.* 1.) ab hac alio modo, nisi stipulis non notatis differt. Ceterum *V. cordata* in *V. segetalem* transire nobis videtur.

*Wydleria chilensis Fisch., Trautv.* W. umbellis sessilibus vel pedunculatis, pedunculo umbellam vix aequante; involucellis nullis. — *Apium chilense Ind. sem. h. Paris.* 1833. — Glaberrima, suffruticosa. Folia inferiora nunc pinnatisecta: segmentis longe petiolulatis tripartitis: partitionibus cuneatis bi-trifidis incisisque; nunc bipinnatisecta: segmentis cuneatis petiolulatis, tripartitis vel trifidis serratisque. Folia superiora trisecta: segmentis tripartitis petiolulatis: partitionibus cuneatis incisis. Pedunculi et radii crassiusculi, multanguli, subulati. Flores albi, omnes conformes et regulares. —

*W. portoricensis* DC. sequenti modo definienda: W. umbellis omnibus pedunculatis, pedunculo umbellam saltem duplo longiore; involucellis 5 — 7-phyllis. —

*Zosimia absinthifolia* DC. — *DC. Prodr.* 4. *p.* 195.

*α. albiflora*: caule parum ramoso; pedicellis involucellum superantibus; floribus albis. — *Heracleum absinthifolium. Vent. Choix. t.* 7. *Sibth. Fl. graec.* 3. *p.* 74. *t.* 281. — *Tordylium absinthifolium. Pers. Synops.* 1. *p.* 314.

*β. viridiflora*: caule exquisite ramoso; involucello pedicellos saltem aequante; floribus dilute flavo-viridibus. — *Zosimia absinthifolia DC. var. microcarpa. Bunge Delect. sem. h. Dorp.* 1837. — *Z. orientalis Hoffm. Umbellif. ed.* 2. *p.* 148. *tab. tit. fig.* 11. *t.* 1. *B. fig.* 9. *M. a Bieb. Fl. taur.-cauc. Suppl. p.* 229. *No.* 561. — *Heracleum absinthifolium M. a Bieb. Fl. taur.-cauc.* 1. *p.* 224. *No.* 561. *Spreng. Syst.* 1. *p.* 912.

Plantae, tanquam varietates hic distinctae, forsan species diversae sunt. In var. *β.*, quam solam vivam siccatamque examinare licuit, rami primarii, ad verticillos, prope radicem seu in superiori caulis parte, formandos proni, saepe iterum uno alterove ramulo instructi sunt, atque umbella terminalis a ramealibus multis superatur. 4.

## Delectus Seminum in horto botanico Vratislaviensi collectorum a. 1840. 4. (Nees ab Esenbeck, Director.)

1. *Chascolythrum trilobum* N. ab E.: panicula coarctata ramis racemosis, spiculis subtetragonis ovatis 6 — 12-floris, valvula inferiori dorso scabra emarginato-triloba lobo medio

productiori in flosculis superioribus brevissime setigero, foliis angustis scabris.

***Briza triloba*** N. ab E. in Mart. Fl. Brasil. II. p. 482. ***Calotheca triloba*** Kunth. En. 1. p. 374.

*β.* Panicula angustiori simpliciter racemosa aut subcomposita.

*Calotheca dilatata* Lk. Hort. Berol. p. 157. *Briza auriculata* Trevir. in Ind. Semin. hort. Bonnens. 1833.

In *Flora Brasiliae* l. c. errore typographico loco „valvula inferiori triloba lobo medio acuto, novemnervi cet." impressum est „valvula inferiori triloba, lobo medio acuto novemnervi cet.", quae etiamsi leviora videri possent, graviores tamen errores provocavere.

*Briza Lamarckiana* Fl. Bras. p. 481. n. 3. ad *Chascolythrum subaristatum* Desv. revocanda est, deletis omnibus synonymis, ad *Calotheeam elegantem* P. de B. spectantibus. *Calotheca dilatata* Lk. autem, his synonymis a me addita, ut nunc video, eadem est ac *Briza auriculata* Trev., sive forma angustior *Chascolythri trilobi.* Addimus speciem affinem:

